7
12-E
1

7
10 K
22

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

82
E
13

823.13

7-12.E.1

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SYNDROMVS
RERVM TVRCI-
CO-PANNONICARVM,

HISTORIAM CENTVM QVINQVA-
ginta annorum complectens;

QVA QVICQVID A CAPTA CONSTANTINOPOLI ad Annum vſq; partæ per Chriſtum ſalutis M D C. inter Chriſtianos Turcasq; rerum pace militiaq; geſtum eſt, inprimis autem ab exceſſu Matthiæ Coruini, Hungariæ Regis, perſpicuis illuſtribusq; narrationibus, duobus Voluminibus comprehenſis, perſcribitur.

ADSPERSIS VICINARVM HVNGARIÆ GENTIUM rebus, quatenus eæ vel in vniuerſum, vel ex parte negotia Pannonica concernunt, & quæ, ne hiulca eſſet hiſtoria, omitti non debuerunt.

OMNIA E DIVERSIS SCRIPTORIBVS COLLECTA, ET IN vnum hoc corpus bono publico redacta.



Ex legato Mri. Coccini

BIBL. SEC. COLL. … IESV

FRANCOFVRTI AD MOENVM,
Typis & ſumptibus Wechelianorum, apud Danielem & Dauidem Aubrios & Clementem Schleichium.
ANNO M.DC.XXVII.

LECTORI SALVTIS PATRIÆ STVDIOSO S. D.

IAm nonus teritur bellis ciuilibus annus
Suiſq; viribus ruit Germania;
Quam neque Romuleæ potuerunt vincere Laurus,
Minacis aut tremenda Thraciæ manus.

Quo tempore quantum occubuerit in Patria virorum fortium, quantum fuſum ſit, non dicam Chriſtiani, ſed Germani cruoris,

Scit Rhenus, ſcit Danubius, ſcit Viſtula & Albis,
Cum Mœno Nicer, atque Amaſis, rapiduſque Viſurgis.

Ita in viſcera noſtra graſſamur; ita Magnæ Matris Patriæ noſtræ petimus iugulum, frangimus oſſa, laceramus inteſtina. Quaſi parum ſit foris hoſtium: quaſi non vndique cingamur iis nationibus, quibus vel noſtra potentia, vel libertas, vel opes, vel denique nihil non ſuſpectum odioſumque ſit. Sunt qui nos aperta vi, ſunt qui per cuniculos, ſunt qui vtraque via aggrediuntur; tanto nocentiores, quòd nos oppugnare videri nolunt. Et noſtra quidem tempeſtate eò res peruenit, vt omiſſis alicubi inſidiis rem apertè gerant, profiteanturque ſine interprete quid velint; quo non pertingit Vulpina, Leoninam vel potius Lupinam aſſuentes pellem. Interim nos belliſſimi homunciones, haud ſecus ac Gladiatores, Secutores, Myrmillones, Retiarii (atque vtinam non piſces) ab ambitioſis & auaris hominibus, velut Laniſtis, in totius Orbis Amphitheatrum producimur, mutuis mortiferiſque conficiendi vulneribus: vbi nec rude donatur quiſquam, nec vllam pugna miſſionem habet. Iugulamur aliorum voluptate, agitantibus illis choreas, epulantibus, ſpectantibus noſtras lanienas per ludibrium & iocum, conſtitutis

extra periculum, & velut in Circo Maximo aliis Praſinæ fauentibus factioni, aliis Venetæ applaudentibus. In vniuerſum tamen non multum penſi habent vtri vincant, vtri vincantur, niſi forte hoc eorum vincere ac vinci ſit, ſi victor lucretur; victus perdat pecunias, quas ſemiebrii in noſtrum cruorem interitumque depoſuerunt. Multi Deiotaro Gallogræcanicum illud ſuccinunt:

Pereant amici dum vna inimici intercidant.

O nationem Germanorum omnibus exteris gentibus populiſque ridiculam! quæ non ſentis mala tua, quæ tanto pernicioſiora ſunt, quòd non ſentis, aut ſi ſentis, quòd non emendas. Quam ſuauiter nunc in ſinum rident, qui iam dudum æmuli tuarum dignitatum, exoſumque habentes robur, ſed pallida inuidiæ tela intra liuentis animi occultantes pharetras; tandem id, quod tantis optauerunt deſideriis, aſſecuti ſunt: vt ciuilibus confecti intereamus bellis, gnari, Germanos niſi per Germanos vinci ſubigique non poſſe. Audiueram equidem, reperiri quandoque homines, qui caput parieti allidèrent, membra cruento morſu appeterent, diſſectoque ventre concerpta inteſtina humi abiicerent: ſed hos tales à Medicis Rabidos, Maniacos, Furioſos appellari acceperam, quos Iureconſulti Agnatis. Quod ſi nos ab hoc furore, quo non eſt exitioſior alter, dimouere non poſſunt funera noſtrorum, clades publicæ, iacturæ priuatæ, metus ſeruitutis, exhauſta æraria, vaſtati agri, ludibria inimicorum, cachinni vicinorum, lamenta viduarum, gemitus bonorum virorum, cogitationes prudentum, præſagia futurorum: at ille duntaxat ad ſaniora conſilia nos adducat hoſtis, qui occupata Græcia Myſorum, Bulgarorum, Triballorum, Illyriorum regionibus pulcherrimis, ſubactaque maxima Dalmatiæ Hungariæque parte, noſtris imminet finibus, in omnes intentus occaſiones, vt nec opinantibus quidem velut dira tempeſtas Germaniæ ingruat irrumpatque. Audacter dicam, quia cum multis dico, eo ſanguine, qui proximis hiſce aliquot annis in ſola Germania fuſus eſt, iiſque copiis, quæ maximis cum animorum exacerbationibus ac odiis vtrimque ad internecionem caſæ ſunt, potuiſſe Turcas vniuerſa non ſolum pelli Pannonia, viciniſque regnis: Sed & liberali manu aſſeri Græciam, reiectis profligatiſque vl-

tra

tra Boſphorum & Helleſpontum Barbaris, cum immortali noſtrorum hominum gloria, nec interituris Trophæis,

—— Si mens non læua fuiſſet.

Quando enim, per Deum Immortalem, à primis vſque Turcicorum bellorum velut incunabulis ad hæc lamentabilia tempora tanto cum exercitu pugnaciſſimorum militum in eum hoſtem iuimus? quando vnquam tam validas copias, quibus fortiſſimi peritiſſimique præfuere Duces, furoribus Turcicis oppoſuimus, quantæ iam aliquot annis ab vtraque parte ſub ſignis ex aduerſo conſtiterunt: vbi cum cæde Principum & illuſtrium virorum, ipſorumque prope exercituum internecione crudeliſſimis modis ſummaque cum animorum concitatione decertatum eſt? O miſera & infelicia Trophæa, quæ de trucidatis ciuibus excitamus: in quibus, quantum gloriæ ac famæ ſit, vnus optimè omnium D. Iulius intellexit.

Quid enim, viri Germani, opinamur? Quieturam illam Scytharum, Tartarorum, Saracenorum progeniem? Quin ſi famæ credimus, perfidus & ſuo commodo pacta ac fœdera metiens hoſtis

Imminet & tacito clam venit ille pede.

In hunc vt concordia veritatis arma, Viri Principes, ſupplex fit vobis hic, quem damus Liber, habens Syndromum Rerum Turcico-Pannonicarum, continentem Hiſtoriam annorum centum quinquaginta, qua quicquid à capta Conſtantinopoli ad annum vſque partæ per Chriſtum Salutis M. DC. inter Chriſtianos Turcaſque bello geſtum eſt, fidelibus perſcribitur narrationibus. Intelligetis ex his, Viri Germani, Turcas & à noſtris aliquoties victos, & eorum robur, etſi maximum, νικητὸν tamen eſſe, vt non nemo olim ſcripto oſtendit, ſi modo omiſſis priuatis ciuilibuſque diſſidiis, quibus nos ſine modo ſine ratione conficimus, & valere iuſſis diſcordiarum illarum flabellis,

—— quibus eſt reſpublica turbida lucro,
Qui pace arctati legibus ſuriunt,

reductis in gratiam animis, in communem illam Orbis Chriſtiani perniciem, iuncta arma, quibus iam diu volæ noſtræ occalluerunt,

runt, glorioſè inferamus; quòd quidem vt fiat, cœleſte Numen de votis eſt exorandum precibus. Quod ſi quis nobis obiiciat, ſurdis nos hæc canere auribus: at ſaltim

Plorare liceat, ſi iuuare non licet.

Vale Lector & affectum ac vota tua cum noſtris coniunge. Francofurto Kalendis Septembribus Anni M. DC. XXVI.

INDEX
NARRATIONVM TVR-CICARVM.

1. *De expugnata à Mahomete Turcarum tyranno Conſtantinopoli XXIX. Maii Anno 1453. narratio, auctore Chriſtophoro Richerio Thorigneo Senone Cubiculario Regio, & Cancellario Franciæ à Secretis.* Pag. 1.

2. *De Bellogradi ſiue Albæ Græcæ oppugnatione à Mahomete II. Imp. Turcarum facta Anno 1456. narratio, auctore Antonio Bonfinio.* 9

3. *De Bellogradi vrbis Daciæ, & Rhodi inſulæ expugnatione, à Solymanno Anno 1521. & 1522. factâ, narratio, auctore Paulo Iouio.* 16

4. *De clade in campo Mohaz, in qua Ludouicus II. Rex Hungariæ & Bohemiæ occidit Anno 1526. narratio auctore Stephano Proderico Procancellario.* 17

5. *De eadem clade narratio auctore Paulo Iouio ex epigramm. 23.* 47

6. *De clade accepta in Pannonia ad Mogacium & Ludouici Regis interitu, alia narratio, auctore Ioachimo Camerario.* 50

7. *De Viennæ Auſtriæ vrbis obſidione à Solymanno Turcarum Imp. ſuſcepta Anno 1529. narratio hiſtorica.* 54

8. *De Caſtelli noui Dalmatiæ oppidi direptione à Solymanno Turcarum Imp. factâ Anno 1540. narratio.* 73

9. *De capta Buda à Solymanno Turcarum Imp. anno 1542. narratio breuis, auctore Ioanne Sleidano.* 79

10. *Rerum ad Agriam Anno 1552. geſtarum narratio, auctore Ioanne Sambuco.* 82

11. *De Cagriæ obſidione Anno 1552. narratio, auctore Ioanne Sambuco.* 89

12. *De expugnatione arcis Temeſuari Anno 1552. narratio, auctore Ioanne Sambuco.* 103

13. *De obſidione Zigethi Anno 1556. narratio, auctore Ioanne Sambuco.* 112

14. *Rerum contra Turcas in Pannonia ad Baboczam & Sigethum geſtarum narratio, auctore Wolffgango Lazio Regio hiſtorico.* 119

15. *De expugnatione arcis Toccaiæ Anno 1565. narratio, auctore Ioanne Sambuco.* 127

16. *De Giulæ exitu Anno 1566. narratio eodem auctore.* 132

17. *Ioannis Sambuci de Zigethi expugnatione Anno 1566. narratiuncula.* 136

18. *De expugnatione Sigethi totius Sclauoniæ fortiſsimi propugnaculi anno 1566. narratio M. Samuelis Budinæ Labacenſis ex Croatico ſermone in Latinum conuerſa.* 138

19. *Zigethi Hungariæ clauſtri potentiſsimi vera deſcriptio, & obſidionis eius Epitome ex illuſtris Franciſci Forgachii Liberi Baronis in Gymes & Cancellarii olim D. Ferdinandi Imperat. per Hungariam ſui temporis hiſtoriarum commentariis deſcripta.* 158

20. *Breuis ac vera narratio belli Cyprii inter Venetos & Turcas geſti Anno 1570. & 571.* 168

21. Nar-

INDEX.

21. *Narratio belli Perſici inter Murathem III. Turcarum & Mahometem Hodabenat Perſarum Regem geſti, auctore Henrico Porſio Iureconſulto.* 173

22. *Breuis rerum inter Turcas & Chriſtianos per Hungariam & Croatiam à menſe Septembri anni 1593. vſque ad initium anni ſequentis geſtarum narratio.* 189

23. *De Chriſtianorum victoria ad albam Regalem Anno 1593. menſe Octobri, narratio incerti auctoris.* 195

24. *De expugnatione Filleci & aliorum caſtrorum narratio incerti auctoris.* 203

25. *Rerum in Tranſſyluania à Sigiſmundo Battorio Principe Anno 1595. geſtarum narratio, auctore Ioanne Iacobino Claudio Politano.* 211

26. *Breuis rerum ab illuſtriſſ. & fortiſſ. militia contra Reipub. Chriſtianæ hoſtes duce Michale Moldauiæ Tranſalpinæ ſiue Walachiæ Palatino geſtarum deſcriptio, auctore Balthaſare Walthero.* 227

27. *Strigonienſis obſidionis, & in ea de Turcis partæ victoriæ per fortiſſimum Principem Carolum Mansfeldiæ Comitem ſuccincta, & diaria ſynopſis ab Arnoldo Helio digeſta Anno 1595.* 255

28. *De expugnatione Hatuanæ à Chriſtianorum exercitu facta Anno 1597. narratio hiſtorica auctore M. Ianſonio.* 169

29. *De obſidione Petrinæ in Croatia Anno 1597. narratio eiuſdem.* 271

30. *De expugnatione Agriæ & prælio ibidem ad Kereſtam cum Chriſtianis geſto à Mahomete III. Turcarum tyranno Anno 1597. menſe Septembri & Octobri, narratio hiſtorica, auctore M. Ianſonio.* 273

31. *Infauſta ad Kereſtium Chriſtianorum pugna breuis ac dilucida narratio per Arnoldum Helium Medioburg. Anno 1597.* 281

32. *Iaurini in Hungaria 29. Martii 1598. feliciſſimè recuperata deſcriptio, per Hier. Arconatum.* 289

33. *Trophæa de Iaurino propugnaculo Pannoniæ miraculosè recuperato, auctore Nic. Reuſnero Leorino Com. Palat. Cæſ. & Conſiliario Saxonico.* 295.

34. *Carmina votiua de duplici victoria in Hungaria, miranda, ſcilicet fortiſſimi propugnaculi Iaurinenſis, & regiæ ſedis Budenſis recuperatione, Anno 1598. facta, ſcripta à Dauide Heſſo.* 307

35. *Summaria eorum, quæ in obſidione Budenſi Anno 1598. notatu maximè digna occurrerunt, ephemeris per Arnoldum Helium.* 323

36. *Expeditionis Chriſtiani exercitus ad Caniſam diarium Anno 1600.* 326

DE

Conſtantinopolis expugnatio, 1453.

DE EXPVGNATA A MAHOMETE, TVRCARVM TYRANNO, CONSTANTINOPOLI XXIX. MAII ANNO M CCCC LIII NARRATIO.

Auctore

CHRISTOPHORO RICHERIO THORIGNEO SENONE, CVBICVLARIO Regio, & Cancellario Franciæ à Secretis.

MAHOMETHES ſingulari vir fuit ingenio ac conſilio. Huic poſt adeptum patris Amurathis imperiũ, cum parta à maioribus facultates non ſufficerent, & nouis idcirco rebus ſtuderet, ea via (excitata ſui nobili exiſtimatione) parentum ſuorum exempla non adæquaturum ſe modo confidens, ſed etiam longe ſuperaturum, animum continuo ad occupandam Conſtantinopolim adiunxit. Eius conſilii hæ præſertim cauſę fuerunt: Inſcriptum ſe temere atque iniuria Græciæ Imperatorem perſpicue videbat, ipſa Conſtantinopoli Imperii ſede in ipſius poteſtate nondum conſtituta. Intelligebat preterea ingentem ſibi nominis gloriam apud omnes nationes conciliatum iri: magnum etiam timorem ſui collectum atque expectationem: ſi vixdum pubertate egreſſus, vrbem tantæ famę ac potentiæ expugnaſſet, ſuęq; ditioni adiecisſet. Et eo certe id magis conabatur, quod in eiuſmodi expugnationem maiores ſuos diligentem ſæpius operam nauaſſe audierat: re tamen infecta ſingulos illinc ridiculos diſceſſiſſe. Inita itaque ſubductaque id genus ratione, & communicato cum perpaucis conſilio: atq; adeo excogitata falſa occaſione, quare id faceret, multam fabrorum manum incredibili celeritate conuocat, ac in fauces Boſphori Thracii haud procul Conſtantinopoli, in ſubitum nouę arcis ædificium educit.

Conſtantinopolis expugnatio, 1453.

cit. Cui quidem operi fine mature impoſito, validum quoque præſidium & tormenta, & annonam, & res denique ad cuſtodiam eius neceſſarias diligenter adhibuit. Tum ſine vlla belli indictione, religioni initi a maioribus fœderis pro nihilo habita, violato pariter dictæ in ſtabilem pacem fidei ſacramento, vt qui omnia ſibi præ ſuo commodo poſt eſſe duceret, ad Conſtantinopolim citius opinione cum infeſtiſſimis copiis acceſſit. Et ſubito populata miſere calamitoſeque vexata omni vicinia, terra non longe à muro caſtrametatur, mari vero violenta oppugnatione vrbem laceſſere incipit. Subolfecerat pridem Græcus Imperator, & cæteri etiam Græciæ Principes, iſti Mahometis apparatus quorſum tenderent: & magno ideo metu commoti, quod ſeſe impotentiores ſcirent, qui tanto impetui reſiſterent, mature legatos in Europam dimiſerant, qui Romanorum Pontifici atq; Imperatori, reliquis ſimiliter Chriſtianiſmi regibus ac Principibus viris, Græciæ calamitatem vna cum communi Chriſtianorum periculo exponerent, & oportunũ, ſi poſſent, auxilium impetrarent. Mahometes euocata hoc medio tẽpore ex omni ſuo imperio multitudine hominum incredibili, & cõmeatu muralibuſq; tormentis in immenſum cõparatis, mari terraq; hoſtes circumſepſerat: atq; oppoſitis muro machinis, felicem conatuũ ſuorum euentũ expectabat. Atq; vt in ciues improuiſus irrumperet, frequenteis cuniculos, & non paucos ſubterraneos receſſus in mœnia curauerat, effodiendos. Vt v. miles haud difficulter hoſti ſe ſiſteret, nihilominus in loco editiore dũ confligeret, moraretur, hincq; facili⁹ cum ſors poſtularet, ſummum murum ſcalis admotis ſuperaret: è continente foſſa valde profunda, & eminenti vallo vrbem cinxerat. Qua autem murus Peram verſus, mari alluitur, pontem paſſuum circiter 2000. ſingulari artificio fecerat, & pleraſq; huic turres ſuperimpoſuerat, è quib. copiæ huiuſcemodi induſtria mœnibus altiores redditæ, ciuitatem è ſublimi vexarent. Cum apparatu adeo terribili Maometes plurium dierum ſpatio, erepta ciuibus omni quieſcendi facultate, vrbem continenter affligebat. At oppidani coniurati ciuitatis extrema quæq; paſſuros, quam in impii hoſtis manus deueniant, animoſe, alacriter & obſtinate pugnando quoduis periculum ſubibant. Sed tandem Maomethes, cum de muro ſubſtratum tantũ crederet, quantum ad introducendum militem, & ciues expugnandos ſufficere arbitrabatur: & iamiam triumphum ante victoriam caneret:

Digitized by Google

neret: per præcones denuntiat expugnationem in craſtinũ, qui fuit Calend. Maii dies 6. Anni à Chriſto nato 1452. Caroli Francorũ regis ſeptimi, 33. Et ideo præſto eſſe ſingulos iubet, & vrbem tanq̃ intra triduum in manus venturam, omnibus in direptionem promittit. Eo propinqui conflictus præconio exhilaratus eſt exercitus: quiſq; pro ſe ea, quæ ad ſtrenue præliandum opus erant, conquirebat. Nec de tanto numero fuit, qui eo die cibum caperet (homines adeo explent, quæ ſibi iucunda ſunt) ſed præparandis omnes rebus pugnæ neceſſariis vigilãter incumbebant. Deinde vero poſt occaſum ſolis, vt primum ſtellę elucere incipiunt, conuerſi ad epulas & pocula ſinguli diuerſa inter ſe conuiuia celebrare, alius poculis alium inuitare, & conſanguinei conuenire ac coepulari. Tũ cœna id genus in multam noctem producta, quietem feſſis corporibus imparrituri, abitionem parant. In ea complecti ſeſe ac deoſculari, & multis interim ſermonibus alii ab aliis quaſi nunquam poſterius collocuturi, diſcedere. E diuerſo, cognita Maomethis acerba ſanctione, atq; hoſtili proſpecto apparatu, Sacerdotes & quotquot intus erant ſacrifici elatis ex adyto virorum ſanctorum reliquiis, Chriſti quoq; Opt. Max. in crucem acti, nec non Marię virginis ſacroſanctæ productis ſignis, euocato adhæc omni populo, viris, fœminis, maiorib. natu ac minoribus, certatim ſupplicationes facere, vrbẽ colluſtrare, ædem quãlibet oratum adire, flere ſuppliciter, diuinũ implorare auxilium, laude, piis cantionib. lachrymis, voluntaria multa, cibi præſentis abſtinentia miſericordiã ſui prouocare. Deniq;, cum aduesperaſceret, cœna mediocriter refecti, in aſſignatum ſibi quiſq; locum defendendũ conceſſerunt. Muri denſitas eximia erat, nec quarumuis vrbium muris eiuſdem cedebat altitudo. De ea tamen aliquid paſſim vetuſtas corroſerat, & pinnæ Gręcorũ negligentia propugnaculaq; varie ſubruta erant. Verũ ſpes erat magnę defenſionis in pomœrio, ꝙ quidem cumulatis vbiq; aggerib. & murali munitione ſatis ad pugnandũ potens apparebat. In ea pariter vt in muro aduigilabat frequens miles, vt hoſtem, quoties irruptionẽ moliretur, valide intrepideq; coerceret. Eſt Conſtãtinopolis figura prope triangulari. Eius partes duæ, q̃ mari alluũtur, mœnib. cinctæ ſunt claſſi aduerſariæ ſuſtinendę. Quod ſupereſt, cõtinentem rurſus, vltra murũ & pomœriũ foſſa circumdatũ eſt profunda admodũ ac patẽti. Tertia noctis vigilia, Barbari manifeſtæ prædæ auiditate orbi antelucano oppoſiti,

Conſtantinopolis expugnatio, 1453.

Conſtantinopolis expugnatio, 1453.

dato ſigno oppugnationem aggrediuntur. Quod vbi oppidani animaduertunt, alacriter obſiſtere, ſaxa ſagittaſque ſuperne iaculari, hoſtem inſultantem totis viribus propellere ac ſubmouere. Tenebræ in cauſa fuerunt, quare vtriq; vnde impeterentur ignari, hi grauiſſime vulnerarentur: illi magno ſuo detrimento è ſuis pluteis ad oppugnandum egreſſi, cõfertim occumberent. Cum paulo poſt diluxiſſet, Maomethes eo cum ſuis omnibus copiis acceſſit. Tum conuocatis ad ſeſe legatis præfectisq; militarib. præcipit vt vno eodemq; tempore, ne Græcis mutuo ſe auxilio iuuare liceret, in Peram ac Cõſtantinopolim periculum belli intendant. Præſcribit demum certã cuilibet muri portionem, quo ſingulis in preſcripti ſibi ſpatii expugnationem intentis, omnium virtus, induſtriaq; militaris, qualis eſſet, appareret: & æmulatione glorię ad ineundum prælium nemo non incitaretur. ſimilis fuit naualis pugnę deſcriptio. Ac cum imperaſſet vnumquemque eadem hora in aſſignato ſibi loco conſiſtere, prouehendas ad murum ligneas arces curat: è quibus milites cum hoſtibus, operis ſublimitate ęqualis facti, facilius atq; aſperius contenderent. Tum ſigno cupientibus dato, ſtudet primum ſuperſtites mœnium pinnas & ſpeculas omnes murali machinatione proſternere, eo nempe conſilio pręreptam eſſe volebat inimicis proſpiciendi, quid foris ageretur, facultatem. Deinde lituis, cornibus, ac tubis toto exercitu crepantibus, ſuis animum facit, ac prelium inſtaurat. Turci facta teſtudine, quæ in ſuum corticem abdita ſibi ad quãlibet ferendam iniuriam affabre videtur munita, ſcutis, clypeiſque ſuppoſiti, ſcalis muro inhęrentibus, magna vi atq; audacia in ſummum murum conſcendere. Gręci ex oppoſito certatim ſaxa in conſcendẽtes deturbare, ignem cum ſulphure obtrudere, ſordes affatim profundere, flammantes lanceas offerre, tela omnis generis obiicere, longuriis ſcalas ſubuertere, ſubeuntes præcipitare. Ad extremũ, continuata è ſublimi huiuſcemodi propugnatione, nemine ciuium fruſtra laborante, Turcis cumulate decidentibus, vulneratis, mortuis, labefactatis, diſſipatisq; omnium clypeis, cum Maomethe lõge aliter, quam ſuperat, agebatur. Etiam pleriq; oppugnantium poſito inuadendi hoſtis ardore pedem retrahebant. Eo Maomethes fractos ſuos cum animaduerteret, ocyus accurrit, & nominatim modo hunc, modo illum, ſtrenuos potiſſimũ ac pugnaces compellando ad præliũ inſtaurandum hortatur. Poſtremo efficit nobilis Imp. vt perſuaſi

Digitized by Google

ſuaſi nonnulli eius minis, alii precibus ac pollicitis, omnes reſumpto animo oppugnationem redintegrarent, multo acerbiore, quam dudum, ſæuitia. Ad muri itaque ſuperandum faſtigium intenti, partim in mutua comitum doſſuariorum terga inſilire, & ex haſtis muro affixis pendere: partim ſcutis operti, ſcalis viam corripere: & apprehenſis vna manu hoſtilibus, alteram ſummis mœnibus applicare, ac in culmen eorum ad hoſtem peruadere conari. Ac quanquam à fortiſſimis ciuibus innumeri ſaxis, igne, pice feruefacta, atque haſtis propulſi, in terram præcipites agerentur, in eorum tamen locum noui continuo ſuccedebant. Ea de cauſa Maomethes ſuis perpetua nouorum ſubrogatione recreatis, & continuato ea diſciplina impetu, ne tantillum quidem reſpirandi ſpatium hoſtibus permittebat, adeò vt numero pugnantium deſtitutos, vniuerſis viribus breui exhauriri, ac languore paulò poſt confectos, ad internecionem cædi oporteret. Sed quod Turcas imprimis deterruit, atque ita perturbauit, vt omnem vincendi animum expauefacti omitterent, hoc fuit: Iànus quidam Iuſtinianus è Liguria, homo apud ſuos nobilitate, gratia & fortunis potens, Conſtantinopoli fortè tum fuit cum obſideretur. Hic ſuam ſortem non meliore locò eſſe quam reliquorum, qui obſidebantur arbitratus, ſibique non minus ex vſu eſſe quam cæteris, ſi ciuitas integra conſeruaretur, in defenſionem eius vnà cum reliquis arma ſumpſit. In quibus ea fortitudine ſe geſſit atque prudentia, vt ipſi ſeruatæ huiuſque vrbis, communiſque ſalutis gloriam ſinguli facilè deferrent. Accidit vt inter pugnandum cum irrumpenti hoſti fronte aduerſa obſiſteret, telo ſuorum infæliciter in hoſtem miſſo, grauiter incautus vulneraretur. Cruoris extemplo è dorſi vulnere manantis abundantiam intuitus, nolens, vt demum prædicabat, commilitonibus perturbationi interpellationique eſſe, ſi quempiam eorum accerſitum medicum dimitteret, clanculum ſe prælio ſubduxit. Cuius diſceſſu renunciato Conſtantinus Imperator in eius abſentia periculum vrbis collocans, & ſalutem in præſentia, relictis in ardentiſſimo conflictu ſine duce ſtatariis militibus, abſentem ipſemet reuocatum conceſſit. Ad quem cum perueniſſet, orare atque obſecrare ne prælium intermittat, inſtare vt redeat, vt hoc ſe Imperatorem exorare ſinat, efflagitare. Verum ille, cum nullis precibus flecteretur, quin iter ſuum inſiſteret, eadem tamen conditione portis exceſſit, & vbi primum medicatione refectus fo- *Conſtantinopolis oppugnatio 1453.*

Digitized by Google

Conſtantinopolis expugnatio 1453.

ret, in ſtationes propere reuerteretur. Obſeratæ tum erant fores, quibus pomœrio egreſſuris via patebat: quod ea præſertim ratione cautum fuerat, vt prærepta certantibus abeundi facultate, id vnum ſibi proponerent, ibi aut vincendum eſſe fortiter, aut viriliter moriendum: eaque de cauſa audacius alacriuſque decertarent. Exitus vt Iano patuit, iis ſimul qui hoſtem à muro coercebant, animi cecidere. Videre erat alios ſenſim loco cedere ac dilabi, alios pugnæ ſegnius intendere, ſingulos debilitatione atque abiectione animi collanguere, omnes ſibi deſperantes auerſos in fugam præſentem incumbere.

Ea re cognita præfecti Turcarum confirmatis animis, iterata cohortatione ſuos quiſque denuo longe maiori quam ante audacia in murum incitant. Hi officii memores, & ducum ſuorum beneuolentiam aucupati, certatim in expugnationem proruunt. Pars ruinis, proiecturiſque mœnium, quas dura machinatio patrarat, innitentes, ſummum murum inuolare: pars ſcalis ſe promouentes faſtigio inſiſtere, in pomœrium deſilire, hoſtes inde abigere incipiunt. Irrumpentibus eum in modum Turcis Græci magna trepidatione in fugam verſi: qua Iuſtinianus exiuerat, eò omnes, ſalutis ſuæ cauſa erupturi, confugiunt. Sed Imperator Conſtantinus vt ſuos fugere intuetur, ſui officii ac dignitatis oblitus, nec eius, quod tantum principem decebat, ſatis memor, eſſe ſcilicet imperatorium, ſuis fuſis pulchram vulneribus mortem oppetere: terga quoque ipſe dat, & præceps recta in portam poſt ſuos fertur. Ob cuius anguſtiam, cum ipſa confertim effugientium multitudine offenſus, atque indiſcriminatim abeuntium impetu ſuccuſſus humi procubuiſſet, miſerrime proculcatus interiit. At in tanto propugnatorum numero, qui nuper afflictæ vrbi præſidio erant, duo ſolum reperti ſunt: qui ſalute religioni ac famæ poſtpoſita, viriliter ad extremum pugnando, ſtrenuorum hoſtium gladiis configi atque internecari, quam fugere maluerunt. Eorum vnus, Græcus erat, Theophilus Palæologus: alter Ianus quidam natione Dalmata, ſeruus conditione. Qui quidem è conflictu fugiſſe viro cuilibet quantæ ſit turpitudini ac dehoneſtamẽto ſecum reputantes, inimicã irruptionem ſoli tantiſper ſuſtinuerunt, dum turba innumera circumuenti, non tam victi quã vincendo fatigati, cæſis ſua manu permultis, ipſi denique promiſcuè in ſtra-

Digitized by Google

Conſtantinopolis expugnatio 1543.

in ſtragem hoſtilem neruis deficientibus prolabentes expirarunt. Iuſtinianus verò percepta hoſtium victoria Param continuo diffugit: mox illinc haud ſatis confirmatus, Chium inſulam Ioniæ adnauigat: vbi aut vi vulneris, aut dolore confectus, quod importune prælio exceſſiſſet, paucis diebus comparata primum nominis gloria incredibili orbatus, animam egit. vno certè fælix futurus, ſi in armis egregius propugnator ad muros Conſtantinopolitanos mori potuiſſet.

In Turcarum concurſu in patentem portam atque introitu, profligati, diſſipatique ſunt ex Græcis ac Latinis deuoti circiter octingenti. Superato interea muro, armati pauci eos ciues, qui prohibendæ irruptionis cauſa portam inſiſtebant, ſaxis ac ſagittis è loco ſuperiore imperitos propellunt. Ea, Turcæ in vrbem hoſtilem admiſſi, & de loco hominum opumque pleniſſimo triumphantes, trucidatis immaniter quoſcunque in armis repererunt, ad direptionem conuertuntur, immenſus erat eorum numerus. Singuli prædæ inprimis, ac ſtupris libidinoſe crudeliterque inferendis immorantes, nulli prorſus (vt natura feri, inhumanique ſunt) neque ætati neque ſexui parcere. Stupra cædibus, cædes ſtupris commiſcere: imbelles ac decrepitos ſenes in ſeruitutem adigere. Adultos maſculos æquè ac fæminas genere obſcuriores magno ludibrio in vincula coniicere: Vinctos ad pecorum ſimilitudinem præ ſe cogere. Quod ſi in virginem, aut quamlibet aliam forma egregia fæminam, ſeu iucundum aſpectu maſculum incidiſſent, multis ad eos potiundos concurrentibus, grauis interim pugna oriebatur. Similis erat ratio prędæ ſplendidoris ſacræ pariter ac profanæ: ad quam præoccupandam tam conferti proruebant, vt eius nomine orta ſociali diſſenſione, non pauci mutuis illatis vulneribus interciderent. Cumque eiuſmodi exercitus ex diuerſis locis, nationibus, moribus ac linguis conflatus Conſtantinopoli triduum in populi vexatione, fortunarumque omnium expilatione conſumpſiſſet, nullum tam inſigne piaculum fuit quod non à quoquam magna licentia patraretur. Nec tum magnifico Iuſtiniani Imperatoris operi ita caueri potuit, vt non ornamentis, quæ ibi & aurea erant & argentea ſupra numerum, quolibet etiam alio ſplendore penitus ſpoliaretur: & omni deinde ſpurcitia inquinatũ, ex auguſtiſſimo Sophię templo nequiſſimũ mulierculàrum lupa-

Conſtantinopolis expugnatio. 1453.

lupanar, ex æde ſanctiſſima viliſſimum equorum ſtabulum redderetur. Neque adeò fanis cæteris adytiſque minor vis allata. nam raptæ ex his virorum ſanctorum reliquiæ, detracta quantumuis humili theca vel emblemate, in populares vias, in colluuiem, in fœdiſſimas cloacas, abiectæ, non hominibus modo impiis, ſed & mutis animalibus, & canibus, & porcis dabantur conculcandæ. Et Chriſti Opt. Max. Seruatoris aut ſancti ſigna cuiuſpiam, vel cœno publico immerſa, vel ſecuri alioue id genus inſtrumento diſciſſa ſordebant. Ergaſtulis demum in equuleum deditis, ad æraria cum publica tum priuata, quæ metus hoſtium in terram defoderat, ab inuitis ediſcenda, dictu incredibile eſt, quantam vim auri atque argenti & ſupellectilis artificio miræ eruerint. Quæ opes vtinam in munitiones defenſioni vrbis neceſſarias collatæ fuiſſent, dominis fortaſſe ac patriæ ſalutem attuliſſent. Sed tum in confeſſo fuit commune auaris hominibus malum: qui ſuo cum opus eſt, vti neſciunt, ſed immenſis diuitiarum cumulis inhærentes, inopia miſeri diſtorquentur ac pereunt. Cæterum, cum in tertium diem continuaretur direptio, nihil penitus vrbi pridem fæliciſſimæ atq; opulentiſſimæ reliqui fuit, præter indignam ciuium captiuorum ſeruitutem. Ad quam vitæ ſupplicio deponendam, cum vincti in hoſtilia caſtra pertracti fuiſſent, Maomethes condicto primum Baſſis ac præfectis ſuis ex more lauto conuiuio, ſingulis cibo ac vino ingurgitatis, quaſi qui animum quoque eorum expleturus eſſet in effundendo Chriſtianorum hominum ſanguine, captiuos ad ſeſe duci imperat, & cædi, ex mandato, & membratim diſſecari præſens intuetur. Ex ciuibus cum Ricelucas quidam, qui domi inter ſuos primas ſemper apud Conſtantinum tenuerat, coram ad cruentam cædem ſtaret, iugulato in eius conſpectu ex filiis eius natu maiore, venuſtiore altero Maomethi ad libidinem reſeruato, laqueo ipſe extinguendus permittitur. Pari crudelitate cum peregrinis agi cæptum eſt: quibus aut mori proximum fuit, aut quam citiſſimè multa pecunia vitam redimere. Minimo ſeruatus eſt Iſiodorus Ruentenus Cardinalis, qui Conſtantinopolim multo ante obſidionem à Romano Pontifice Nicolao quinto legatus miſſus, in expugnatione vrbis ſumpto habitu viliſſimo, cum in militis ſtipendiarii manum deueniſſet, Turca ſortis captiui neſcius, hominem numeratis Aſpris non multis, qui nummus Turcis familiaris eſt, liberum facit. Poſtremo expugnata Conſtan-

Digitized by Google

Conſtantinopoli, præſidium Pæræ, quod ex Liguribus erat, armis continuo depoſitis, legatos ad Maomethem mittit, qui & locum vltro offerant, & deditionem veniamque exorent. Pollicetur id quidem præſentibus: ſed non ita multò poſt cum omnibus copiis in Pæram hoſtiliter irrumpit, & ſtatim publica fide violata, populari, vexare, vaſtare, pueros vendere, matronas abducere, ſenes vincire, iuuenes interficere, nulli omnino neque ætati neque ſexui parcere, fana, palatia, domos, muros, omnia ſolo æquare aggreditur. Pacata eum in modum Græcia, bonam exercitus partem in certum temporis ſpatium exauthorat: ipſe cum iis, quos ad cuſtodiam ſui ac præſidium vrbis retinuerat, Cõſtantinopolim in nouam imperii ſedem triumphator pacatiſſimus recedit.

Bellogradi oppugnatio 1456.

De Bellogradi ſiue Alba Græca oppugnatione à Mahomete II. Imp. Turcarum factâ, anno M. CCCC. LVI. *Narratio, Auctore Antonio Bonfinio.*

POST Conſtantinopolitanæ vrbis exitium, Mahometes ea victoria nimis elatus, ſpes multo maiores concepit, non ſolum Italiæ, & Dalmatiæ, & Myſiæ occupandæ: ſed & Albæ Græcæ, quam Belgradum nunc vocant, expugnandæ. Quo animaduerſo Ioannes Huniades Coruinus, qui ad protegendas inferioris Hungariæ oras Regia auctoritate conſtitutus erat, inprimis Ioannem Capiſtranum è Samnitibus editum, & à Pontifice Maximo eò miſſum, virum religioſum, ad hanc obſidionem ſibi collegam adſciſcit: & quid potiſſimum agendum videatur conſulit. Capiſtranus bono animo eſſe iubet Coruinum: quando non mediocrem cruce ſignatorum exercitum è Germania ſe conflaſſe fitetur. Quamuis hæc gens Hungarico ab antiquo ſit infeſta bello: in communi tamen cauſa & neceſſitate, minimè defuturam arbitratur. Quin & totam Hungariam ſe poſt Conſtantinopolitanam captiuitatem in Turcas concitaſſe gloriatur. Interim Coruinum cætera, quæ ex vſu belli ſunt, curare iubet: hæc ſe in tempore auxilia daturum pollicetur: demum ad hanc capeſſendæ immortalitatis occaſionem intendit: Is veteranos omnes ac alios ſpectatæ virtutis milites cogit: claſſem mira celeritate in Danubio parat: quando Turcam quoque multa in Ponto nauigia paraſſe, mandaſſeque per exploratores acceperat, vt Iſtrum propediem ſubirent, & vbi caſtra eſſe ſenſerint, ibi conſiſterent.

Digitized by Google

ſterent. Calixtus Pontifex, qui Nicolao ſucceſſerat, imminentis periculi non ignarus, Ioannem S. Angeli Cardinalem, virum ſapientia & magnanimitate præſtantem, in Germaniam Pannoniamque miſerat, vt Septentrionalis plagæ gentes, quantum in ſe foret, in dirum hoſtem concitaret. Interim rumor affertur, Mahometem iam ſuperato Hemo, per Triballos & Iſtrum centum & quinquaginta millia hominum ad obſidendum Belgradum ducere. In ſumma rerum omnium trepidatione verſatur Hungaria. Coruinus & Capiſtranus forti animo cum ſuo vterque exercitu ad protegendam vrbem properarunt. Claſſem commeatibus militibuſque oneratam deducunt, Cardinalis Budæ ſubſtitit, vt apud regem cætera curaret. Ladiſlaus & Ciliæ comes audito Turcarum aduentu, vſque adeo conſternati ſunt, vt ſimulata venatione Buda egreſſi, Viennam continuo ſe receperint. Quin & Budenſem arcem omni præſidio deſtitutam reliquere: quæ diebus circiter triginta etiam hoſti patuit. A Turcis interim Belgradum obſidetur: quod Idibus Iuniis accidiſſe ferunt. Vrbs eſt in angulo ſita, vbi Danubio Sauus illabitur: à Septentrione Danubio, ab Occaſu vero Sauo abluitur. Arx monti præſidet, loco & arte munitiſſima: ad radices montis, ciuitas in amnis vtriuſque ripas effunditur: craſſo muro confluentibuſque obfirmata, à continente duplici vallo, foſſa mœnibuſque munitur.

Mahometes in duo caſtra exercitum diuidit: altera præter Sauum, quibus Baſſa Aſiæ: altera præter Danubium, quibus ipſe præerat, rite locat. In ſuis caſtris tormenta tunc bellica à fronte diſponit; locum vallo foſſaque circumuenit, ne eruptionibus hoſtium foret obnoxius. Reliquam multitudinem per campos effundit, quæ omnia complere videbatur. Cum à continente continuatis ferè caſtris vrbem obſediſſet, ne quid efferri inferrique poſſet, Sauum & Danubium claſſe compleuerat. Cum expugnatio ciuitatis inſanam machinarum magnitudinem poſtularet: ac illæ ob itineris difficultatem facile trahi non poſſent: hoc Barbarus commento vſus eſt: machinas diffregit, antequam iter iniret: vt in leuia fruſta redactæ, facilius per ardua loca veherentur: mox vbi in Myſiam ſuperiorem ventum eſt, ad Chryſonicum ſtatim è conflato ære inſtaurauit: quas cum vrbi propius admouiſſet, & munitionibus quibus opus erat obfirmaſſet: mox oppugnationem adoritur:

tur: quatit die noctuque mœnia: nihil oppidanis ocii iam indulget: *Bellogradi oppugnatio 1456.*
Coruinus & Capiſtranus vrbem acerrime dudum obſeſſam eſſe ſentiunt: claſſem Hungaris & Crucesignatis completam, ſecundo amne deducunt: vt Albanam arcem aqua terraque obſeſſam facto impetu ingrediantur.

Cum appropinquauere, vrbem aſſidue quati: arcem iactis in altum lapidibus ſubſidi: regionem ſulphureo late fumo caligantem, perpetuas ſeruare tenebras conſpicantur. Sociorum miſeratione correpti, qui acerrima obſidione torquebantur, animos ingentes ſane concipiunt, & ad certamen irritantur. Trecenti è Polonis erant: qui religionis ardentiſſimæ gratia ſumpta crucis teſſera, ſtipendia faciebant: item Germanorum ingens numerus, qui ſacram expeditionem vltro ſuſceperant: & certatim vtrique obſeſſis accurrendum eſſe cenſebant. Tormentorum crepitus æneorum ad Segedinum vſque exaudiebantur. Quare inſtructa claſſe, terreſtribuſque copiis in aciem eductis, ſecundo amne deſcendunt. Mahomethes his occurrere auſus, ſuam claſſem opponit, ne quid laboranti ciuitati afferant ſubſidii. Collatis in Danubio ſignis fluuialis pugna conſeritur: effertur immenſus vtrinque clamor: & crepitantium fragore tormentorum Danubius intonat, ac vtriuſque claſſis grauitate ſubgemit. Chriſtiana in quadratum agmen effuſa, ripam vtramque legebat: In ripis quadrata cataphractorum equitum agmina, vtrumque claſſis cornu protegebant: in dextro Coruinus, Capiſtranus in læuo præſidere: hic à prora crucifixum amplexus, ac ſupplex ad ſalutare prælium ſuos hortari: promittere diuinam opem, & profanis hoſtibus maledicere: Ille acerrime pugnare, ac exemplo ſuo Hungaros ad pugnam incendere: iubere vt remis incumbant, & ſuffragante Danubio comminus dimicent.

Quod vbi factum eſt, mutuis nauigia catenis vtrinque colligant. Coruinus in Prætoriam nauim inſilit: ſequuntur ſocii: Enſem late ducunt, Turcaſque ſaucios ſemineceſque in Danubium deturbant: idem reliqui faciunt. Feruens vbique colluctatio cernebatur: multi vtrinq; cadũt: & cum dira ſe omnes cæde competerent, cruore Danubiũ totũ inficiunt: Cumq; ſecundi amnis ſubſidio noſtri niterentur, Turcarum claſſem inclinant cæduntq;. Illi obſtanti fluuio cedere coacti, proras auertunt: multa inter fugiendũ intercepta

 naui-

Bellogradi oppugnatio 1456. nauigia, vndiſque demerſa: cæteri ad ſuorum præſidia confugêre. Coruinus fuſa fugataq; claſſe, cum Belgrado appropinquaſſet, eam reſerat, vrbemq; ingreditur: quam armis, milite, commeatibuſq; cõplet: ſaucios ægroſque oppidanos educit: arci ſupplementum ſuggerit validiſſimum: obſeſſorum animos recenti victoria inſtaurat: & ad propugnandam ciuitatem, vnà cum Capiſtrano viro religioſiſſimo omnes hortatur. Mahumetes ad nuncium profligatæ claſſis: Quamuis grauius (inquit) noſtro tamen voto omnino potiemur. Quod è claſſe ſuperfuit, incendi iuſſit: atque obſtinatiſſimum ad expugnandam vrbem animum intendit. Cum paterni ſibi amici retuliſſent, Amurathem olim ſeptem in Albana obſidione menſes triuiſſe, ac irrito tandem conatu abiiſſe: multis paternos manes probris affecit, & ante quintum decimum ſe diem vrbe potiturum gloriatus eſt. Baſſa fortè aderat Aſiaticus. hic vt glorioſo Principi magis aſſentaretur, certam imminere victoriam pollicetur: quãdo Byzantium ipſe vi cæperit, veteri arte ac munitione quaque maxima præditum: neque ab Hungaris validius muniri, magiſque ſtrenue protegi, quam à Græcis oppida ſoleant: quibus non immerito, nõ ſolum eloquii ſapientiæq;, verum etiam diſciplinæ militaris gloria ſuo iure tribuitur: præterea multæ dirutæ turres, cõpletæ foſſæ, & iam æquata ſolo mœnia forent; proinde haudquaquam diffidendum eſſe affirmabat. Mahumetes his verbis accenſus, inſequenti die omnes arma ſumere iubet: ac veluti decreuerat, nunq̃ etiam ceſſare cõſtituit, donec Alba potiatur. In tot ordines digerit exercitũ, vt perpetuum prælium continuare, & ita feſſas ſubinde acies inſtaurare poſſit; vti nulla quiete data oppidani deficere cogerentur. Sacer Diuo Sixto erat ille dies, octauo Idus Auguſti: quo deturbatis dudum propugnaculis, completa foſſa, & obrutis patentibuſque mœnibus, hoſtes in occaſu Solis vrbem adoriũtur. Obſtant oppidani: & cum completos innumera multitudine campos ab arce proſpectarent, conſtrataque late mœnia cernerent, ſalutem deſperare cogebantur. Nulla maior ſpes & conſolatio ſuccurrebat; quam deſperata corporum ſalute, pulcherrimè mori. Capiſtranus cum diui Franciſci collegio crucigeros ad ſalutarem pugnam hortatur: & Seruatoris noſtri crucẽ amplexatus ac ſupplex, Dei præſentiam opemque pollicetur. Illi oppetere magis, quam formidare, glorioſam mortẽ viſi, ad pugnamque promptiſſimi Turcis occurrunt. Vnicum his oberat, quod

quod animo potius,quam corpore,armati erant. Gladiis tantum & lanceis obnitebantur: pauci ſe galea & thorace protexerant. Dira nimis & cruenta ſupra murorum ruinam pugna conſeritur: ſumma vi vtrinq; pugnatur. Hoſtilis clamor, tympana claſſicaq; cœlum ſonitu & fragore compiebant. Rudera magna cęde fœdantur: quando illi vi ingredi, reiicere iſti connituntur. Coruinus vbicunq; laboraretur accurrens, nunc verbis, nunc factis omnibus opem ſuggerit: timidos & ignauos inclamitat corripitque: ſtrenuos extollit: fortiſſimos quoſque commendat & hortatur: vt vrbem hanc Chriſtianæ Reipublicę propugnaculum fortiſſime tueantur: ſciant ſibi cum his rem eſſe, quos toties olim profligarint, vicerint, & ad internecionē ſæpe cęciderint: & in Danubio tot ſuperiore pugna confecerint: nō deeſſe diuinum auxilium, & Ieſu Chriſti præſentiam: ſub cuius nomine, ductu, auſpiciis dimicatur. Mox cum globo veteranorum inſtructus, vſquequaque diſcurſare: inſtaurare ordines: pro feſſis validos, viuos pro mortuis, pro ſauciis integros, pro inermibus armatos, veluti opus erat, ſufficere: quandoque vbi plurimum laborari ſentiebat, ſuccurrere: inter confertiſſimos ſeſe hoſtes inſerere: ingreſſos reiicere hoſtes, & Imperatoris militiſque optimi officium præſtare. Contra Mahumetes à tergo ſuis inſtare: grandia militibus præmia polliceri: retrocedentes reuocare in ordinem, & quandoque falcato enſe cædere: orare, vt ſtrenue pugnent: exclamans eam iam vrbem captum iri, & ſuos intra mœnia penetraſſe: proinde vt facto magno agmine progrederentur, hortari. Variante diu fortuna pugnatum eſt: quando Turcæ ſæpe in vrbem penetrarunt: & à Chriſtianis non ſine magna vtrinque cęde reiecti. Supra cadauera murorumque ruinas diu nutante ancipitiq; victoria dimicatum: & hinc veluti ſpes vtrinque ſurgebat: ita extremis indefeſſiſque viribus pugnabatur. Sæpe Turcæ cum maximo impetu in vrbem irruperant: ſæpe etiam reiecti, arridente ſubinde Marte, inſtaurato cuneo, amiſſam obſtinatiſſime victoriam repetebant. Itaque cum pari ſpe vtrinque pugnaretur, Mahumetes præſentaneum conſilium init, quam validiſſimo poteſt agmine in vrbem irrumpere, pertinaciſſimeque tenere. Quod ſi nequeat, hinc reiectum fugam ſimulare: qua oppidanos allectos in campos educat: mox irrumpente à tergo dimiſſa equitum multitudine reditum intercipiat: vti à tergo & fronte Chriſtiana gens iuxta cædatur: quare validiſſimum agmen inſtau-

Belegradi oppugnatio. 1456.

Belgradi oppugnatio 1456.

rat. Superata mortuorum ſtrue, quę in ruinis exercuerat, in ciuitatem inclinatis oppidanis irrumpit: penetrat in forum; & in medio foro prælium redintegratur.

E Turcis plerique in forum ſigna inferunt: altis nonnulli turribus vexilla Regis deponere conantur, quæ adhuc in mœnibus integre ſuperfuerant. Subeuntem cum vexillo Turcam memorant, qui vt ſigna ſui Regis, ad irritandos in vrbem ſociorum animos, qui nondum intro penetrarant, pinnaculo turris imponeret, & ad exanimandos Chriſtianos Hungarica deturbaret, turrim altiſſimam repente ſubit. Hunc illico Hungarus ſubſequitur: ac antequam patria ſigna deponeret, cum hoſte in turris faſtigio colluctatur: Cum alio modo id prohibere non poſſet, ſe cum Turca, quem apprehenſarat, ex altiſſimo vertice præcipitem dedit. Coruinus in ſummum periculum adductam vrbem conſpicatus, accito MICHAELE ZILAGIO auunculo ſuo, & LADISLAO CANISA; item SEBASTIANO ROSGONIO, cæteriſque fortiſſimis proceribus Hungarorum, ab arce ruens in forum Turcas inclinat. Hi tanto furore congrediuntur, vt multis in platea viciſque cæſis, extra mœnia extemplo reiecerint. Crucigeri diuina ſe ope adiutos rati, adauctis animis extra mœnia prodeunt, & in hoſtes ſæua cęde graſſantur. Mahumetes vbi ſe iterum iterumque reiectum eſſe cernit, extemplo fugam ſimulat, & plane terga vertit, ac eos educit. Inſtant à tergo Crucigeri: & arridente victoria pellecti, pertinaciter inſequuntur. Iamque ad Baſſæ Aſiatici caſtra peruenerant, quæ in Saui ripa collocarat: Capiſtranus proſpectis ab arce Mahumetis inſidiis, confeſtim ſuos exclamat, vt retro cedant. Cum præ ſtrepitu & tumultu magno exaudiri non poſſet, à tergo receptui ſigna dat: contra illi victoriæ intenti, nihil exaudiunt: hoſtilia caſtra adoriuntur & incendunt. Pater cum ſacerdotum collegio illuc per medios enſes ab arce decurrit reuocatque. Mahumetes, qui ad machinarum bellicarum munitiones confugerat, cum Baſſæ caſtra cremari diripique reſpiceret: cum equitatu (quem à tergo reliquerat) vt reditum oppidanis obſtrueret, eo ſuccurrere contendit. Ad hęc iam dies inclinabat. Coruinus deſertas à Mahumete munitiones, & bellica tormenta conſpicatus, cum ſociis ex vrbe prorumpens, repente capit: machinas æneas, adacto mox clauo, partim obſtruit, inutileſque

leſque reddit, partim in hoſtes conuertit intenditq;. Turca reiectis *Biſlogradi*
è caſtris Crucigeris, qui à Capiſtrano reuocati facile ceſſerant, ad *oppugnatio*
munitiones redit: eas à Coruino occupatás comperit. Cum inſtan- *1456.*
te crepuſculo, recuperandi gratia, prælium inſtauraret: obuerſas in ſe machinas inuenit. à quibus cum grauiſſime ſocii lęderentur, ingruente nocte, ſe in poſteriora caſtra non ſine fœda fuga recepit. Alii pectore ſaucium ſub papilla in caſtra pedem retuliſſe memorant. Coruinus munitionibus potitus eas incendit. Cum adurgente nocte machinas ęneas exportare non poſſet: occluſis foraminibus irritas pręſtitit: victorque ac ouans in vrbem rediit. Turca vt ſe ab vrbe ſępe reiectum, & Aſiaticis caſtris ac munitionibus exutum conſpicatur: intempeſta nocte verſus Macedoniam iter intendit. Referunt nonnulli, cum à ſagitta ſaucium ſeminecemque in caſtra relatum, aliquantiſper iacuiſſe: Turcas ad Sarnon oppidum motis hinc caſtris Imperatorem tranſtuliſſe, veritos, ne intercedente ipſi' morte, poſtero die ad interitum cæderentur. Ad Sarnum cum ille aliquantulum reſpiraſſet, de belli exitu fuiſſe percunctatum: cum illi reſpondiſſent, Baſſam Aſiaticum & cunctos fere proceres oppetiiſſe: magnam partem exercitus eſſe cęſam: Kurkuteam, Prętorianarum cohortium Pręfectum, ſub mœnibus fuiſſe trucidatum, munitiones item omnes ab hoſte captas: ad hęc hominem (vt aiunt) vſque adeo ingemuiſſe, vt venenum præ vitæ moleſtia propinari ſibi iuſſerit: quod cum amici recuſarent, timidum & demiſſum, incenſis caſtris, turpem arripuiſſe fugam: neq; tam elatum animo veniſſe, quam cõſternatus abiit: & qui ſe terrorem orbis edixerat appellari, à parua manu fuſum fugatumq; fuiſſe: Baſſam Aſiæ (cui Caraciæ nomen erat) ad munitiones, paucis ante dieb. ab vrbe ictum obiiſſe pleriq; ferunt. Sexto igitur & quadrageſimo obſidionis die, diuina potius, quam humana, ope vrbs Albana Turcarum manibus liberata. Quanquam multi vtrinque cecidiſſent: plurimi tamen è Turcis occubuere: multi quadraginta hoſtium millia periiſſe prodidere: viginti millia nonnulli: nec deſunt, qui quatuor tantum millia fuiſſe, affirmant.

Sed quanta clades illa fuerit, potentiſſimi Regis fuga teſtatur. Turcę quoque ingentem & incredibilem fuiſſe, nequaquam diffitentur: quin & DEORVM ex ſe plures, quam Chriſtianorum manu, eo die cæſos fuiſſe aſſeuerant: quia multa

mortuo-

Digitized by Google

Bellogradi expugnatio 1456. mortuorum capita ſine vulnere comperta fuere: quæ diuina potius, quam humana, vi cecidiſſe reputabantur. Capiſtranus & Coruinus inſigni victoria potiti, per ſe vterque ad Calixtum Pontificem de hoc bello ſcripſere. Prælium id atrox & inauditum fuit: quando horis quatuor & viginti, ſine intermiſſione vlla, pugnatum fuiſſe, tradunt.

De Bellogradi vrbis Daciæ, & Rhodi inſulæ expugnatione à Solimanno Anno M. D. XXI. *&* M. D. XXII. *facta Narratio, Auctore Paulo Iouio.*

SOLIMANVS Turcarum Imperator quartus, maiorum diſciplinam ſecutus, poſtquam Syriam & Ægyptum, interfecto Gazelle, virtute Frahatis, pacatas didicit: in Pannoniam arma conuertit: adortusque Belgradum, (alias Nandor Albam, & olim Taurinum dictum) quod ad confluentes Sauum atq; Danubium ſitum, egregium erat atque firmiſſimum totius Pannoniæ munimentum, expugnauit: Hungaris quidem propter trophæa ibi fortiter atque feliciter Turcis erepta maxime decorum: Barbaris vero ſupra quam dici poſſet funeſtum atque ignominioſum. Nam ibi fruſtra tentata oppugnatione, Amurathes abauus, & proauus Mahometes, magnis acceptis detrimentis, inde repulſi, re infecta, diſceſſerant. Solimano igitur cum paratiſſimis copiis aduentanti, neque Hungari proceres, neque Lodouicus imbecillo ingenio Rex iuuenis, neceſſaria præſidia oppoſuerunt: quod nihil inter ſe conſentirent: & à priſtina inuictæ antea gentis virtute & diſciplina defeciſſent. Eo modo Belgradum otioſe oppugnatum, turpiſſimeque defenſum, in poteſtatem Barbarorum deuenit: vt porta inferendis maioribus noſtris cladibus panderetur. Altero poſt anno Rhodus à Solimanno, qui inſulam cum ducentis armatorum millibus traiecerat, fuit oppugnata. Eam vero conſilii ingentis & perdifficilis belli occaſionem audacter ſuſceperat Barbarus: quod Chriſtianos Reges inteſtinis occupatos bellis didicerat. Cupiebat Hadrianus, Romanus Pontifex ferre opem; ſed pecuniæ inopia, quo minus officio ſatisfaceret, retardabatur. Nam quas ab Hiſpania aduexerat peditum copias, factioſorum quorundam hortatu, non Rhodum, ſed in Galliam Ciſalpinam, quæ Cæſaris opes confirmarent, mittendas cenſuerat. Atque ita

Digitized by Google

ita Rhodus quintum poſt menſem, admirandis operibus & cuniculis, ad deditionem compulſa eſt; Philippo Liladamo militię magiſtro, deſperatis auxiliis, ad Solimanum egreſſo: & certa pactione vrbem atque inſulam dedente. Idque tantum vulnus Chriſtianæ Reipublicę illatum eſt, inſanientibus aut oſcitantibus noſtris Regibus: apud quos priuatæ ſpes augendi imperii totum Chriſtianę pietatis decus extinxerant.

Clades Mohazenſis, 1526.

De Clade in Campo Mohaz, in qua Ludouicus II. Rex Hungariæ & Boemiæ occidit, Anno M. D. XXVI. *Narratio, auctore Stephano Broderico Procancellario.*

REGNABAT eo tempore, quo Solymanus Hungariam validiſſimo exercitu aggreſſus eſt Anno M. D. XXVI. Lodouicus eius nominis ſecundus, Hungarię Boemiæque Rex, Vladiſlai, Caſimiri ex Anna de Caudale Galla filius: qui patre in ætate pupillari amiſſo, agebat eo tempore, quo bellum eſt ei per Turcam motum, XXI. annum. Fuerat ei paucis menſibus ante mortuum patrem deſponſata Caroli Imperatoris ac Ferdinandi Archiducis Auſtriæ ſoror Maria: quam ſtatim vt ad annos pubertatis peruenit, duxit in vxorem: ſorore ſua natu maiore Anna eodem tempore Ferdinando in matrimonium tradita. Erat LVDOVICVS iuuenis procerus; forma corporis ſupra alios æquales egregia: naturæ ſingulari bonitate, & præclara indole virtutis ita inſignis: vt ſi eum ad maturiorem ætatem peruenire contigiſſet, habuiſſemus in eo proculdubio longe optimum ac præſtantiſſimum Principem. Ingenio erat admodum miti, ac minime feroci, ad omne rectum & honeſtum mire flexibili, & ſua etiam ſponte procliui: prętcrea armorum tractandorum, equitandi, venandi, & alia huiuſmodi iuuenilia, & militaria opera exercendi ſtudioſus, verax, conſtans, & ſecreti, ſi quid ei credidiſſes, tenaciſſimus. Erat eodem tempore regni Comes Palatinus, quem vocant (quæ prima eſt à Rege inter ſeculares dignitas) STEPHANVS BATORI: ſuperſtes Stephani Batori, qui ſub Matthia Rege impigre & magna cum laude rem Tranſyluanam adminiſtrauerat, ex fratre Andrea nepos, & Tranſyluaniæ præerat Ioannes Zapoli, Comes Scepuſienſis,

Digitized by Google

Clades Mohacenſis, 1526.

ſienſis, is, qui paulo poſt regnum eſt adeptus. A patre Stephano in ampliſſimis opibus cum fratre Georgio eſt relictus: tanta apud nobilitatem gratia & fauore: vt iam inde à puero omnes eum, veluti regni ſucceſſorem, ſi illud hęrede legitimo vacuum remanſiſſet, obſeruarent, & in eum omnium oculi eſſent coniecti: Maiori Walachię, quam Moldauiam appellant, Stephanus: Minori, quam Tranſalpinam vocant, Radul imperabant: vterque Regi Hungariæ ſubiectus. Banus Dalmatiæ, Croatiæ & Sclauoniæ (nam hæ tres prouincię ab vno magiſtratu regebantur, quem nos Maritimum etiam Præfectum dicimus) erat Franciſcus Bathiani, obſequiis familiaribus iuuenis olim Regi adhuc puero conciliatus. Arcem Themeſienſem, & eas regni partes, quas inferiores vocamus, Petrus Perenni tuebatur: & is coronam etiam regni, poſt mortem patris Emerici Perenni apud eum relictam, cum eo, quem diximus, Ioanne Zapoli Comite Scepuſienſi ſeruabat. Sirmio & ei regni parti, quæ inter Sauum & Drauum per ripam Danubii iacet, Paulus Thomory Archiepiſcopus Colocenſis præerat, ex ordine eorum, quos fratres minores de obſeruantia vocamus: vir ſtrenuus, & qui antequam eam religionem intraſſet, plurima exhibuerat, nec modica ſuæ virtutis argumenta, cum hoſte ſępius congreſſus.

Vacante poſtea Archiepiſcopatu Colocenſe, cum ea bona, amiſſo paulo ante Belgrado, non minus defenſore, quam ſacrorum miniſtro, indigere viderentur: poſtulatum fuit in publico regni conuentu ab omnibus, vt Paulus è religione ſi exire abnueret, etiam vi & auctoritate ſummi Pontificis Romani extractus, illi Eccleſiæ, illiſque locis ab hoſte defendendis præficeretur. Diu multumque ac vere, non ſimulate reluctatum, tandem voluntati regię ac regni parere coegerunt. In qua Præfectura, omnium confeſſione, etiam perperam de eo iudicantium (vt nulla excellens virtus ſine inuidia eſt) ita ſe geſſit: vt nihil penitus prętermiſerit, non ſolum quod ad ſtrenuum militem & Imperatorem, ſed etiam quod ad virum religioſum & bonum Archiepiſcopum pertineret: nihil de priore vitæ auſteritate, neque in cultu corporis, neque in vlla alia re remittens, aut immutans. Comes Chriſtophorus de Frangepanibus, ante menſes aliquot ab obſequiis Ferdinandi Archiducis, magnis promiſſis ad regium obſequia

ſequia accerſitus, cum poſtea loco beneficiorum, quæ expecta-bat, iniuria non mediocri affectus fuiſſet, illuc, vnde venerat, ad FERDINANDVM redierat. Cancellarii munere fungebatur Stephanus Brodericus, in ea parte Pannoniæ ſuperioris natus, quę nunc peculiariter Sclauonia nominatur: ad eum magiſtratum ex legatione Romana, quam tunc obibat, paucis ante menſibus accerſitus, maiore ad bene agendum animo, quam facultate. Theſaurarii magiſtratus erat penes Alexium Thurzonem, hominem (vt opinio multorum de eo erat) prædiuitem, & eo magiſtratu aliquoties antea diligenter functum. Ioannes Borkomizza Poſonienſis & Budenſis arcis Præfectum agebat: non paruæ apud Regem, quem ab incunabulis educauerat, eodem in hanc vel in aliam voluntatem mouendo, auctoritatis: apud alios fere omnes magnæ venerationis; cum ob ſenium, tum propter immotæ cuiuſdam ſeueritatis & bonitatis, ac illibatę in Regem fidei opinionem. Hi fere, quos diximus, erant tunc publici magiſtratus: cæteri Prælati & Barones ſuis quique priuatis rebus operam dabant: præter Ladiſlaum Salcanum, Archiepiſcopum Strigonienſis Regni Primatem, & ſupremum Cancellarium: qui licet paucis ante menſibus, vel quia aliter facere non poterat, vel quietioris vitæ ſtudio, ſigillum regium (quod Secretum vocant) in manus regias tradiderat, quod Stephano Broderico fuit datum: penes hunc tamen magna pars auctoritatis reſidebat; resq; huius etiam nutu pro magna parte regebantur: cui ob dignitatem, ętatem, prudentiam, & rerum, quas longo tempore adminiſtrauerat, agendarum peritiam, Rex adhuc inter omnes plurimum tribuere videbatur; præſertim vbi de ſumma rerum agebatur. Et is fere erat ſtatus rerum in Hungaria: quando Regi Lodouico nunciatum eſt, Solimanum, pace cum omnibus finitimis in annos plures firmata, arma infeſta contra ſe terra aquiſq; mouere. Cui ad id faciendum magnam prębebat occaſionē Belgradum & Sabacia, paucis ante annis in poteſtatem redacta: Zalanka & omnib. aliis oppidis citra Sauum eodem tempore dirutis, vſq; ad Varadinum Petri: quem totum tractum nos durāre adhuc antiquo vocabulo Sirmium appellamus. Quę res talem hoſti aditum in Hungariā patefecerat: vt quoties Sauum tranſire, & in Hungariam irrūpere velleſſet, ægrę poſſet ab eo ꝓhiberi. Pręerat tunc ei Pannoniæ inferioris parti (vt ſuperius dictum eſt) Paulus Thomory: qui vbi exploratum

Clades Mohacenſis, 1526.

Clades Mohazenſis, 1526.

habuit Turcæ in Hungariam aduentum, non contentus id per literas & nuncios ſæpe antea Regi ſignificaſſe: conſcenſis raptim leuibus curribus, XX. die Martii ad Regem tunc Wiſſegradi agentem repente aduolat: aduentum & apparatum hoſtis, ac pericula, quæ regno imminerent, edocet: ſuarum ad hoſtem reprimendum viriũ imbecillitatem narrat; celeritate eſſe opus: arcendum hoſtem Saui apud Belgradum tranſitu: & rem, ſi in tempore prouideatur, tametſi difficilem, non tamen eſſe prorſus factu impoſſibilem: ad id, ſi neceſſaria ſibi pręſtentur, ſuam operam pollicetur. Rex his rebus motus, & quod aduentus Turcæ ex pluribus etiam aliis locis vehementer confirmabatur, ex eorum, qui tunc ſecum erant, conſilio, conuentum publicum indicit ad diem D. Georgii Martyris, quæ proxima erat ſacra: ad quam cum frequentes omnes omnium prouinciarum ordines conueniſſent, decernuntur ibi ea, quæ ad regni defenſionem pertinere videbantur: illudque inprimis, vt ad diem virgini matri ab Eliſabeth viſitatæ dicatam, quæ in ſecundam menſis Iulii diem cadere ſolet, omnes Regni proceres, tam Eccleſiaſtici, quam ſeculares, & tota nobilitas viritim, cum certa ruſticorum parte, Tolnam armati conueniant, hoſti inde cum Rege obuiam ituri: Rex interim neceſſaria ad bellum parat: Principes Chriſtianos, maxime vicinos, per oratores, communis periculi admonet: Boemos item & Morauos ac Sileſios tam nunciis, quam literis, vrget, ad auxilia debita & alia ſibi ad hanc rem promiſſa præſtanda. Neq; omittit Pontificem Romanum vrgere, quantum maxime poſſit, ad eam pecuniam, quam in Hungaria ad militem conducendum Pontifex habebat, adaugendam. Nam de Rege Poloniæ Sigiſmundo, patruo Regis, alia prorſus ratio videbatur; quod is fœdus cum Turca paulo antè pepigerat: extremum excidium à ſuo regno (quando aliter inter tot Chriſtianorum Principum diſſidia non poſſet) vel hoc pacto auertere conatus: neque videbatur Princeps integerrimus, & fidei obſeruantiſſimus, contra confœderatum Principem auxilia vlla præſtiturus. Eadem de Venetis ratio erat. Permittitur pręterea in eodem conuentu Regi, vt ſi ob ærarii publici penuriam (quod mala adminiſtratione eorum, qui Reipublicæ pręfuerant, penitus exhauſtum erat) videretur ei theſauri eccleſiaſtici pars aliqua attingenda, id ei facere liceret: quod ne fieri ſine aliqua noxa poſſet, Romanus etiam Pontifex ſuo iam diplomate indulſerat. Deſignantur poſtremo in-

Digitized by Google

mo inter illos, quos domi habebamus, duo huic bello gerendo duces: Chriſtophorus Comes de Frangipanibus, cuius ſupra facta eſt mentio, & Nicolaus Comes de Salinis. Cum hæc & plura alia in hunc modum eſſent in conuentu illo generali conſtituta: Rex rebus omnibus ritè conſultatis, conuentum dimittit: ipſe quæ ſtatuta in conuentu fuerant, quanta maxima poteſt diligentia exequitur. Primum omnium ſcribit de his periculis ad omnes Principes Chriſtianos: omnium auxilia implorat, maxime Cæſaris Caroli, & regis Gallorum Franciſci, paulo ante ex captiuo in libertatem reſtituti: vtrumque ſummis precibus obteſtatur, ne ſe in tanto diſcrimine deſerant. Regi Gallorum & illud in memoriam reducit, quid ſibi in oppido Piczigytone captiuus per oratorem ſuum de defendenda Hungaria, & deferendis, ſi Deus eum priſtinæ libertati reſtituiſſet, ſuppetiis promiſerit: nunc eſſe tempus, vt promiſſa huiuſmodi perſoluantur: quando ei facta eſſet diuino munere eorum adimplendorum poteſtas: & ſibi extrema immineret eorundem expoſcendorum neceſſitas. Mittit præterea Oratorem expeditum ad alium ſororium ſuum Principem Ferdinandum, & ad alios Imperii Principes, qui tunc Spiræ conuentum imperialem habebant. Mittit in Boemiam, Morauiam, Sileſiam: agēs cum Ioanne Antonio Barone Burgii, qui tunc Pontificis nomine apud Regem agebat Oratorem: vt inſtet apud Pontificem pro maiori pecunia ad tantum onus belli ſuſtinendum ſuppeditanda. Præficit dimidii argenti ex eccleſiis accipiendi ſummæ Ladiſlaum Macedonium, paulò ante ex epiſcopo Sirmienſe Quinqueeccleſienſem in gratiam Cancellarii factum, cum pluribus aliis: Nicolaum vero Gerendi argento huic vel in monetam cudendo, vel ex aſſenſu Oratoris Pontificii ad hos tantum ſolos belli vſus militibus diſtribuendo. Exigitur præterea per theſaurarium pecunia ab Abbatibus, Prępoſitis, Capitulis: à ciuitatibus, quas liberas appellamus, à Saxonibus, Tranſyluanis, à Iudæis: conquiritur vndique neruus belli: ita vt intra pauciſſimos dies collectā ſit in hunc modum non parua vis pecuniarum, in eoſdem, quos diximus, neruos belli diſtributa. Veniunt interim aſſidue modo literæ, modo nuncii ab Archiepiſcopo Colocenſe, à Wayuoda Tranſyluano, Turcam iam Belgrado appropinquare, & aliquam copiarum partem, quæ præmiſſa erat, iam Sauum tranſire. Quæ res acriores addidit & Regi, & his qui apud regem erant, ſtimulos re-

Clades Mohacenſis 1526.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Hungariæ deſcriptio. rum omnium approperandarum:& ante omnia hoſtis, quando iam Saui tranſitu arceri non poſſet,à Draui tranſitu prohibendi. Verum hic locus poſtulare videtur, cum ſit ſæpe tam Saui, quam aliorum fluminum & locorum, mentio facienda: vt ſitum vniuerſæ Hungariæ, & maximè eorum locorum, per quæ hoſtis contra nos venit,& per quæ nos illi obuiam proceſſimus, vbi denique prælium commiſſum ſit, breuiter explicemus. Hungariam totam (quam nunc vel ab Hunis, vel ab Hungaris, populis ex Scythia certe profectis, qui eam incolunt, ita appellari conſtat) Danubius, omnium, quos Europa habet, fluuiorum maximus, in Martiana ſylua ad Vlmam ortus, ex Germania defluens, mediam interfluit, atque in partes ſcindit, in citeriorem & vlteriorem (nam ſic nunc loquimur, ac ſi Budæ, quæ regni ſedes eſt, eſſemus) Citerior eſt ea, vbi olim Pānoniæ fuerunt: hæc ab vlteriore Hungaria Danubio, & Auſtria, & Norico, radicibus Cæcii ſic olim dicti montis: à Slauonia Drauo: à Bozna & Raſcia Sauo fluminibus terminatur. Nam in locis Danubio propinquis,& ad Belgradum ſpectantibus, ad Saui vſq; fluminis oſtia, cū Danubio èxcurrit Walko, Poſegam, Sirmium, tres inſignes prouincias, quas nos comitatus vocamus, à Slauonia diuellens. Huius citerioris Hungariæ caput eſt ea, quam paulo ante nominauimus, Buda regni ſedes: nobiliora in ea oppida Alba Regalis, coronatione & ſepultura Regum inſignis, Strigonium Metropolitana, Quinqueecleſienſis epiſcopalis ſedes: præterea Sopronium, Iaurinum & Sabaria, D. Martini, & Stridon D. Hieronymi patria. Flumina multa in ea nobilia, præter Danubium & Drauum, quos ſuperius diximus. Lacus habet duos nobiliſſimos, Balaton & Ferton: alterum tredecim circiter milliarium in longitudinem protenſum: alterum non ita longum, ſed Balatone longe latiorē. Huic citeriori Hungarię, vbi Drauum tranſieris, annexa Slauonia eſt pars olim Pannoniæ ſuperioris, inter Sauum & Drauum poſita: ſed Sauum etiam longe tranſgreſſa, & vſq; ad flumen Hunam (hoc enim nunc illi nomen eſt) protenſa, vbi Croatia incipit. Poſt quam Dalmatia ſequitur, per oram Adriatici maris, quę partim Veneto, partim Turcæ paret: minima eius particula eſt regi Hungariæ ſubiecta. Loca mediterranea Boznenſes tenent,& Raſciani, qui olim Mœſi ſuperiores fuerunt. Sclauonię caput Zagrabia eſt: Croatiæ nunc Bigihon eſt antea Fumium erat. Dalmatię in ea parte, vbi Hungaro paret, Segnia, Bozna, Iaycza: Raſciæ ſiue Seruiæ,

Digitized by Google

uiæ,Belgradum: & in hunc modum ſe Hungaria citerior, & ea quæ inter Danubium & ſinũ Adriæ ſunt, habent. Vltradanubiana Hungaria montibus Carpathiis ſupra Poſonium incipientibus, & longiſſimo flexu ad littus Euxini maris porrectis,à Morauia, Sileſia, Polonia & Ruſſia diſtinguitur,vſq; ad eum locum, vbi regio eſt,quã Maromaruſiam vocamus.Ibi iam alii montes & Syluæ ab eo loco Seuerinum verſus tendentes, à Tranſyluania & Walachia Tranſalpina ſeparant:hanc vlteriorem Hungariã Tibiſcus fluuius,omnium quos Septentrio habet,fluuiorum (quantum adhuc intelligere licuit) piſcoſiſſimus, in montibus Maromaruſiis ortus, mediam interfluit: præter alia duo minora nauigabilia flumina, in ſe recipiens Zamoſſium & Maryſium, vtrumque ex Tranſyluania defluentem. Hæc Hungaria vlterior habet oppida nobiliora, ad Septentrionem Poſonium, Tirnauiam, Trincinium, & ibidem fluuium Vagum, pro Comarum in Danubium influentem; Nitriam item, & inibi Biſtriciam, cum aliquot montanis oppidis, aurique & argenti cuprique fodinis: item Vaciam, Peſtum Budæ oppoſitum, Agriam, Caſſouiam, & aliquot Scepuſii oppida non ignobilia: Ad meridiem vero Colociam,Bachiam,Zegedunum:vltra Tibiſcum, Varadinum,Debrecinium,Riuulum dominarum, cum fodinis auri & argenti,Chanadinum & nobiliſſimam arcem Themeſienſem: Præfecturam,quæ tertium inter regni pręfecturas locum obtinet: Seuerinum,vbi pontis olim à Traiano Imp. extructi veſtigia etiam nunc apparent:& alia,q̃ breuitas hiſtorica nunc ꝑlixius vetat enumerare. Tibiſcus ipſe circa Titulinum,non ꝑcul à Varadino Petri,in citeriore eius fluminis ripa ſita,Danubium influit. Vltra eos montes,quos à Carpathiis ad Seuerinũ protendi diximus, Tranſyluania eſt, Daciæ olim pars. Eius caput Alba Iulia,vel à Iulio Cæſare,vel ab Hiiula potius quodam Hũnorum Principe ita dicta. Oppida complura nobiliſſima:in quib.Cibinium,Braſſouia,Coloſium,Biſtricia,&plura alia à Germanis, quos nos Saxones vocamus,condita & habitata. In ea ſunt Siculi,genus hominũ ferox & bellicoſum:inter quos nullus neq; nobili, neq; ruſticus:omnes eodẽ iure cenſentur, Heluetiorum inſtar. Tranſyluania ipſa rerum omnium eſt feraciſſima:pręcipue auri, argenti & aliorũ metallorum:ad hæc ſalis montani: equos generat nobiliſſimos:vino abundat,ſed non æque excellenti, vt Hungaria & Sclauonia. Tranſyluaniam duæ cingunt Walachiæ, Tranſalpina & Mol-

Hungariæ deſcriptio.

Digitized by Google

Hungariæ deſcriptio. & Moldauia: illa Danubio, hæc mari Euxino admota: vtraque cum Tranſyluania eam Europæ nunc occupat partem, quæ olim Dacia erat. Sic totus iſte tractus Transdanubialis, qui non ſolum Hungariam vlteriorem, ſed Tranſyluaniam quoque cum vtraque Walachia continet, Danubio, montibus Carpathiis, mari Euxino, & rurſus eodem Danubio ex omni parte includitur. Et hæc de generali Hungariæ ſitu: nunc reſtat de his locis dicere paulo aliquanto particularius: in quæ tota huius belli vis incubuit. Infra Budam per ripam Danubii deſcendentibus, præter quoſdam ignobiliores pagos & vicos, Rakos, poſt Tolna eſt, ſedecim milliariis noſtris Hungaricis à Buda remota: Inde Batha, ſub Batha, Mohaz ad ripam Danubii ſitum: Mohaz ad dextram in locis mediterraneis Quinqueeccleſias habet, ciuitatem ante hanc cladem in Hungaria ſatis inſignem, quatuor milliariis vel paulo amplius à Danubio, tribus à Drauo remotam: Drauum verſus Socloſium, vltra Drauum Valpo arces nobiles habentem: à Mohaz porro vſque ad Drauum fluuium quatuor, vel paulo amplius, milliaria ſunt. Supra eum autem locum, vbi Drauus Danubio miſcetur, in vlteriori ripa eſt oppidum Ezeck, & ibidem veſtigia magnæ alicuius vrbis eo tempore, quo Romani Pannonias obtinebant: Coloniæ fortaſſe Romanorum ab oſtio Draui non niſi duobus milliariis remotæ. In eo loco, vbi Ezeck eſt, Drauus in anguſtum coarctatus, ponti faciendo eſt aptiſſimus: quod ſequuti noſtri, eo tempore quo Belgradum amiſſum eſt, pontem ibi, per quem exercitus traduceretur, extruxerant. Poſt Ezeck, Erdeuud eſt, arx Præpoſituræ Thitetrenſis, locus vndique ſyluis cinctus, & qui paruo labore, natura adiuuante, munitiſſimus effici poſſet. Poſt Baroh, Walko, Zatha, & ea regione Bachia, quam diximus: altera Hungariæ metropolis, in loco campeſtri ſita: vt ſunt omnia alia vlteriora, quæ inter Tibiſcum & Danubium iacent, campeſtria & plana, atque ob id pecori & armentis alendis inprimis vtilia. A Zatha per eandem ripam eſt Wilak oppidum cum arce nobiliſſima: atque ibi primum aperitur beata illa & fertiliſſima regio Sirmienſis: non vini ſolum toto Septentrione laudatiſſimi, ſed etiam rerum omnium, quæ ad vſum humanum pertinent, ferax: tot olim Imperatoribus, atque etiam (vt annales Romani habent) vnius ad Pontificatum Romanum euecti, mater & alumna: Oppido olim eiuſdem nominis inſignis, cuius etiam nunc veſtigia extare dicuntur. Mira eſt ibi loco-

rum

Digitized by Google

rum amœnitas: mira ſoli fœcunditas: incredibilis aeris temperies: quod propterea iam eſſe conſtat, quod ea regio non eſt à littore Adriatico, niſi tridui aut ad ſummum quatridui itinere remota. Prima in Sirmia ab Wilack recedentibus occurrit Banmo noſtra, ſedes Epiſcopatus Sirmienſis: ac antequam ad Varadinum Petri perueneris, Kamancch oppidum: intra illud eſt Varadinum Petri, oppidum cum arce eccleſiæ Colocenſi ſubiectum: quem locum, amiſſo Belgrado, pro Belgrado numeramus: poſtea eſt Zalonkemen, & alia non magni nominis oppida, ſuperiori Belgradienſi clade per Turcas diruta. Inde in eo angulo, vbi Sauus Danubio influit, arx Zemlen: inter hanc arcem & Belgradum, oſtia Saui: & in altero confluentis angulo Belgradum illud, tot nobiliſſimis cum hoſte commiſſis præliis inſigne: à cuius iam pene captæ oppugnatione Ioannes Hunniades, Matthiæ Regis pater, Hungariæ Gubernator, cum fratre Ioanne Capiſtrano, Amurathen olim Turcarum Imperatorem, ſumma cum nominis noſtri gloria repulit. Hanc arcem nos Nandor Albam vocamus: aliqui Albam Græcam dicunt: antiqui Taurinum appellarunt. Sita eſt, qua Hungariam ſpectat, in rupe præcipiti, oppidum habens ſub ſe eiuſdem nominis: hinc Sauum, vbi Danubio miſcetur: illinc Danubium præterfluentem deſpiciens. Et in hunc modum ſe habet Hungaria, & eorum locorum, vbi tantam cladem accepimus, ſitus. Nam ad dotes Hungariæ, quibus ſupra omnes Europæ prouincias (ſi verum dicere licet) abundat, referendas, peculiari opus eſſet volumine: nos ſitum eius, vt magis eſſet conſpicuus, oculis legentium ſubiicere ita voluimus. Rex igitur (vt ad inſtitutum redeamus) vbi accepit, Turcorum copias iam Sauum tranſire, veritus, ne illo ſuperato eueſtigio ad ripas Draui, & ad oppidum, quod diximus, Ezeck, ante ſe occupandum feſtinaret: ad eum locum præſidio retinendum, animum adiecit: quæ res demandata eſt Comiti Palatino, qui tunc non procul à Drauo in arce fraterna erat. Qui licet male pedibus affectus, id tamen curandum impigre ſuſcepit. Cæterum illis, quibus mandatum erat, vt eodem vel irent, vel copias ſuas mitterent, mandata ſegnius, quàm par erat, obeuntibus, Palatinus fruſtra id, quod aggreſſus fuerat, facere conatus, Budam ad regem venit: vbi accuſata eorum, qui ſibi adeſſe noluerunt, negligentia, poſtea apud Regem manſit: regiæ exhinc contra hoſtem profectionis comes. Sub idem

Hungariæ deſcriptio.

d fere

Clades Mohacženſis 1526.

fere tempus Rex factus eſt certior per ſecretum nuntium à quodam, cui hoſtis conſilia ac rerum eius ſtatus erat exploratiſſimus: nihil eſſe conſultius, quam ſi Wayuoda Tranſyluanus cum Tranſalpino (nam & huius fides Regi hac in parte explorata eſſe videbatur) vel à tergo aggrederentur hoſtem nihil tale cogitantem: vel illo recta contra regem tendente, ipſi iunctis viribus Thraciam, omni præſidio nudatam, inuaderent. Ita enim fore, vt hoſtis vel opprimeretur in medio: vel certe ab incæpto deſiſtere, atque ad ſua defendenda redire cogeretur. Fuit id conſilium primò ſuſpectum, ob nonnullas cauſas, quas longum eſſet commemorare. Deinde cùm Archiepiſcopo Strigonienſi res fuit communicata. Illo conſilium approbante, præceptum eſt Wayuodæ Tranſyluano per Vrbanum Batthiani, qui tunc forte in Moldauiam mittebatur: vt re plenius cognita, id faceret, quod magis è Republica eſſe arbitraretur: & ſi id putaret vtilius, vires ſuas & Tranſyluanorum cum Wayuoda Tranſalpino ad illa loca conuerteret. Quæ res pro magna parte in cauſa eſſe potuit, quod Wayuoda ad tempus prælii adeſſe non potuerit. Iam dum hæc agebantur, non aderat ſolum, ſed & præterierat tempus conuentui Tolnenſi deſignatum: & nemo adhuc ad eum locum veniſſe audiebatur: videbanturque omnes ſolum regem inſpicere: neque prius Tolnam venturi, niſi regem ibi eſſe intellexiſſent. Inualeſcebant interim in dies magis ac magis rumores de Turcæ vlteriori progreſſu: donec auditum eſt, eum Sauo tranſito, aliquot caſtellis obuiis dirutis, Varadinum Petri obſidere: & iam arcem (nam oppidum parum munimentorum habebat) acerrime terra & aquis oppugnari. Tum deniq; Rex, licet neq; ex Boemia neq; aliunde quiſquam adhuc aduenerat, & paucas admodum copias apud ſe haberet; ne quid tamen in tanto regni periculo omiſiſſe videretur, quod à ſe fieri poſſet: XXIIII. Iulii Buda egreditur, penes Danubii ripam, Tolnam verſus paulatim iturus: ſperans interim, alios quoque ad ſe venturos. Paulo ante hunc Regis egreſſum ex Buda, miſſus fuerat Stephanus Bathori de Somlio ad Wayuodam Tranſyluanum, qui eum iuberet, reiectis omnibus aliis conſiliis, hoſtis aduentu ita iam exigente, cum omnibus copiis Tranſyluanis ad Regem properare. Habuit tunc Rex, cùm ex Buda egrederetur, cum his qui Mariæ Reginæ & Archiepiſcopi Strigonienſis erant, equitum ac peditum ad tria millia. Eò die quo Buda egreſſi ſu-

mus,

Digitized by Google

ſumus, ad ſuburbanum Ambroſii Sarkani peruenimus, duobus miliariis à Buda diſtans: Erd loco eſt nomen: ibi Rex equum amiſit, quem habebat omnium chariſſimum ac præſtantiſſimum, repentino morbo abſumptum; ex quo incredibili dolore eſt affectus: Multi id pro infauſto omine habuere. Vbi cum aliquot diebus Rex fuiſſet commoratus, neque quiſquam ad eum veniſſet; cum iiſdem copiolis, cum quibus illuc venerat, vlterius ad vicinum pagum, Erchii vocatum, procedit: ibi etiam multis diebus inutiliter conſumptis, & ſolo Andrea Bathori ex primoribus tunc, non contemnendis cum copiis ad eum veniente, per ripam Danubii ad Penteleum eſt itum: locum & ipſum (ſicut de Ezeck diximus) vetuſtate alicuius etiam Romanorum coloniæ veſtigia ſeruantem: vbi nobis à Vayuoda Tranſyluano Georgius Baſii cum mandatis præſto fuit. Summa mandatorum hæc erat: Vayuodam valde ancipitem eſſe, quid agere debeat, ob tantam, qui ad eum miſſi illis diebus fuerant, nunciorum varietatem: veniſſe ad ſe primum aliquot literas regias: deinde frequentes nuncios (& in his Gaſparum etiam Horwarth de Wingard, regiæ dapis in menſam apponendæ Præfectum) quibus ad Regem venire iuberetur: veniſſe poſtea Vrbanum Batthiani, qui conſilia quædam de hoſte à tergo cum Wayuoda Tranſalpino aggrediendo ad ſe detulerit: veniſſe poſtremo Stephanum Bathori de Somlio, qui rurſus priora illa mandata repetiuerit; non reuocatis apertè iis, quæ per Vrbanum Batthiani fuerant nunciata: Atque ita ſe prorſus incertum eſſe, quid inter tot conſiliorum mutationes agere, vel quidnam horum mandatorum exequi debeat: ad omnia ſe, quæcunq; Regia maieſtas iubeat, eſſe paratum: ſibi tamen videri illud conſilium longe eſſe ſalutarius, quo ad regem venire iuberetur: ſerum eſſe iam illud de Turca à tergo aggrediendo: & vt valde periculoſum, ita iam factu longè, quam antea, difficilius, etiamſi maxime conducat. Iam enim Tranſalpinum, cum quo id facere iuberetur, coactum eſſe mittere in caſtra Imperatoris Turcarum pro obſide filium, quem vnicum haberet. His à Georgio Baſii cognitis, Rex inde ad Feluar (ita oppidum in eadem ripa Danubii ſitum appellamus) eodem, quo Baſii mandata domini ſui expoſuerat, mane profectus, Georgio ibi in Senatum vocato, mandat, vt dies & noctes, quantum maxime poſſit, ad Vayuodam feſtinet: placere Regi Vayuodæ

Clades Mohazenſis 1526.

d 2 conſi-

Clades Mohacʒenſis 1526. conſilium:& ita nunc, hoſte limites regni ingreſſo, & contra ſe properante, ex vſu eſſe: Itaque rebus omnibus & conſiliis aliis poſtpoſitis, Vayvoda cum omnibus tam Tranſyluanorum copiis, quam aliis, quos per viam ad regis caſtra veniens vbiq; offenderit, ad regem feſtinet: omnes, quoſcunque poſſit, in caſtra regia trahat, non nobiles ſolum & militares, ſed etiam agricolas. Dantur literæ ad Tranſyluanos: dantur & ad Epiſcopum illius prouinciæ Ioannem Gozthoni, Reginæ cancellarium: dantur ad Vayuodā ipſum, Georgio id ex voluntate (vt dicebat) Domini ſui ſuadente: hæ, quos ille aliis ad eos facilius mouendos oſtendere poſſet, ſolito arctius ſcriptæ: & in quibus ſub pœna infidelitatis ei mādabatur, vt ad regē dies & noctes feſtinaret. Mittitur cū Georgio Baſii, vt res facilius & celerius cōfici poſſet, Ioannes Statilius, acris & prompti ingenii vir, ac non mediocris literaturę, Petri Berizlai epiſcopi Veſprimienſis & Bani Martini, viri pacis & belli artib. clari, ex ſorore nepos. Hi nondum à rege diſceſſerant: & ecce infauſtus nuncius, Varadinum Petri per plures dies à noſtris viriliter defenſum, omnibus fere defenſoribus interemptis, muro (quo peruetuſto, & ideo non ſatis valido, arx erat circumdata) crebris tormentorum ictibus in terram deiecto, in hoſtium poteſtatem veniſſe: atque eos inde terra & aquis ad alias propinquas arces, maxime ad Vylack oppugnandum properare. Rex hoc nuncio conſternatus, tanto magis properare iubet eos, quos ad Vayuodam mittebat. Scribuntur præterea literæ ad omnes partes: mittuntur nuncii ad Georgium comitem Scepuſienſem: qui non longe ab AlbaRegali cum quinque hominum millibus eſſe dicebatur: ad Franciſcum Batthiani Banum Croatię, ad comitē Chriſtophorum, quem iam fama erat à Ferdinando digreſſum, in Croatiam ad patrem perueniſſe: vt acceptis inde armis, equis & domeſtico milite, ad regem inſtructior veniret. Ad hæc Ladiſlaus Macedo Budam ad Reginam celeri curſu ire iubetur: petitur à Regina, vt fratrem Ferdinandum, & in eius abſentia præſides Auſtriæ, pro ſubſidiis antea petitis, Regi quamprimum ſubmittendis vrgeat: & maxime pro tormentis bellicis, quibus hoſtem inſtructiſſimum audiebamus, nos non valde abundabamus. Deinde vt Regina vrgeat Boemos quoque, & illas copias Boemicas, pro quibus nomine & ære ſuo priuato conducendis Mezericio Morauo regulo pecuniam dederat. Vrgetur per literas Thomas Nadaſdinus, qui ad Ferdinandum miſſus

fuerat:

Digitized by Google

fuerat: vt inſtet apud eum, narratis Regis & regni periculis, & pręcipue Varadini Petri amiſſione: ne Princeps, Regi duplici cognatione, & periculorum etiam ſocietate coniunctus, Regem in tanta neceſſitate deſerat. Idem agere iubetur Nadaſdinus apud alios Imperii principes, qui tunc (vt ſuperius dictum eſt) Spirę conuentum Imperialem habebant. Inter hęc Paulus Thomory, qui adhuc ante Varadinum Petri expugnatum, dum duo equitum millia haberet, quæ ſola tunc cum eo erant, ſummæ temeritatis eſſe iudicat, tantæ hoſtium multitudini ſe opponere: relictis in præſidio arcis mille circiter peditibus, & paucis equitibus, quos in arce ab hoſtibus defendenda periiſſe diximus, in alteram Danubii ripam tranſgreſſus fuerat: vbi, quantum poterat, hoſtis celeritatem retardabat, tam terra, quam aquis. Habebat enim & ſuper Danubio copias nauales, eorũ, quos nos Nazadiſtas appellamus, non paruas, hoſti tamen longe impares. Rex vero oppugnatione Varadini Petri audita, per ripam Danubii ex eo loco, quem ſupra diximus ad Pakos, ibi biduum commoratus (& erat dies Transfigurato Saluatori ſacra) Tolnam peruenit, aucto iam aliquantulum exercitu: & cum Tolnam intraret, habuit ad quatuor, vel paulo amplius equitum millia. Tolnam intranti Regi prodiit obuiam, cum his qui pauci iam Tolnam conuenerant, Comes Palatinus: qui adhuc ex ſecundis caſtris, quæ eum in Erchii habuiſſe diximus, Tolnam fuerat præmiſſus. Rege Tolnæ exiſtente, conuenerunt ex omnibus fere tam citerioris, quam vlterioris, Hungariæ prouinciis (quas nos Comitatus appellamus) frequens numerus: ſuperuenit & Georgius Scepuſienſis cum trecentis, vel paulo amplius equitibus grauis & leuis armaturæ, ac mille circiter ducentis peditibus. Adfuit & Hannibal Carthaginenſis Cyprius cum mille trecentis peditibus, Pontificis pecuniis conductis. Venerunt & aliæ pedeſtres Pontificis copiæ: quæ omnes in vnam ſummam collectæ, efficiebant quatuor peditum millia, armis & robore militum eleganter inſtructę. Atque ex hoc numero, duce Leonardo Gnoiensky Polono, egregio caſtrorum metatore, & ad hoc ipſum præcipue conducto, Poloni mille & quingenti: qui rebus omnibus, quibus hoc militum genus commendari ſolet, alios peditatus longe anteibant. Venerunt per hoc ipſum tempus & nonnulli ex Epiſcopis: Paulus Varday Agrienſis, Franciſcus Perenni Varadienſis, & plures tam Epi-

Clades Mohazenſis 1526.

Clades Mohacenſis, 1526.

ſcopi, quam ſeculares. Dum Tolnę eſſemus, conſultatum eſt diligenter frequentiſſimo Senatu, quotidie fere, de rebus regni, de vlteriori Regis progreſſu, ac rurſus de retinendo tranſitu Draui: quando iam & de Sauo, & de Varadino Petri actum eſſet: & Turca, expugnatis iam omnibus penes Danubium caſtellis, & arce etiam Villak in poteſtatem recepta, ad Ezeck aduentare diceretur. Deſignatur itaque rurſus, qui properet ad Draui tranſitum ante hoſtem occupandum idem Comes Palatinus, qui prius: Adduntur plures ex optimatibus, qui eum ſequantur cum copiis: quorum aliqui, dum mandatum regium exequi recuſant, dum priuilegia ſua & morem Baronum ſub regiis tantum ſignis militandi iactant, ea quoq; res, Draui ſcilicet defenſio, fuit prætermiſſa: Palatino, tametſi eadē qua prius corporis valetudine impedito, nullum tamen laborem recuſante: quem cum ad Mohachium progreſſum, cæteri qui mittebantur, ſequi recuſarent, priuilegia ſua (vt diximus) allegantes: Rex in frequenti Senatu, vbi de hoc agebatur, ſubito in iram verſus: Video (inquit) ego vnumquemq; capite meo (verba n. Regis, ſicuti fuerant, ita ponemus) excuſationem & ſalutem capiti ſuo quęrere. Ego perſonam & caput meū ideo in hæc pericula adduxi, vt illud pro huius regni & veſtra ſalute, omni fortunę diſcrimini obiicerē. Ne quis igitur ſit, qui poſſit excuſationem aliquam ſuæ ignauię capite meo ꝑtendere, neue poſſit aliquid mihi imputari: ibo ego, Deo Opt. Max. bene iuuante, cras vobiſcum in perſona eo, quo alii ſine me ire nolunt. His dictis, applauſu multorū, admiratione v. omnium, qui aderant, ſubſecuto, ſignum in ſequentem diem proficiſcendi canere iubet: quibuſdam, qui non ignorabāt, quid inde periculi ſequi poſſet, fruſtra profectionem huiuſmodi diſſuadentibus. Ex Tolna igitur ſequenti die profecti, pridie eius diei, qui erat aſſumptæ Virgini matri dicatus, Zeckzardum, inde binis caſtris Batham peruenimus. Fuerunt prius miſſi, inualeſcente in horas hoſtis appropinquatione, qui exercitum per pagos & vicos huc illuc diſperſum in vnum cogerent, & Batham compellerent Fuit miſſus Epiſcopus Boznenſis Georgius de Palma, vir iuris ſcientia & vitæ integritate clarus: qui Paulum Tomori eodem venire iuberet. Cum itaq; Batham omnes cōueniſſent, & tempus exigere videretur (id quod & ad eam diem videbatur non ſine graui detrimento & incommodo dilatum) Imperatorem aliquem exercitui præficere: Rex animis ac ſuffragiis, omnium à ſingulis

gulis ſecreto exploratis; cũ multo maioris partis vota in Monachum inclinare videret: eum cum Comite Georgio Scepuſiẽſi, fratre Vayuodæ, totius exercitus Imperatorem declarat: non omnib. eam ducum, præſertim Monachi, declarationem approbantib. quibuſdam etiam ſatis grauiter id ferentibus: quos tamen poſtea omnes vidim⁹ dicto ducum obſequentiſſimos fuiſſe. Verum Tomori cũ Regis voluntatem eam circa ſe eſſe videret, vt curã ducendi exercitus omnino ſuſciperet, diu eſt multumq; reluctatus: nunc regularem profeſſionem, nunc imperitiam, ac virium ſuarum tanto oneri ferẽdo imparitatem cauſatus: habere dicebat Regiam Maieſtat. multos claros viros ex ordine patritio ſeculares, quibus hoc muneris longe magis conueniret: nominabat Comitem Palatinum præſentem, & Vayuodam abſentem: vtrumq; in magnis expeditionib. verſatum, & ducẽdi exercitus aliis omnib. quos Hungaria haberet, peritiorem: ad hęc Zondii iuuenes, non carentes tamen & ingenio, & miniſtris longe ſe bello gerendo aptioribus: ſe tanto oneri omnino imparem: vt qui tale bellũ, quale tunc ſuę Maieſtati inſtaret, ne oculis quidem vnq̃ vidiſſet: neq; id onus vllo pacto ſubiturum, etiamſi Rex caput ei amputare iuberet. His & aliis eiuſmodi tam publice, q̃ in ſecretis Regis colloquiis fruſtra ſæpe commemoratis, Rex nihilo ſecius eum ducẽ belli declarat: Addit ei, q, diximus, Georgium Comitem, Vayuodę fratrem: qui & ipſe diu eſt eam prouinciam pertinaciſſime deprecatus. Tandem ea lege conſenſit, q, ei nemo alius, niſi frater Paulus (ita n. dicebat) collega daretur: vtq; vbi frater adueniſſet, liberum eſſet ei ſtatim hoc munere ſeſe abdicare: q, facile fuit conceſſum: q, longe iã antea fuerat decretum, vt cum Paulo Tomori & Comite Chriſtoph. Vayuoda, dux huic bello gerendo præficeretur. nam Comes de Salm valetudinẽ aduerſam excuſauerat. His itaq; peractis, duces ad locũ caſtris ꝑpe oppidum Mohacz capiendũ proficiſcuntur. Erat id oppidum Epiſcopatus Quinqueecleſienſis, inter Bathã & oſtia Draui fluminis in ripa Danubii ſitũ. Danubius paulo ſupra Batham ſcinditur in duos alueos: quorũ maior vlteriorem, q̃ campeſtris eſt, Hungariã ſecat: minor Batham & Mohaczium alluit: ambo infra Mohacziũ in vnum coeuntes, inſulã ibi efficiunt. Mohaczi vicus ſiue oppidũ eſt ſatis celebre: habet circa ſe quaq; verſũ ingentẽ planiciem, nullis collib. vel ſyluis impeditã. Habet ad Solis occaſum Quinqueecleſias, ciuitatem, ante hanc cladẽ ſatis inſignem. A Septentrione eſt ei (quã dixi-

Clades Mohaczenſis. 1526.

Digitized by Google

Clades Mohaczensis, 1526. diximus) ante hanc cladem ſatis inſignem. A Septentrione eſt ei, quam diximus, Batha: ab Oriente habet illum minorem Danubii alueum: à Meridie quatuor & amplius milliaris remotum Drauum fluuium: inter quem & Mohaczium ſunt partim colles vitiferi, partim paluſtria quædam loca: & in hoc ipſo ſpacio erat non procul à Mohacz, aqua potius quædam paluſtris, quam quod ea vel palus, vel amnis vocari poſſit: Kraſſo cum incolæ appellant: vltra quem habebat Thomory quinq; aut ſex equitum millia in caſtris: partim ex his, qui initio cum eo fuerant: partim qui poſtea cum Petro Perenni & cum aliis ad eum aduenerant: quos iuſſu Regis ex vlteriori ripa Danubii in citeriorem traduxerat, cum exercitu regio coniungendas. Loco igitur caſtrorum cum collega prope Mahaczium capto, ac diligenter ex præſcripto etiam Leonardi Gnoiensky metato, & ſua cuique ſtatione aſſignata: ipſe rurſus ad ſuos, qui vltra illam aquam in caſtris erant, cum Petro Perenni proficiſcitur: illos quoque, ſi id ei perſuaderi poſſit, in caſtra regia ſecum adducturus. Quo vbi peruenit, & vbi militibus & copiarum ductoribus in vnum conuocatis, voluntatem regiam, & pariter ſuam de caſtris retroducendis expoſuit: tum vero milites ad vnum omnes fremere, indignari, ſeſe ab hoſte, cui obuiam iri oportebat, cum quo manus, ſi viri eſſent, ſtrenue forent conſerendæ, abduci: fugam meditari, non pugnam, Principes, qui talia Regi ſuaderent, ocio & inertię aſſuetos: Veniat modo Rex, & ſecum in hoſtem arma ferat: victoriam fore in manibus ſuis: exploratum ſibi eſſe: habere quidem hoſtem ingentem vim hominum & tormentorum: exercitum tamē eius imbellem eſſe & inermem: vix decimum aut vigeſimum quemque telum aliquod habere, quo nocere poſſit. Illud etiam eſſe ſibi compertum dicebant, omnem illam ſtrenuam olim & inuictā Turcarum manum primum ſub Belgrado, poſt in expugnatione Rhodi cecidiſſe: agat modo magnanimus dux cū collega, quæ ſunt ſtrenui ducis: omnia proſpere caſura: Auellat Regem, & ſtrenuum quemq; militem ab illa inerti ſacerdotum, & aliorum pugnam detrectantiū turba, qui Regem etiam ipſum de animo & corpore pręſtantem, ſuis ignauis morib. & conſiliis corrumpere & effœminare, & ex pręſtantiſſimo iuuene ſui ſimilimū reddere conentur. Dum hæc in illis caſtris aguntur, iam apud Mohaczium omnes loca in caſtris ſibi deſignata occupauerant, & ſub tentoriis agebant. Rex adhuc ſe in Noua villa

Digitized by Google

villa Macedoniorum, quæ inter Batham & Mohaczium eſt, cum paucis continebat: non paruo expoſitus periculo, ſi hoſtis non multum inde remotus, paucitatem, quę apud Regem erat, animaduertere potuiſſet. Sed Regis fatum in aliud tempus, vbi longe glorioſius pro patria occumberet, fortuna reſeruabat. Aduolat interim repente ex caſtris nocte intempeſta ad Regem ſomnum carpentem, Michael Podnamiczky, ab optimatibus miſſus, afferens pro re certa, Imperatorem Turcarum Drauum iam tranſiuiſſe, cum magna copiarum parte: reliquam cum omni celeritate traduci: certamen nullo iam modo differri vlterius poſſe: orare optimates Regiam Maieſtatem, vt omni mora poſtpoſita ad eos in caſtra veniret, de prælio cum hoſte conſerendo conſultaturus. Rex his, quæ Podmamiczky attulerat cognitis, & aduocatis his paucis conſultatoribus, quos ſecum habebat, conſultat, quid in re tam trepida & ardua agendum eſſet. Occurrebat Regi conſilium Vayuodæ Tranſyluani, & Comitis Chriſtophori: quorum vterque per nuncios, qui ab illis paulo ante redierant, damnarat conſilium eorum, qui Regem ante tempus ad locum hoſti adeo propinquum adduxerãt: fuiſſe Regi vel Budę expectandum: vel in alio quopiam remotiore ab hoſte loco ſubſiſtendum: dum omnes regni vires & auxilia conueniſſent. Hortati fuerant Regem, ne ante ſuum ſaltem aduentum manus cũ hoſte confereret. Nunciabat & illud Vayuoda per Ioannem Statilium, venire ſecum ex Tranſyluania copias, cum numero; tum robore militum ita præſtantes: vt in eis poſſet Rex vel præcipuam ponere ſpem victoriæ. Et hæc igitur Regi veniebant in mentem, & ante oculos verſabantur, quæ Senatus nuntiabat: cui ſi non paruiſſet, ſi quid aduerſi contigiſſet, hoſte præſertim adeo propinquo, & militibus tanto ardore pugnæ flagrantibus: videbat omnem rei male geſtę, aut occaſionis prætermiſſę culpam in ſe vnum coniectum iri. His curis anxius, ſtatuit tentare optimatum animos; ſi quo pacto ad Vayuodam ſaltem & Comitem Chriſtophorum expectandum, & ad caſtra interim, ſi hoſtis vrgeret, in tutiorem locum transferenda induci poſſent. Mittitur ergo in caſtra, eadem ferme illa noctis hora, qua Podnamiczky venerat, Cancellarius, qui apud Regem erat, ſuaſurus primoribus, maxime ducibus belli, & Strigonienſi Archiepiſcopo, ac Comiti Palatino (Nam reliquam procerum ſimul & vulgi multitudinem à nutu iſtorum pendere non ignorabat) prælii dilatio-

Clades Mohaczenſis, 1526.

 nem.

Digitized by Google

Clades Mohaczenſis. 1526.

nem. Iubetur Cancellarius commemorare omnia ex ordine, quæcunque à Voyuoda & à Chriſtophoro fuerant Regi nunciata: ponere eis ante oculos, quam manifeſtum excidium regno immineat, ſi Rex cum tot primoribus, tanto totius regni Hungariæ nobilitatis & militiæ flore, ſeſe tam aperto periculo exponeret. Nam ſi contingat (id quod hoſtium multitudine & apparatu cum paucitate ſuorum collata, magnopere eſſet extimeſcendum) Regem ſuccumbere, quid poſtea eſſe, quod poſſit hoſtem remorari aut impedire, quo minus tota Hungaria paruo negotio potiatur? Dicebat inſuper, eſſe longe fortaſſe vtilius, dum alii veniant, dum Vayuoda cum Tranſyluanis, Banus Sclauis, Chriſtophorus ex Croatia, Boemi cum Morauis & Sileſiis, & ſi quæ alia auxilia eſſent ventura, adeſſe poſſent, exercitum abducere in aliquem tutiorem locum: vel retro etiam, ſi hoſtis eam neceſſitatem imponat, aliquantulum cedere: minus calamitatis accepturam eſſe Hungariam, ſi hoſtis eam totam à Mohaczio vſque ad Poſonium peruagetur, ac ferro & igne deuaſtet: quam ſi tanti exercitus, in quo Rex & tanta ſit procerum & militum turba, vno prælio deleantur. His enim deletis, quid poſtea ſpei regno reliquum eſſet? Rege autem & tot proceribus, ac tali milite ſaluo, faciliora fore omnia: eo pręſertim rege, qui generis propinquitate ac neceſſitudine ſit longe lateque vniuerſum Chriſtianum orbem circumplexus.

Hæc cum Cancellarius, quemadmodum iuſſus erat, eadem illa nocte ad proceres, primum primoribus ſingulis, ſeorſim nocte aditis, deinde ad Senatum vniuerſum detuliſſet: nihilo magis profecit, quam ſi nihil eis fuiſſet nunciatum: Adeo omnium animi erant, partim vana victorię ſpe certaminis auidi: partim metu diſſuadendæ pugnę, cuius deſiderio videbant militum animos accenſos, occupati. Rex igitur ſub primam lucem in caſtra venit: & quia nondum ex Buda naues venerant, quæ tentoria & alia in caſtris Regi neceſſaria deferebant, in domum Epiſcopi oppido adiacentem diuertit: tentaturus ibi quoque, quod per Cancellarium paulo ante fruſtra tentauerat. Conuocantur igitur ad Regem omnes omnium ordinum & nationum Conſiliarii: cui Senatui ex ordine etiam militari interfuere frequentes: & ex Boemis quoque ac Morauis illi, qui ad eos præuenerant. Agitur diligenter cum Senatu & militari

Digitized by Google

litari ordine, quid facto ſit opus: cum nemo adhuc eorum, qui ex Transſyluania, Sclauonia, Croatia, Boemia, Germania expectarentur, adeſſet: quorum pleroſque certa ſpes eſſet breui adfuturos: hoſtis autem in propinquo eſſet, non niſi duobus ad ſummum milliariis à caſtris regiis remotus: pugnam fortaſſe nullo pacto dilaturus: quid faciendum Regi cenſerent: transferendane aliunde caſtra, pugnæ interim, dum hi qui expectabantur, aduenirent, differendæ gratia: an belli fortunam cum hoſte experiundam? Aderat his conſultationibus Paulus etiam Thomory, proxima nocte ex alii caſtris hac ipſa de cauſa accerſitus: qui cum à prælio cum hoſte conſerendo videretur non alienus, Rex miratus, qua ſpe animum haberet: & eius etiam à tali propoſito auertendi gratia, coram vniuerſo Senatu iubet eum interrogari, primum de ſuorum, deinde hoſtium numero. Nam & id ſciebat ille, magis ipſi, quam vlli alii conſtare, ob frequentes exploratores & transfugas, qui ad eum aſſidue veniebant.

Clades Mohazenſis, 1526.

Ad primum reſpondit, tam in caſtris regiis, quam in ſuis (erant enim, quod ſupra diximus, diuiſa) non eſſe ſuo iudicio ſupra viginti millia armatorum: in caſtris vero hoſtium dixit, ſe certo intelligere ad trecenta millia hominum. Quę res & tanta noſtrorum cum hoſtibus imparitas, cum animos omnium vehementer perculiſſet: ſubdidit repente ille, non eſſe hoſtes propterea magnopere formidandos: eſſe nimirum illam multitudinem & inermem magna ex parte, & imbellem. Inſtanti Regi rurſus percunctando, quotnam crederet hoſtium millia eſſe bello aptiora & ſelectiora, reſpondit, ſeptuaginta millia. Is quoque numerus viſus eſt exercitum noſtrum quam longiſſime exſuperare: præſertim cum idem tormenta etiam bellica grandiora dixiſſet eſſe ſupra trecenta.

His tamen diu, multumque conſultatis, & tam Monachi conſilio, quam animis ferme omnium (præter paucos, qui neſcio quo vano metu ducti, non audebant palam quod ſentirent proferre) iam per ſe ad pugnam decernendam ſpectantibus: ſuperuenere repente inter medias has conſultationes, miſſi ex aliis caſtris: qui cum in Senatum intromiſſi fuiſſent, dixerunt, ſe nomine eorum, qui in aliis caſtris erant, tam ad Regem, quam ad Senatum, mandata habere. Ita prius cum ſolo Rege in ſecreto conclaui

 collo-

Digitized by Google

Clades Mohaczenſis, 1526. collocuti: poſtea inde cum eodem Rege egreſſi, monent Senatum accurate, nomine ſuorum: ne Regem à pugna cum hoſte conſerenda dehortentur: habere ſe vires hoſtium, licet hi numeroſi ſint, plane exploratas: victoriam eſſe in manibus: modo fortuna, quam DEVS eis obtuliſſet, vti velint. Venirent igitur cum Rege, & caſtra, DEO bene iuuante, cum ſuis caſtris hoſti vicinioribus, & illi inuadendo opportunioribus, iungerent. Quod ſi quid aliud Regi perſuadere niterentur, illis paratum eſſe exitium; ſeque ab hoſte contra nos, ſi caſtra noſtra caſtris illorum quamprimum non admoueremus, venturos affirmabant. His inter ipſas belli conſultationes coram Rege & Senatu expoſitis, illis etiam, qui ſaniora conſilia ſequebantur, tam atroci denunciatione deterritis, pugna decernitur: nulla ſpe neque Voyuodam, neque Chriſtophorum, neque Boemos ad tempus prælii adfuturos: Banus tantum Croatię Franciſcus Bathiani, qui iam non procul à Quinqueeccleſiis cum copiis Sclauonicis erat, ſpem faciebat, ſeſe intra biduum aut triduum adfuturum. Id quod poſtea ita euenit. Fuerunt qui dimiſſo etiam Senatu multum improbarent conſilia pugnæ ita præcipitanter ineundæ. Fuit inter alios FRANCISCVS PERENNI Epiſcopus Varadienſis, feſtiui ingenii iuuenis, & ita certo ſcribendi charactere præditus, vt ei neminem noſtrorum (niſi fortaſſe Thomam Zalahazy Epiſcopum Veſprinienſem) in hoc genere pręferri velim: præſertim ſi tantum ingenio excolendo, quantum ocio & his rebus, in quibus iuuenes nobiliores, magno ſuo & patriæ damno, tempus plerunq; conterere ſolent, indulſiſſet. Is igitur quaſi eorum, quę paulo poſt ſecuta ſunt, præſcius, Regi non ſine omnium, qui aderant, admiratione dixit: eum diem, quo pugnandum eſſet, poſtquam ita placeret, bis mille Hungarorum martyrium (Nondum enim hunc numerum exercitus excedebat) duce fratre Paulo Thomory, pro Chriſti religione occiſorum fore conſecrandum: ac pro eorum canonizatione, quod vocant, Cancellarium, ſi is huic bello ſuperſit, in vrbem fore mittendum: vt qui Pontifici & ſupremis patribus ſit ad legationes Romæ defunctas bene notus: In quo vtinam ille falſus fuiſſet vates. Sed erunt fortaſſe, qui accuſaturi ſint audaciam noſtrorum, qui ita cupide pugnam hanc expoſcebaut: & hanc vel temeritatem, vel improuidentiam ſint vocaturi: quod neque nunc deeſſe video.

Sed

Sed ignorant multa illi fuiſſe in cauſa, quæ prudentiſſimos etiã & ſummos Imperatores ad idem facile impellere potuiſſent. & ante omnia, mirus & incredibilis ac fatalis pene quidam militum ardor, ac certa & indubitata in omnium fere animis victoriæ ſpes: Adhæc occulta quædam Pauli Thomory cum magna hoſtilis exercitus parte conſilia, cum his ſcilicet, qui vel Chriſtiani ipſi, vel Chriſtianis parentibus nati erant, & qui tormentorum bellicorum apud hoſtem curam habebant, partim Germani, partim Italici generis: Quin & illud accedebat, quod non videbatur ſatis tutus ab hoſte adeo propinquo receſſus: hoſte præſertim ob equorum velocitatem ad nullam rem magis apto & prompto, quam ad perſequendum cedentes. Pugna igitur in hunc modum decreta, ea quæ ad pugnam pertinebant curantur. Ante omnia Thomory in caſtra ſua, quæ in proximo fuiſſe diximus, proficiſcitur: ibi ægre à ſuis impetrat, vt retro aliquantulum concedant, & ſe cum exercitu regio coniungi patiantur. Ita ſequenti die caſtra noſtra cum caſtris illorum, medio fere milliari infra Mohaczium, coniuncta fuerunt: ſic tamen, vt & ibi noſtri illis non miſcerentur, ſed eſſet paruum interuallum inter noſtra & illorum caſtra relictum. Eodem tempore venerunt ex Buda naues tormentis bellicis maioribus & minoribus, puluere item bombardico, & quibuſdam aliis ad pugnam neceſſariis plenæ: nouem etiam machinas à Viennenſibus miſſas aduehentes. Venerunt & Alexii Turzonis ducenti fere pedites, cum aliquot machinis. Nam ipſe cum epiſcopo Veſprinienſi Budæ relictus erat apud Reginam: hi duo ad eius cuſtodiam & obſequia deputati fuerunt; fugæ etiam eius poſtea comites, qui in hunc vſque diem in Reginæ obſequiis permanſerunt. Adfuit Banus etiam Croatiæ die Dominico, qui pugnam præceſſit, cum elegantiſſimis copiis: fuere ad tria millia equitum, ac non ita multi pedites. Venerant cum eo Ioannes Tahy, Ioannes Banfy, & nonnulli alii ex regni Sclauoniæ proceribus. Venit poſtridie eius diei mane, rege etiam inſtruente (nam eo etiam die creditus eſt hoſtis in prælium deſcenſurus) Simon de Erdewd, epiſcopus Zagrabienſis, cum fratre Petro Erdewdy, cum ſeptingentis amplius equitibus; viris, equis, armis decenter inſtructis. Aduenit eodem fere temporis momento Stephanus Azel cum trecentis equitibus ferme, quos Ioannes Bornemyſſa Regi in ſubſidium miſerat, cum aliquot millibus aureorum

Clades Mohacenſis 1526.

Clades Mohaczienſis.

reorum, ſupremum à patre filio alumno munus. Venit circa ſerum eiuſdem diei Ioannes Zerechen ſupra duo millia peditum eorum, qui circa Drauum colunt, & inſignes ſagittarii habentur, duces, partim in ſuis, partim in Capituli Quinqueeccleſienſis poſſeſſionibus collectorum. Venerunt & alii plures intra illud triduum: illi præcipue qui propinqui erant; & in his Philippus More Epiſcopus Quinqueeccleſienſis, & frater eius Vladiſlaus More. Quibus omnibus ſimul congregatis. (Fuere autem ad viginti quatuor vel viginti quinque hominum millia: nam naualium copiarum, quæ & ipſæ eodem in loco erant, nullus in eo bello fuit vſus, Turcarum illo ſuo tam numeroſo & potenti trecentorum millium hominum exercitu non niſi per duo milliaria diſtante) conſumpti ſunt illic tres dies, qui pugnam anteceſſerant, partim in pugnæ præludiis, quæ aſſidue fiebant, maiori ſemper hoſtium, quam noſtrorum, damno: partim in conſultando, quo pacto, & in quo loco cum hoſte congrediendum: quem in modum acies eſſet ſtruenda: vbi Rex in acie ſtare, vbi eques, vbi pedes, vbi bombardæ poni deberent, quas ad octuaginta habebamus, cum hoſtilibus minime conferendas. Diſputatum fuerat ante illud tempus diligenter de Regis perſona: fuerant qui cenſebant eum cum aliquot hominum millibus ſelectis procul ab acie ſtare debere: quod cum nullo pacto exercitus laturus eſſe videretur, qui regem de more volebant prælio intereſſe: agitatum eſt & illud, vt regis loco armis regiis alius indueretur. Sed id quoque viſum eſt ſine ingenti exercitus reclamatione ac conſternatione fieri non poſſe. Decretum igitur poſtremo eſt, cum ſatis anceps pugna imminere videretur: vt eſſent qui Regis ſeruandi curam haberent, ſi quid grauius accidiſſet: & Regem ſimul, ac aciem, ita vt reſtitui amplius non ſperaretur, inclinare viderent, ex media acie ereptum abducerent. Demandata fuit hæc cura Gaſparo Raskai, Valentino Torok, & Ioanni Kalnay, tribus præſtantiſſimis viris, & Regi ſine vlla controuerſia fidiſſimis: diſpoſitis etiam ad id equis velocioribus, quibus Rex, ſi ita neceſſitas poſtulaſſet, in euadendo vteretur. Sed vt ad rationem diſponendæ aciei redeamus, erant non pauci, & in his Lampertus Gnoinsky, qui conſultiſſimum nimirum cenſerent, ſi curribus, quibus Rex maxime abundabat, acies vndique cingeretur: ac ſi intra ſepta & munimenta certamen fieret: hoc enim pacto futurum dicebant,

vt ho-

Digitized by Google

vt hoſtis non ita facile nos poſſet (quod magnopere timendum e-rat) circumuenire. Approbant hanc ſtruendæ aciei formam Radiſch, Boſich & Paulus Bakith, ex quibus poſterior tribus legitimis prælijs à Solymano cum hoſte commiſſis interfuiſſe ſe dicebat. Itum eſt igitur pedibus in hanc ſententiam: demandataque ea cura Gnoinsky & quibuſdam aliis: ſerius tamen, quam oportebat, & eo demum veſpere, quo in ſequentem diem eſt cum hoſte pugnatum. Itaque hæc quoque res, ſicut alia multa, fuit neglecta. Aciem eo die, quo eſt pugnatum (qui fuit XXIX. Auguſti Diuo Ioanni Baptiſtæ decollato ſacer) ex ſententia eorum, quos paulo ante nominauimus, ita exſtruere placuit: vt quanto latius extendi poſſet, extenderetur: in quo illud eſt potiſſimum ſpectatum, ne ab hoſte circumueniremur. Deinde diuiſus eſt vniuerſus exercitus in duo agmina. Clades Mohatzenſis 1526.

In primo agmine duces belli erant nullo certo loco: ſed vbi res poſtulaſſet, dextrum eius cornu Banus Croatiæ cum Ioanne Thahy: ſiniſtrum, quod Vayuodæ Tranſyluaniæ, ſi adeſſe potuiſſet, deſignatum fuerat, Petrus Perenny curabat. Erant in hoc priori agmine plures ex primoribus: in quibus Antonius Paloczy, Franciſcus Hommonay, Gabriel Perenny, Thomas Zechy, Andreas Bathory, Emericus Czibak, & plures alii. Tormenta bellica ſtatim poſt principia poſita erant. Secundum agmen, ſiue illa acies, quam nos Statariam appellamus, in qua Rex erat, ex equitatu magis conſtabat; paucos admodum pedites à lateribus habebat: inter hanc aciem & primam non intercedebat, niſi ſpacium lapidis iactus. In eo agmine ante eum ordinem, in quo Rex erat, triplex erat ordo, magna ex parte ex cubiculariis regiis & Baronibus conflatus: quorum dux erat Nicolaus Tharczay, vir & manu promptus, & ſingulari in Regem fide. Ibidem erat vterque aulæ regiæ præfectus Petrus Corlatkei, & Andreas Trepska Polonus. Erat & Stephanus Schlick Boemus, cum aliis Boemis & Morauis: & hi ante Regem, Regi proximi erant. Tres ordines illos ſubſequebatur ordo regius: & in eius ordinis medio REX ipſe, nempe

Ingenio, ſpecie, virtuteq́, numinis inſtar,
Spes patriæ, regumq́, decus, ſi fata tuliſſent.

Ad Regis dextram erant, antiſtes Strigonienſis & Zagrabienſis.

Clades Mohaczensis 1526. ſis.nam Agrienſis adhuc ex Batha Budam fuerat miſſus, poſt Zagrabienſem, Varadienſem, Quinqueccleſienſem, Sirmienſem: Duo enim ex Prælatis, Iaurienſis & Vacienſis ad læuam poſiti erant. Poſt Cancellarium, Nitrienſis, Boſnenſis, Prępoſitus Albenſis, & poſt hunc Secretarii ac Cubicularii regis; in parte ſiniſtra, penes regem, locus erat relictus comiti Palatino: qui licet æger pedib. & vix equo inſidiens, tamen modo in primo, modo in ſecundo agmine diligentiſſime verſabatur. In læua igitur parte, cum Palatinus à loco ſuo abeſſet, erant penes Regem aliquot Barones: & illi duo, quos diximus, antiſtites. Regi à tergo adhærebant Czetricz, Maylath, & Gaſpar Horwarth, ſtabuli regii Magiſter. Poſt proceres ſimili modo erant, hi, quos quiſq; ſibi magis fidos & ſtrenuos pro tutela corporis ſui delegerat: his erat coniunctus poſt Regem & proceres, equitum cataphractorũ pulcherrimus globus, mille vel paulo amplius cataphractos continens. Nam alii huius generis equites per primum agmen ſparſi erant. In medio huius globi erat vexillum regis, quod Ioannes Dragfy Iudex curiæ, quæ tertia eſt inter ſeculares à rege dignitas, ſuſtinebat. Hãc ſtatariam aciem cingebant vndiq; equites leuis armaturæ, & pedites quoq; à lateribus, ꝙ ſuperius diximus. In latere eius dextro, poſt antiſtites & ſecretarios erant illi tres, quibus tutelam regii corporis commiſſam fuiſſe diximus. Locus, vbi acies fuit inſtructa, receſſerat à Mohaczio milliari vno, à Danubio præterfluente milliari medio. Erat (quod & ſuperius dictum eſt) in eo loco ingens & lata planities, nullis neque ſyluis, neque virgultis, neque aquis, neque collibus impedita: niſi quod ad læuam inter eum locum & Danubium erat aqua paluſtris & limoſa, crebra arundine caricibuſque plena: vbi poſtea multi mortales perierunt. Contra nos collis erat in longum protenſus, in theatri quodam modo formam: vltra quem Imperator Turcarum caſtra habebat. In collis imo deſcenſu, pagus modicus cum templo: Feuldwar eſt ei pago nomen: ibi poſitæ fuerunt machinæ hoſtiles. Eum locum nos poſtea oculis circa extremum certaminis tempus conſpeximus, hoſtib. fuiſſe oppletum, maxime Ianizaris, quos vocant, qui quicquid erat vltra illius pagi caſulas, omnia longo ordine occupabant: inter quos fuiſſe Imperatorem, poſtea fuit cognitum. Tormenta ita erant ibi poſita, quaſi in quadam valle: propter quod noſtris longe minus, quam ſi in plano fuiſſent, nocere potuerunt: & plus terroris, quam

Digitized by Google

quam damni, intulerunt. Acie in hoc, quem diximus, loco eo quem diximus modo & die, paulo poſt ſolis exortum inſtructa (erat autem dies clara & multum ſerena) Palatinus Regem ex eo loco quem ei deſignatum fuiſſe diximus, eductum quod & triduo ante fecerat, per vniuerſum exercitum circumducit: ibi eum præſentem, de quo aliqui dubitauerant, omnibus manu oſtentans, paratum dicebat omnia extrema & mortem etiam ſubire pro patria, pro ſacra Chriſti Dei Opt. Max. religione, pro coniugibus & liberis eorum. Agerent itaque ipſi quoque viri fortiſſimi, Hūgaros ſe eſſe meminiſſent: & eos qui & ipſi ſæpe, & eorum olim maiores inclyti illi heroes, & fortiſſimi Chriſtianæ Reipub. propugnatores, tot clara trophæa ex eodem illo, cum quo pugnaturi eſſent, hoſte retuliſſent. Nec eſſe, quod hoſtiū multitudine deterreantur: neque enim in multitudine, ſed in robore militum, ſitam eſſe victoriam. Deum etiam ipſum ex alto, pro ſua ſancta religione pugnaturis adfuturum: in manu ipſorum poſitam eſſe dicebat, non patriæ ſolum, quam hoſtis occupare veniſſet, ſed totius Chriſtianæ Reipublicæ ſalutem. Hæc & alia talia cum Palatinus, & ſimul etiam Rex, omnibus ordinibus obequitatis, commemoraſſent: Rex locum & ordinē ſuum repetiuit. Conſumpſimus poſtea maiorem diei partem in expectando hoſte: qui ſe haud ita multis, qui leuia cum noſtris certamina ac belli præludia exercebant, præmiſſis, adhuc poſt colles illic continebat: dubium, noſtros ne, vt ad illas locorum anguſtias pertraherent, an vt pugna in ſequentem diem dilata, nos ea nocte in caſtris ex improuiſo aggreſſos opprimeret: quod pro ea militum & tormentorum copia, qua abundat, non erat ei difficile factu: vel vt potius nos lōga prælij expectatione fatigaret. Quidquid in hoc hoſtis fuerat ſecutus, nō mihi de hoc eſt compertum. Tenuit certe nos tota fere illa dies ſuſpenſos. Sic ſuſpenſis & expectantibus apparuit iam ſole in veſperam inclināte agmen hoſtium per vallem, quæ nobis ad dextram ſubiecta collibus erat, tacite incedens, ſola haſtarum ſummitate illud prodente. Monachus igitur, ratus id quod erat, de prima acie ad Regem aduolans, iubet Caſparum Ras Kay cum duobus aliis, quos ad cuſtodiam regii corporis deputatos fuiſſe diximus, ire exploratum; quidnam illi molirentur, & vt eos ſi poſſent, ab incæpto itinere auertant. Ille non immemor, quid antea fuerat de Regis cuſtodia ei mandatum, recuſata, quantum honeſte potuit, prouincia, demum cum & Monachum inſtare videret, & Regem Monachi imperio non contradicere: ne, quod non ſine magna cauſa faciebat, id

Clades Mohazenſis, 1526.

f in igna-

Digitized by Google

Clades Mohaczenſis 1526.

in ignauiam vel timiditatem ei verteretur; ſubdit equo calcaria, & illuc, quo mittebatur, cum ſociis & tota equitũ, qui eis parebant, cohorte feſtinabat; ea etiam ſpe (quod non videbatur vllo modo dubitandum) illum ad tempus, quo Regi eius opera eſſet neceſſaria, inde facile reuerti poſſe. At his eo, quo diximus, profectis, adhuc incertum erat, vtrum hoſtis facturus eſſet eo die pugnandi poteſtatem; & erat poſt meridiem hora fere tertia. Nec deerant ex primoribus, qui tam longã expectationem pertæſi, ſigna receptui canenda, & in caſtra redeundum cenſerent. Quod cũ Monachus ſenſiſſet, repẽte ad Regem cum collega aduolat; pugnam nullo modo differendam eſſe monet; minus eſſe periculi nũc, cum parte copiarum hoſtilium, quam in poſterum diem cum toto exercitu, congredi; non eſſe de victoria dubitandum. Ad quam vocẽ Rex ſtatim ſigna canere iubet; & ſimul cum tubarum clangore & tympanorum ſonitu exoritur clamor vel cantus potius noſtrorũ IESV ſaluatoris nomen inuocantium de more: & eodem tempore vidimus ingentem copiarũ hoſtiliũ vim de colle illo, qui nobis oppoſitus erat, ſeſe ſenſim demittentium: vbi imperator etiam Turcarũ erat. Tum demum Regis capiti galea eſt impoſita: quo tẽpore magnus in eius ore pallor apparuit, quaſi futuri mali præſcius. Signo belli dato, viriliter cum hoſte concurrere hi, qui in prima acie erant: bombardæ quoq; noſtræ omnes emiſſæ fuerunt: paruo tamen hoſtiũ damno fit certamen, multo acrius, quam pro numero militũ noſtrorũ: plures ex hoſt.bus, quã ex noſtris, cadunt: donec noſtris fortiſſime pugnantib. hoſtis cedere, ſiue noſtrorũ impreſſione coactus, ſeu vt nos ad tormentorũ loca pertraheret, cœpit. Et repente aduolat ad Regem Andreas Bathory: hoſtes terga dare, victoriam eſſe noſtrã: promouendũ eſſe gradum, & noſtros hoſtem fugientẽ perſequentes adiuuandos. Properamus igitur per æqua & iniqua: verũ vbi ad eum locũ vẽtum eſt, in quo paulo ante fuerat certatũ: ibi vero multa noſtrorum, plura hoſtiũ cadauera per campos iacentia vidiſſes, & quoſdam ſemiuiuos & adhuc ſpirantes: interim noſtris hoſti inſtantibus, & fortiter cum eo pugnantibus; agmine regio eodem, quantũ à cataphracto milite properari poterat, properãte: inclinari cornu dextrũ cœpit, & pleriq; ex eo cornu fugam capeſſere: tormentis (credo) quæ hoſtis tũc primum iaculari cœperat, exterriti: quæ res, & globorum iam noſtris etiam, qui penes Regem eramus, capitibus ſuperuolãtium, crebre iactus, non parum terroris omnibus incuſſerunt: & eo ipſo tempore Rex in ordine noſtro non cõparuit: ſiue priores illos ordines, quos ante ipſum diximus fuiſſe, progreſſus (quod antea ita erat ſtatutum, ne Rex eodẽ in

Digitized by Google

loco ſtaret) ſiue ſublatus ex acie ab his, quos ei poſt tergũ fuiſſe diximus. Nam vtrumq; fieri potuit. Nec deſunt, qui dicunt, eũ priores ſui agminis ordines tranſgreſſum, vſq; ad principia proceſſiſſe, atq; illic viriliter cum hoſte pugnaſſe: quod ego neq; affirmare auſim, neq; aperte inficiari. Illud mihi certo cõſtat, eum tunc à noſtro ordine, & à ſuo loco abfuiſſe, quando tormenta hoſtilia tonare cœperunt, & quando ex cornu dextro fuga fieri cœpit. Secundum ex eodẽ ordine, pene eodẽ tempore, quo Regẽ, ſenſimus abfuiſſe Archiepiſcopũ Strigonienſem, & nõnullos alios Regi propinquos. Ego Regis amiſſi culpam neq; in eos auſim cõferre, qui ei cuſtodes fuerũt adhibiti: neq; in eos, qui eum fortaſſe intẽpeſtiue ex acie ſubduxerunt: ſed infelici cuidã noſtro fato: vt Rege etiam amiſſo, nõ ſolum pateremur ea, quæ ab externo hoſte paſſi ſumus: ſed domeſticis etiã diſſidiis & factionib. ob aliũ Regẽ in locũ demortui ſubſtituendũ agitaremur: noſtris flagitiis his etiã grauiora merẽtib. Illos enim vtroſque ſcimus Regi fidiſſimos fuiſſe, & regiæ ſalutis ſtudioſiſſimos. Nã quod ad tres illos attinet ad cuſtodiã regij corporis deputatos, cõſtat eos ab hoſte, ad quẽ reprimendũ miſſi fuerant, non prius redire potuiſſe, quã fuerit tota acies noſtra in fugam cõuerſa: capto etiam vno ex eis, & eodẽ in loco liberato. Quo moleſtiore animo ferendum cẽſeo, quod auſus ſit quidam, oratione de hoc publicata (ſi oratio illa vocari debet) noſtros ſui Regis deſertores falſo vocare. An deſeruiſſe Regem ſint cẽſendi, qui omnia illi officia bonorũ ac fideliſſimorũ ſubditorum præſtiterunt: qui omnes fere in eodẽ, in quo Rex iacuit, campo iacuerũt: teſtati morte etiã, quam fidi ſuo Regi, quam amantes patriæ fuerũt? Sed idẽ ille egregius hiſtoriarũ ſcriptor, qui hæc ſcribit, & qui tot conuitia in gẽtem noſtrã ingerit, huius etiã cladis hiſtoriã ita ſcripſit: vt me pudeat eum ita impudẽter rem ſibi ignotã in vulgus prodere fuiſſe auſum. Sed nos ad inſtitutũ redeamus. Regis exercitu p ea, quę diximus, vehementer turbato, & ad fugã ſpectante: diu tamen etiam poſtea eſt pugnatum, iam non in latiore illa planicie, ſed ante ipſa tormenta: quæ nobis adeo erant propinqua, vt non fuerint à nobis decem paſſibus remota: donec non ſolum terrore, ſed & fumo tormentorum omnia replente, ac viſum etiam prohibẽte, coacta fuit magna exercitus pars in vallem, quæ aquis illis paluſtribus iuncta erat, deſcendere: reliquis adhuc ante tormenta viriliter pugnantibus. Cæterum cum hi quoq;, qui ſe in vallem receperant, rurſus in pugnam inſtaurandã rediiſſent: neq; iam vlterius vis tormẽtorũ & fumi ſuſtineri poſſe vllo modo videretur: magna exercitus parte in fugã dilapſa, ipſi etiã ſunt fugere coacti. Fugã igitur ad vnũ

Clades Mohazenſis, 1526.

Digitized by Google

Clades Mohazanſis, 1526.

omnes, qua cuique proximum erat, capeſſunt: ac per ea potiſſimum loca, per quæ paulo ante ouantes & ſpe victoriæ pleni veneramus, & per caſtrorum loca, quæ fuerant antea ita per hoſtes direpta & diſiecta, vt veſtigia tantum eorum supereſſent, & plena eſſent omnia eorum, qui in caſtris remanſerant, cadaueribus. Hoſtes viſa noſtrorum fuga, vel fraudem ſubeſſe rati, vel pugna fatigati, diu ſe intra aciem ſuam continuerunt: & niſi tenebris noctis inſequentis ſeſe intendentibus, nequaquam noſtros ſunt inſecuti. Quæ res, & quod nox paulo poſt cum imbribus effuſiſſimis eſt ſubſecuta, multis mortalibus ſaluti fuit. Durauit certamen noſtrum per vnam fere & mediam horam: ſuntq; non pauci & illa paluſtri voragine abſorpti. Nam Regis corpus, quem & ipſum ibi periiſſe nonnulli dicebant, fuit poſtea repertum in hiatu quodam terræ prærupto ſupra Mohaczium milliario medio ſub pago, quem Czelle vocamus: qui locus tunc Danubij inundatione aquam ſolito maiorem habebat: ibi ſimul cum equo, ita vt erat armatus, ab aquis fuit ſuffocatus: quo in loco plures etiam alij perierunt: atque ab eo loco non procul repertū eſt corpus Andreæ Trepka, & Stephani Azebs. Monachus in prima acie fertur cecidiſſe, fortiter pugnans: eius caput à trunco abſciſſum, poſtero die per caſtra hoſtium loco triumphi fuit circūlatum, longæ haſtæ affixum: quod poſtea ante tabernaculum Sultani ſtetiſſe aiunt. Eo die, qui pugnam eſt inſecutus, mille & quingenti ex his capti fuerant: & inter hos magna primorum nobilium pars in coronam poſiti, coram exercitu victoriæ capite ſunt truncati: Sultano ſanguinem illorum libante Diis ſuis: pauci ex captiuis ſeruati, vt eſſent, à quibus Sultanus & Hibrahim Baſſa ea quæ opus erant poſſet ſciſcitari. Inter hos Nicolaus cognomine Herzog, quod lingua noſtra Ducem ſignificat, Dux reuera & theſaurarius regius exiſtimatus: item Ioannes Piloczky, & Ioānes Maczieiiouusky Poloni, omnes cubiculi regij miniſtri: à quibus poſtea ad Reginam reuerſis multa cognouimus, quæ breuitas hiſtorica commemorare nunc non permittit. Seruatus fuit & Michael Fekethe & Bartholomæus Maytiny, qui poſtea magno ære fuerūt inde redempti. Perierūt in eo prælio & in fuga, præter Regem, ex antiſtitibus Ladislaus Zalkanus Archiepiſcopus Strigonienſis, Paulus Thomori Colocenſis Dux belli, Franciſcus de Peren Varadienſis, Philippus More Quinqueccleſienſis, Blaſius Paxy Iauriī enſis, Franciſcus Chaholy Chanadienſis, Georgius de Palyna Boznenſis Epiſcopus. Ex Baronibus, Georgius de Zapolia, Comes Scepuſienſis, alter belli Dux: Ioannes

Dragſy

Digitized by Google

Dragſy iudex curiæ: Franciſcus Otzag cubiculariorum, Petrus Corlathvvy & Andreas Trepka ianitorum, Simon Horvvarth pincernarum regalium magiſtri: Thomas Zechy, Gabriel Perinni, Ambroſius Zatkan, Antonius Paloczy, Matthias Czettrini, Comes de Frangepanibus, Sigiſmundus Banffy, Franciſcus Hampo, Ioannes de Batthian, Stephanus Schlick Boemus, & nonnulli alij Boemi & Moraui. Ex nobilioribus & potioribus regni, Franciſcus Balaſzy, Nicolaus Tharzay, Ioannes Paxy, Ioannes Iſtvvanſy, Emericus VVarday, Michael Podmaniczky, Georgius Ortovvchicz Capitaneus Segnienſis, Stephanus Azel Caſtellanus Poſonienſis, Sigiſmundus Pogan, Ioannes Tornaly, Ioannes & Stephanus Kalnay, Nicolaus Forgacz: Præter hos, nobiles potiores vſque ad quingentos: quin tum præter tria vel quatuor millia peditum pauciſſimi euaſerunt. Fuerunt autem vſque ad duodecim vel tredecim millia peditum: ex quorum ducibus vix euaſit quiſquã alius, præter Hannibalem Cyprium. Tormẽta bellica omnia, & illa, quæ in acie fuerunt, & ea quæ partim in caſtris, partim in nauibus remanſerũt, habuit hoſtis. Horum cura demandata fuerat, ſed ſero, & non niſi eadem illa nocte, quæ pugnam præceſſit Comiti Ioanni Hardeck, viro ſtrenuo & induſtrio, & qui circa regem ab initio fuerat diligentiſſime verſatus, Regi inter paucos charus. Nocte & die, quæ pugnam inſecuta eſt, hoſtes in omnes partes propinquas curſu effuſi, obuia quęque vaſtauerunt & combuſſerunt: nulli mortalium parcentes: non ſexui, non ætati, non religioni: omnia fœda & crudelia in miſeram gentem exercentes. Neque eſt mearum virium cladem illius noctis & ſequentium dierũ deplorare: quæ tanta fuit per omnem illam Hungariæ citerioris partem: vt non poſſim mihi perſuadere, ab vllo vnquam hoſte crudelius eſſe ſæuitum. Illud inter alia contigit nunquam fortaſſe antea auditum: quod infantuli viui, ne vagitu proderentur, fuerunt ab infeliciſſimis matribus in terram defoſſi: ibidem aere terra interclùſo, matribus inde aufugientibus, miſere ſuffocati. Proceſſit hoſtis vſque ad Balatonem lacum, Quinqueeccleſienſi ciuitate inſigni combuſta: cuius tamen arx & nobiliſſimum templum, quod in arce eſt, remanſit intactum. Dum hæc agerentur, iam Vayuoda circa Zegedinum erat, cum copiis Tranſſyluanis: quæ cum ita cito ſubſequi non poſſent: ipſe conſcenſis leuibus rhedis, cum paucis ad Regem properabat: vt vel ſolus prælio, quod intellexerat minime dilatum iri, intereſſet. Comes Chriſtophorus Zagrabiam peruenerat: Boëmorum aliqua pars eorum, qui

Clades Mohaczenſis, 1526.

Clades Mohacenſis, 1526

in auxilium Regi veniebant, partim non longe ab Alba Regali, partim circa Iaurinum erat: & circa eadem loca Georgius Marchio Brandenburgēſis, & Cancellarius Boëmiæ Adamus de Noua domo. Regina hac clade audita, cum Epiſcopo Veſprinienſe & Alexio Thorzone, & oratore Pontificio, incerta adhuc de Regis interitu, trepide Poſonium confugit, rerum ſuarum magna parte per Danubium ſubuecta: in quibus, & in his, quæ ciuium Budenſiū erant, licet Andreas Orbancz, qui arci Strigonienſi præerat, nō nulla damna fecerit: tamen in huius rei cōmemoratione longe à veritate receſſit ille, qui militib. noſtris leuis armaturæ, quos vero nomine Huſſaros appellant, eam impingit culpā, quod puellas reginales inhoneſtius habuerint, & in earum ſoleis per ludibriū ſaltauerint. Imperator Turcicus paucis dieb. circa ea loca vbi præliū fuit, cōmoratus omnib. deinde quos prædatū dimiſerat, ad ſe reuocatis, inde Budam verſus mouit: ad quā ſextis aut ſeptimis caſtris ripā Danubij legens cum perueniſſet, oppidis & villis obuiis omnib. exuſtis, eam ſine omni præſidio relictā reperit & combuſſit: arce ſola cum ſtabulo regio ac viuario ferarum relicta. Inde dimiſſis in omnes Hungariæ citerioris partes prædatorib. quicquid inter Danubiū & lacum Balatonem iacet, vſq; ad Iaurinum, omnia ferro & flamma vaſtauit. Strigonij tamen arx per eum, quem ſuperius nominauimus, Andream Orbancz deſerta: per hominem humilimæ ſortis, & qui paulo ante peditū illius capituli ductor erat, Matthæum cognomento Nagh, qui illuc cum paucis cōfugerat: & arx VViſſegradi, coronæ regiæ conſeruatoriū, per ruſticos & monachos fuerunt ſeruatæ. Tantus terror inuaſerat animos noſtrorū, audito Sultani Budam aduentu: quę quidē arces, & cum his Thata & Comarum atq; etiam Alba Regalis, propterea etiam ab hoſte non fuerunt captæ: quod is, neſcimus quo conſilio, regnum vaſtare tantum contentus, de arcium & locorum munitiorū expugnatione nihil habuit penſi. Nuſquam eſt hoſti ſic in Hungariam ſæuienti magis repugnatū: quam in loco, cui Maratho eſt nomen, non procul à Strigonio. Seceſſus eſt Archiepiſcopi Strigonienſis, non inamœnus, inter eas Syluas, quas nos VVienteſias appellamus, Syluis & nemore vndique cinctus. Huc ſe aliquot millia noſtrorū receperant, cum coniugibus & liberis, anguſtiis freti: cum his hoſti fuit non ſemel acerrimū certamen, magna hoſtium ſtrage. Poſtremo cum nullo modo caſtra noſtrorum, quæ curribus circum duxerant, expugnari ab hoſte poſſent, coactus eſt hoſtis tormēta quoque bellica illac adducere: & ita demum & caſtra diſiecta, & omnes fere ad vnū cæſi fuerunt: ingentes cadauerū cumuli, qui nunc quoque

eo

Digitized by Google

eo in loco viſuntur, facile magnitudinem cędis declarant: fuere autem, vt hi qui pauci inde aufugerunt referunt, vſq; ad viginti quinq; millia noſtrorum. omnium vero vbiq; tam cæſorum, quā captorum in vnam ſummā colligendo, affirmare auſim, ex his quæ cognoſcere potui, periiſſe hac clade prope ducēties millia hominum. Citeriore Hungaria in hunc, quem diximus, modum à Draui oſtio ad Iaurinum vſq; vexata; terrore non modico etiam his, qui procul erant, & Viennēſibus quoq; iniecto, ponte ſuper Danubium ad Pæſtum facto, decimoquarto cum Budam venerat die, Imperator in Hungariam vlteriorem tranſiit: dimiſſis inde quoq; ad omnes partes, quæ inter Danubium & Tibiſcum ſunt, qui omnia ſimiliter vaſtarent & comburerent, ſicut in citeriore Hungaria fecerat: multitudinem omnem, quæ Tibiſcū non tranſierat, partim gladio interimit, partim in ſeruitutē rapit. Ipſe ſatis iam in miſeram Hungariā debacchatus, domeſticis, quæ interim in Aſia minore (quā Natholiā vocāt) exorta fuerunt, diſſidiis eum reuocantib. omnibus, quæ intra Drauū & Danubium occupauerat, locis, atq; ipſa etiam arce & ciuitate Budenſi ſine vllo præſidio relictis, domum eſt reuerſus. *Clades Mohaczenſis, 1526.*

DE EADEM CLADE NARRATIO, AVTORE PAVLO IOVIO.

Ex Epitoma lib. 25.

IISDEM diebus, quibus Cæſar & Pontifex infeſtis armis inter ſe decertabant, Solimanus Turcarum tyrannus in occaſionem ſemper intentus, qua regni fines proferre, & Chriſtianis maxime nocere poſſet: Pannoniæ bellum infert: quod Regem iuuenem, non ſuo iure, ſed precario prope turbidiſſimæ genti, nec iuſto conſenſu vnquam parenti dominātem, & bellicis artib. propter ætatem nequaquā ſatis inſtructā, facile opprimere ſe poſſe cōfidebat: vel ob id præſertim, quod neq; Pannonici regni neq; Regis ipſius ſalutem proximis Germanis, neq; ipſis conſanguineis regibus, Cæſari, Ferdinandoq;, & Sigiſmūdo Poloniæ regi, curæ futuram arbitraretur: quando neque Germani per ſe ſegnes in aliena cauſa, neque Auſtriæ domus reges Italico occupati bello, neque Polonus, ne veteres inducias abrumperet, vt ſe commouerēt, adduci poſſe viderentur. Ludouicus Rex ingenio per ſe imbecilli, neque ſalubri ratione confirmato, inexpectata aduentantis tanti hoſtis fama percullſus, miſſis vndique legatis fruſtra opem implorat: Hungarorum tamen conſilium indicit, id eſt, armatæ multitudinis, & Rhacos appellatur. In eo ſacrati antiſtites de more ſtipendiarij, quas debebant,

Clades Mohaczenſis, 1526.

bebant, in publico periculo ſemiplenas equitum alas, & minorem, quam oporteret, pecuniam in belli ſumptum expediunt, Profani vero iuris proceres, totaq; nobilitas, vtpote qui veteris diſciplinę obliti, nunquam Othomannorum regum caſtra viderant: ſed minutis tantum prælijs per incurſiones pugnare conſueſſent, ab innata ſuperbis eorum animis arrogantia, Turcas ita contemnebāt: vt ſe, vel exiguo numero, ingentia Barbarorum agmina, conſertis manibus, inſolenter conciſuros & deleturos iactarent. Sed vnus maxime cucullati ordinis Paulus Tomoræus archiepiſcopus Collocenſis, aliquando in excurſione, ſubitario prælio, cum Turcis dimicare ſolitus, tanta animi ferocia, tantæq; ſperatę victoriæ fiducia ſtolide pugnax efferebatur: vt ſacras ad multitudinem militum haberet conciones, & ante alios proceres ſtudio religionis inflammatus, in aduerſam Barbarorum aciē infeſta haſta ſe impetum facturū polliceretur. Paulo ante ex Pontificia pecunia, Germanorum & Bohemorum cohortes conſcripſerant: quarum præſidio ſtabiliri aciem equitum, & ſuſtineri Barbarorum vim poſſe putabant. Neque enim accurate recenſendo, peditum ſimul ac equitum copiæ, vigintiquinque millium ſummam efficiebant: Sic vt ab omnibus peritis, ea Tomoræi audacia, & reliquorum pugnam poſcentium temeritas, magnopere damnaretur: quando veteres milites miſerrimum eſſe dicerent, cum eo hoſte confligere, qui octuplo ampliores copias in aciem eſſet producturus. Propterea aliqui ſubmouendum imminenti periculo Regem iuuenem iudicabant: fruſtra conſulente Stephano Verbetio, vt regis adoleſcentis perſona ad publicam ſalutem, extra pugnæ diſcrimen in vtrumque belli euentum, Budana in arce ſeruaretur. Sed obſtrepebant efferi milites: nec ſe, niſi Rege duce, pugnaturos dicebant. Tomoræus dicta ſententia peruicit, vt quam primum confligeretur: & Rex generoſus ſub tutela Dei maximi, pugnæ ſignum daturus, hoſti obuiam ire pergeret. Itaque vęcordi impetu infauſtoq; conſilio Ludouicus ad Mugacium vſque ſigna promouit: quod eſt oppidulum medio fere itinere poſitum inter Budam & Belgradum. Iam aduentabant prima Turcarum agmina; cum ſupremo concilio à præfectis & ducibus eſt diſputatum, an caſtra vallata curribus ad Danubij ripam eſſent tantiſper collocanda; donec auxilia Tranſyluanorum aduenirent; quæ à Ioanne Sepuſio prouinciæ præfecto, qui VVayuoda Hungariæ appellatur, iuſtis itineribus adduci ferebantur. Cæterum Tomoræus, cui nouo ſuperuenienti Duci propter præfecturæ dignitatem

tem parendum foret, vt imperii ius integrum ad ſpem victoriæ retineret, omnem moræ cauſam improbans, & in ſua fata præceps ruens, ita ſanis conſiliis obſtitit: vt regem incautum & per iniquum pugnæ diſcrimen perduceret. Barbari namque quaternas equitum acies præmiſerant; quæ diſtinctis inter ſe noctis atque diei ſpaciis, perpetuo laceſſentes regiis caſtris circumueherentur: quo perſultante equitatu vſque adeo arcte regia caſtra obſeſſa ſunt: vt nemo lignatum aut pabulatum exire, aut in proximam Danubii ripam potandis equis progredi auderet; niſi magno periculo, & iniqua conditione, propter Barbarorum multitudinem, certaretur.

Clades Mohazenſis 1526.

Qua neceſſitate impulſus Tomoræus inſtruere aciem, & pro antiquo decore, inuictæ antea gentis, dignitateque regii nominis, prælio confligere coactus eſt. Aciei forma fere ſimplex fuit, protenſis ſcilicet peditum cohortibus in oblongam ſeriem: ac intermixto idoneis in ſpaciis equitatu: ne Barbari numero ſuperantes, vniuerſam circumuenirent aciem, & Hungari pene in orbem pugnare cogerentur. Caſtra catenatis vallata curribus, leui præſidio impoſito, ad dextram relinquebantur: quibus non abſurdo conſilio Tomoræus alam vnam lectiſſimorum equitum, vallum prope contingentem appoſuerat: vt ad incerta belli Rex eius firmo atque expedito præſidio protegeretur. Sed Hungarico nomini infauſtus is dies, regique maxime inauſpicatus, poſtremam eam ſeri conſilii rationem euertit.

Nam primo congreſſu concurrentes acies noſtræ, tametſi nihil eis Barbarorum tormenta altius librata nocerent, nullo tamen negotio pulſæ protritæque ſunt: cadente præſertim Tomorræo, & reliquis ad vnum fere proceribus interfectis: & Huſſaris, qui ſunt Hungarorum leuis armaturæ equites, diſpalatis, & in fugam verſis, totoque pariter equitatu fœde conciſo. In tanta rerum aſperitate, cum Barbarorum globus ad diripienda caſtra conuolaſſet, & ægre à præſidio defenderentur, ea, quam diximus, lectiſſimorum equitum ala, quæ Regi præſidio eſſe debuerat, continere nequit, quin opem caſtris adferens, in Turcas oppugnantes deferretur.

Eodemque ſemihoræ momento Ludouicus Rex, proſtratis vndique copiis, nudatus eo, quod ſperauerat parauerat que, præ-

 ſidio,

Digitized by Google

Clades Mohozenſis 1526.

ſidio, ſeſe eripiens, in proxima palude, reflectente ſe equo ſexquipalmis aquæ lutulento in gurgite ſuffocatus interiit: Ita tamen, vt eum locum Cetriſcus armiger eius & cubicularius, genere Bohemus, notaret, & effugeret: & poſt multos dies, decedentibus hoſtibus, integrum regis cadauer, Cetriſci indicio, reperiretur: & regio funere tumulandum ad Albam Regalem deferretur. Ab ea victoria Solymanus non obſcura admiratione ductus, riſiſſe fertur: quod Hungari tanta eſſent animorum temeritate, tantaque inſania regis conſiliarii eſſent occupati, vt alienis viribus ſtultiſſima ratione æſtimatis, ipſorum copias, quæ eſſent exiguæ, tanto exercitui obiicere, quam regredi, maluiſſent.

Potitus Buda inuiſaque arce, quam mirifice laudabat, nihil plus ad victoriæ ſuæ monumentum ſuſtulit: quam æneas ſtatuas tres ingentes, quæ Matthiæ bello paceque inclyti Regis fuerant. Eæ BYZANTII in Hippodromo collocatæ hodie viſuntur.

De Clade accepta in Pannonia ad Mogacium, & Ludouici Regis interitu, Alia Narratio, auctore Ioachimo Camerario.

MVLTIS magniſque rebus geſtis, & elatus ſucceſſibus Turcarum Rex Solimanus, bellum intulit Pannoniæ; potiente regno illo Ludouico, filio Ladiſlai: cum quo nupta fuit Maria Imperatoris MAXIMILIANI I. neptis. Huic puero conciliante matrimonium Maximiliano deſponſata illa, adhuc & ipſa parua virguncula fuerat: cum Viennæ ad Danubium Imperator & Pannoniæ ac Sarmatiæ Rex congreſſi fuiſſent. Sed Ludouicum editum in lucem accepimus, nullam partem corporis cute integente: quæ tamen inunctionibus medicis poſtea producta fuit.

Voluerat Ladiſlaus pater nomen filio indere Iulii: ſed mater obtinuit, vt ſuæ gentis (Erat enim Galla) nomine potius appellaretur. Hæc animaduertentibus quibuſdam ominoſa ſtatim viſa. Nam & nudum pelle corpus nudationem, & omiſſum nomen fundatoris maximi imperii, deminutionem regni portendere credidere.

Digitized by Google

didere. Agebatur iam annus poſt ſalutiferum CHRISTI partum M. D. XXVI. & conuentum procerum Germaniæ Spiræ habebat fratris Caroli Imperatoris loco, Dux Ferdinandus. At infælix Pannoniæ Rex implorare auxilium atque opem Chriſtianitatis, crebroſque Spiram legatos mittere: qui & expeditionem Turcarum metuendam ac terribilem, & quam ipſe ab omnibus rebus ad bellum, tum parandum, tum gerendum neceſſariis eſſet imparatus, conuentui demonſtrarent: & ab illis peterent, vt ſibi ſubuenire, & regnum ſuum Chriſtiano nomini conſeruare vellent: neu committerent, vt per ſuam oppreſſionem aditus ad ipſos Tyranno crudeliſſimo & infeſtiſſimo hoſti aperiretur: Satis iam illum, ac nimis longe; cum miſeranda pernicie & ingenti calamitate populi Chriſtiani progreſſum: nec ſe tantum petere, ſed quærere viam per regnum ſuum, qua libere inuehi in Chriſtianitatem, & pro arbitrio graſſari poſſit. *Clades Mohazenſis 1526.*

Ferdinandi autem miſericordiam & fidem, vt decuit, inprimis implorare, cuius ſecum ſoror nupta eſſet: obſecrare, illam vt tueri, ſi negligendus ipſe videretur, non omitteret. His & ſimilibus ad conuentum allatis, credere quidam, & terreri animis, & cenſere quamprimum copias comparandas, quæ in Pannoniam mitterentur: quidam negocium eſſe magnum dicere, & deliberandum diutius: Non etiam nulli totam rem eludere, & vanum metum affirmare fingi à Pannonibus: qui cum ſcirent neminem facile è Germania ad ſeſe vſque perductum iri, pecunias auferri poſſe confiderent.

Erant etiam plerorumque inter ſe dubii animi & incerti: neque quiſquam fere alteri admodum fidebat. Itaque hoc modo actum eſt, vt legatio decerneretur ad inſpiciendum res Pannonicas.

Sed Turca interea omnibus viribus inſtare bello, & vrgere expeditionem: accerſereque cum Epiroticas & Græcas, tum Aſiaticas copias: quarum illis Abraimum, his Becranum ducem præfecit. Cumque Taururum (Albam Græcam nunc vocant) veniſſet: præmiſit Balibeio duce equites: qui quam longe lateque poſſent, excurrendo hoſtium agros popularentur. Rex tum Budæ erat; & vel deſerendum regnum, vel aſſerendum manu videbat.

Digitized by Google

Clades Mohaczenſis 1526.

Itaque quas potuit copias coegit. Sed & Boemi & Germani aliquot, Pontificis Romani (vt ferebatur) pecunia conducti aduenere. Verum omnium numerus XXIIII. millia exceſſiſſe negatur. Duces forteſque viri in illis fuere plurimi: vt hæc clades multo maior, quam in ſpeciem appareat, acceptam eſſe qui conſiderare volet, facile ſit intellecturus. Erant ex Pannonicis cum Rege inter alios duces & Gregorius Zepuſius, frater Ioannis Præſidis eius regionis, quam olim Iazygas incoluiſſe perhibent: nunc Septemcaſtrenſis nominatur: qui ipſe cum magna & valida manu indies expectabatur: & præſides multi, interque illos vnus præcipua audacia Paulus Tomoræus Colocenſis familiæ Franciſcanæ homo imperitus & temerarius, ſed & manu promptus, & animo imperterritus.

Is quia ſemel atque iterum inconſulte euagatas turmas pauculas prædonum vicinorum retuderat: & quia ſtrenuum olim egerat militem, ducis etiam opinionem conceperat. Cui laudi inhians, Regem impellere, atque pene cogere, vt hoſti obuiam iret. Ergo infelix Rex ætate pene adhuc puer, deſtitutus & prudentium virorum conſiliis, & fortium atque bellatorum copiis: etiam, vt aliqui tradidere, & multa ſuſpicari permittunt, circundatus fraude & inſidiis ſuorum, Buda egreditur; vt hoſti occurrat, alacris & exultabundus: neque formidinis aut timiditatis vllam ſignificationem præbens; relicta Maria vxore ad Presburgum: & ad Mogacium, quod intra Budam & Taurarum ſitum eſt, caſtra poſuit.

Balibeius, quem cum equitibus ad vaſtandam Pannoniam præmiſſum ſupra diximus, omiſſis agris, exercitum Regium obſeruare & carpere, & à pabulatione atque aquatione prohibere, diuiſiſque ſuis equitibus, quos habebat ſecum ad M X X. in partes quatuor, ita infeſtis excurſionibus premebat Regios: vt cum vna pars de diei quadrante feſſa reciperet ſe, altera mox ſuccederet: atque huic deinde tertia, & iſti poſtremo quarta; vt totus dies perpetua inſectatione & vexatione hoſtium conſumeretur. Exercitus Regius ſeſe intra caſtra obiectis carris atq; plauſtris cõtinere primũ: deinde cum vſq; adeo in anguſtum relligeretur, vt iam ad fluuiũ nemo auderet accedere, cogerenturq; intra caſtra puteis effoſſis aquã quærere: placuit Pannonib. auctore Tomoræo & Greg. Zepuſio, fortunã prælii

prælii experiri: minime probantibus, ac potius vehementiſſime diſſuadentibus Germanis & Bohemis ducibus: qui cenſerent Ioannem Zepuſium ſaltem operiendum: Is enim iam aduentare nunciabatur. *Clades Mogahazenſis a. 1526.* Conuenerunt autem vniuerſę Turcicæ copię: ipſeq; Solimanus aderat: neq; pauciores habuit, vt certo cognitum eſt, ducentis millibus bellatorum. Sed vrgentibus ſuis, Rex hoc modo dixiſſe fertur, ſe nõ eſſe timidum, neque ignauiſſimum futurum: cupere vt quiſque vir fortis eſſe velit, ſe ſuæ vitę ac ſanguini non decreuiſſe parcere. Ita productus exercitus regius, & inſtructa acies fuit à Tomorręo: permiſtis inter ſe equitibus ac peditibus, quo ordines dilatarentur. id quod ad ingentem hoſtium multitudinem, ne includi ſui atq; cingi poſſent, excogitauerat. Regem ego accepi in prima acie ita fuiſſe collocatum: vt ante eum non eſſet duobus illa denſior: & ipſe cum tertiis ita inueheretur, inque conflictu & impetu pugnæ ad primos protruſum. Alii tradidere, ſeparatim cum mille equitib. poſt aciem conſtitiſſe: quod exitus rei videtur refellere. Bellicis machinis abũdabant, vt ſolent, Turcæ: illisque globi bis contra Regium exercitum directe immiſſi, ſed ſine detrimento. Sublimius enim lati illi, haſtas modo quorundam perculere. Regię machinæ, & paucæ, & futiles, non multum hoſtibus nocere potuerunt. Sed Turcę tanto maiore numeroſioreque multitudine vndique exercitum regium non ſolum ſepſere, ſed etiam implicuerunt: neque ſolum repugnantes profligare, ſed etiam caſtra iam oppugnare. Ad quę ipſa quoq; cum Regii duces reſpicerent, & defendere cuperent: diminuti pugnatores & ordines diſtracti fuere. Itaque celeriter fuga orta, ducibus plerisque viris ſtrenuis, & qui ſuorum cladi ſupereſſe nollent, interfectis: Præſules multi cęſi; interq; illos Tomoræus, magis intrepidus miles, quam conſultus dux, fortiſſime dimicans cecidit. Capti pauci, Zepuſius; dum in nauem cum citato equo inſilire nititur, neq; illam poteſt attingere: Danubii aquis delapſus in fluuium obruitur. Rex fuga cum in equo vaſto, ipſeque grauibus armis onuſtus, ad non magnum amnem veniſſet, vno modo comitatus, qui ante eum, vt poſtea narraſſe fertur, in vlteriorem ripam euaſerat, tranſiturus & ipſe præcipitato equo in aqua & limo ſuffocatur. Putabatur amnis vadum à fugientibus quaſi cauato alueo corruptum fuiſſe: vt minus iam peruium eſſet. Sunt qui tradiderũt, appetentem equum ripam, retro actum ſuper Regem incidiſſe: itaque illum oppreſſum. In illo

Digitized by Google

Viennæ obſidio, 1529. non magno quidem neque celebri amne periiſſe nobiliſſimum Regem, & eximium adoleſcentem, illius verbis, qui vnus comitatus eum eſſet, creditum: & corpus exanimum non procul ab eodem loco paulo inferius poſtea repertum, ſepulturæ mandatum eſt. Hoc prælium, quo anno diximus, IIII. Calend. Septembris commiſſum. Solimanus autem hac victoria metuendus & ferox, deriſa hoſtium temeritate & prudentia, vſusque fortunæ proſperitate, Budam ſtatim occupat; arcemque in deditionem præſidio accepto ſpoliat atque diripit. Fuerat ante illa ſtudio quodam ſingulari Regis Matthię, & operibus, & inſtructione admirabili exculta, ſignisque ac tabulis exornata: inprimis autem omni genere librorum diues. Nam Matthias, vt verę virtutis amator, doctrinam & artes ſapientiæ incredibili fauore atque ſtudio proſecutus fuit. Hac igitur arce, vt dixi, direpta ac ſpoliata, quia iam hyems prope erat, re melius, quam ſperare auderet, geſta, in Thraciam reduxit copias Turca, & victoriam maxima feſtiuitate celebrauit. At Maria regina tandem poſt longam diſſimulationem nunciorum, caſu mariti, quem vnice dilęxerat, & à quo maximo fuerat amore comprehenſa, cognito, lamentis & vociferatione omnia loca complere; neque de ſe aut regno ſolicitari; ſed ſolius mariti interitum ante oculos habere; illum deplorare, illum requirere, ſine illo recuſare viuere.

De Vienna Auſtriæ vrbis obſidione, à Solymanno Turcarum Imperatore ſuſcepta, ANNO CHRISTI M. D. XXIX. *Narratio Hiſtorica.*

ANNO poſt CHRISTVM natum M. D. XXIX. die x. menſis Aprilis immaniſſimus Turcarum Tyrannus Sulthanus Solymannus, maximo cum exercitu, pedeſtribus equeſtribusque copiis, aqua terraque inſtructiſſimis, incredibili omnium rerum, quæ belli vſus exigit, apparatu, è Conſtantinopoli mouit: quo Hungaria domita, Auſtriam, cui auidiſſime inhiabat, vna cum finitimis circumquaque regionibus in poteſtatem redigeret: eaque potitus, auctis proſpero ſucceſſu rerum animis, Viennæ, quæ magna eſt ac prępotens Auſtriæ ciuitas, aut alicubi per Hungarię vaſta loca hybernaret: ac refectis poſtea hominibus iumentisque,

que recens appetente vere liberis Germaniæ populis indignum fœdæ ſeruitutis iugum imponeret: cui rei gerendæ triennium integrum deſtinauerat. *Vienna obſidio, 1529.*

Proinde aduerſus finitimorum circumquaque hoſtium inſidias, quibus viſum eſt locis valida impoſuit præſidia. Auctorem Zepuſienſem ferunt comitem Ioannem quondam Tranſyluaniæ Vayuodam, quem Rege Ludouico, miſerandum in modum vna cum exercitu trucidato, dira regnandi libido inuaſerat: quocirca malis artibus ambire, callidis conſiliis potentes quoſdam Hungariæ proceres ſollicitare non acquieuit, donec à ſuæ factionis hominibus adiutus, regiam coronam, contra ius phasque inuolarit. Rei indignitate commotus inclytus Auſtriæ dux FERDINANDVS, ad quem ius regni legitime pertinebat, non magno quidem, ſed bene inſtructo, ornatoque exercitu Hungariam ingreſſus, hoſte profligato, & propriis etiam poſſeſſionibus pro iure belli exuto coronæ de more ac regni ſolenniter legitimeque potitus eſt.

Hinc Comes Zepuſienſis re ſpeque bona deſtitutus, deſperatis rebus, inexpiabili ſeſe ſcelere obſtringere non dubitauit. Patriam prodere, vt exitiabilem CHRISTI nominis hoſtem, Germaniæ immitteret, auſus eſt. Turca itaque cum exercitu ad Albam Græcam, quæ portæ inſtar Chriſtanis nationibus ſemper habita, quum veniſſet, Comes Zepuſienſis, fatale patriæ malum peſſimis artibus nunquam non deditus, natiuo Germani ſanguinis odio præceps, legatos mittit, qui crudeliſſimo hoſti tutum per Hungariam iter indicarent, rationem ac viam affligendæ, vaſtandæque Germaniæ præſcriberent: Quos tantæ proditionis autores cum Turcarum Cæſar ſumma cum voluptate audiiſſet, inito vtrinque nephario fœdere, teſtis ingentis ac nouæ lætitiæ vlulatus per Turcarum agmina exortus eſt. Ter humum proin deoſculabantur, omnibus igne æreis tormentis, quas bombardas vocant, lætitiæ ſignum dabant. Ipſorum numini fuſis precibus gratias agebant, quod ea hora HVNGARIÆ REGNVM, ac populi cum Turcis fœdus amicitiamque coierint: deinde Turcarum Cæſar exercitum recta ad Budam duxit, cui in itinere Zepuſienſis Comes, haud ita magna cum militum manu ſe coniunxit, ſe, regnumque patriæ proditor conſceleratus in hoſtis

Viennæ ob-ſidio, 1529.

hoſtis fidem ac manus commendauit, recepitque vniuerſam Hungarorum nationem auxiliaria arma, aduerſus Teutonum populos, vltro laturam. Quæ Turcarum tyrannus in eam partem accepit, vt, quoniam ſatis ſciuerat illius technis Lodouicum regem trucidatū: nepharias in regno actiones non ſemel agitatas, à proditoris quaſi aſpectu refugeret, abhorreretque: neque ita magno plauſu acceptum, Budam vſque à tergo exercitum ſequi compulerit à ſuis diſiunctum. Et quo facilius Hungariæ regno, cui inhiabat potiretur, edicto publico promulgauit. Quicunque Ioanni Zepuſienſi comiti, quem regem appellabat, cuius in regnum vindicandi gratia ſeſe veniſſe prędicabat, ſe non dederet, obtemperaretque, eum ſeſe ferro, flammaque aboliturum. Qui vero dicto audirent, regique parere in animum inducerent, iis priſtina iura, immunitates, libertatemque pollicebatur. Quibus minis coactæ ciuitates, Quinqueccleſienſis, Alba regalis, Peſtienſis, alięque prætereà multæ ſeſe, nihil reluctatæ, hoſti dedidere. Sola Buda, præſidio duorum vexillorum, quæ Chriſtophorus Peſſerer, & Ioannes Traubinger Capitanei ducebant, freta, hoſtis minas contemnere auſa: circumfuſa Turcarum agmina aliquot dies fortiter repugnando remorata eſt tamdiu, quoad iugi hoſtium oppugnatione debilitati, fracti, ſpeque contra tantos impetus tuendæ vrbis deſtituti milites Germani, ad arcem refugere, vltro vrbe hoſti relicta. Arx porro ad voluptatem magis, quam vim inſtructa erat: neque natura neque hominum opera ſatis munita, proinde factum, vt de ea ſeruanda diffidentes, de ſalute, quæ in vltimum diſcrimen vocata videbatur, cogitarent. Ideo conditiones, quas ſi arcem vltro dederent, Turcarum tyrannus tulerat, accepere, arcem in hoſtium poteſtatem dedere. Erat autem in conditionibus, Turcarum Cæſarem, ſi arcem traderent impoſita præſidia, omnium ſaluti, vitæque parcere decreuiſſe, comites inſuper daturum, qui ſaluos eos ad ſuos perducerent. Firmatis itaque ſignatisque propria Turcarum Cęſaris manu literis fidentes milites, relicta arce prodiere, acceptisque conductoribus abitum parabant. ſed infelices, qui perfidi hoſtis datam fidem tutam exiſtimarint. Vix portas vrbis egreſſi à Ianiceris (ſic enim illi veteranos milites vocant, rei militaris expertiſſimos, in quibus ſpes omnes rerum gerendarum ſitas habent) excepti, circumuentique armis primum, boniſque exuti, nudique dimiſſi, deinde haud ita longe à Buda crudelem in modum trucidati, ægre ex omni-

Digitized by Google

omnibus ſexaginta dilapſi, ſeruatique perfidiæ plus quam Punicę teſtes euaſere. Occupata Buda Turcarum Cęſar recta exercitum ad Viennam adducere properauit. Budæ Zepuſienſem Comitem, & Lodouicum Gritti Veneti ducis filium, nothum, cum quinque millibus peditum, tribus equitum reliquit. Quæ ad Danubium ſitæ arces, caſtella, oppida, vrbes, vltro hoſti paruerunt: in quibus Plintenburgium, Strigonium, Commora, Altenburgium ita munitę arces exiſtunt, vt ſi ea, quæ debuerat, in earum præfectis fides, probitasque fuiſſet, & præcipue ſi Strigonienſis, Archiepiſcopus fœderumque ſacramentorumque oblitus, ſui ſaltem officii, nominisque memor eſſe voluiſſet, arcem ſitu, arteque munitiſſimam, & ad inhibendum crudeliſſimi tyranni impetum appoſitiſſimam non vltro apertam, præſul Chriſtianus, exitiabili CHRISTI nominis hoſti obtuliſſet, adque illius partes deſciuiſſet, dierum aliquot moram ſane Turcarum Cæſari obieciſſet, quoad regia maieſtas vndique contracto, quam poterat validiſſimo exercitu aduerſus hoſtiū immanes copias ſeſe armaſſet firmaſſetq;: tantam cladem reſp. Chriſtiana non accepiſſet, Auſtria ferro, igniq; vaſta non iaceret, tot hominum millia, per ſummam crudelitatem interfecta non deſiderarentur, irreparabilia damna declinaſſemus. Hic nihil ceſſans Turcarum Cæſar, mira celeritate Viennam verſus contendit, eamque viceſima ſecunda die Septembris, nona hora ante meridiem, aliquot millibus equitum abſque vlla intermiſſione, quoad reliqua, immenſi exercitus moles conflueret obequitari tentarique fecit. In vrbe ſæpe ad arma ſignum datum, quo ſecuri militum animi ad obeunda ſuſtinendaque futura prælia acriores, vigilantioresque deinceps concurrerent. Quæ cum inſperata omnium animis accidiſſent, militiæ pręfecti, & à conſiliis, de vrbe tenenda conſilium inierunt, cumque vndiquaque ſuburbiis cincta eſſet, quæ hoſtium inſidiis oportuna, vrbi defendendę obſtare videbantur, decreuere incendenda, diruendaque. quod cum non ſegniter milites effeciſſent, atque adeo perpetuo quatriduo, effractis foribus ædium, direptis, hoſtilem in morem infelicium ciuium bonis, vino, quo ea vrbs abundat, partim excepto, partim in terram effuſo, pulſatis dominis, ſi qui ſua ſeruare ſtudebant, octingentas domus ſubruerunt.

Viennæ obſidio, 1529.

Deinde militiæ præfecti, à conſiliis, tribuni, milites, vnani-

Digitized by Google

Viennæ obſidio, 1529.

mi conſenſu ſacramento fœdus pepigere, ſeſe vrbem pro virili tueri velle, ſeruareque tormenta, quę amiſſa magno hoſti adiumento forent ad reliquias Germanicæ nationis ſuperandas. Et omnino pro CHRISTI fide, religioneque, ſi quis caſus vocaret, vna ſtrenue pugnando, aut vincere, aut fortiter occumbere. Hinc ad hoſtem ab vrbe depellendum verſa conſilia, munita variis operis mœnia, ſua quam tueretur, cuique duci deſignata vrbis regio eſt. Illuſtriſſimus Princeps Comes Palatinus Rheni PHILIPPVS, Bauariæ dux, &c. qui vltro præſentibus periculis caput ſuum obiicere non dubitauit, centum equitum turma tempeſtiue Viennam ingreſſus (quod eius patruus Fridericus comitiis Spirenſibus aduerſus Turcas omnium principum conſenſu ſupremus capitaneus ac Dux electus, ſubito hoſtium aduentu excluſus Crembſii reſedit) in locum nepos ſuffectus, cum reliquis Sacri Imperii ducibus, qui XIIII. vexillis peditum præfuerunt: eam vrbis partem (quę à porta eſt, quæ Hungariam verſus patet, & Stubarum nomen ſortita eſt) ad turrim vſque Rubeam, quam vocant, defendendam ſuſcepit. Elch à Reiſchach, cuius ductui tria millia peditum paruerunt; portam Carinthiam, quæ ad hoſtium vim minus munita fidelius præſidium exigebat, ad Auguſtini ædem, ſuorum robore vallauit. A quo Abellus ab Holeneck: qui Stiriæ auxilia ductabat duo vexilla peditum, regionem vrbis, quę ad arcem vſque ſita eſt cum ſuis inſedit. Arcem Leonhardus à Vels, cui Imperatori veterani per Hungariam variis caſibus exerciti, obtemperarunt. Hortorum arcis Maximilianus Leiſſer partem tuebatur. Arcis item portam ad vſque Scotorum portam & Iudęorum turrim occupauit. His in ſubſidium, ſi qui caſus vocaret, quatuor vrbis areis, quingenti equites Auſtriaci ſubornati: vtrinque præterea ad Scotorum portam Ioannes à Greiſneck & Ioannes Hauſer duarum vrbis regionum ciues ſubſtituerunt, reliqui ciues præfecto ciuium & iudici parere iuſſi, quibus reſtinguendi incendii, ſi quod exortum eſſet, partes datæ. Reiprechto ab Eberſdorff, qui duobus vexillis præfuit Auſtriacis, regio vrbis, quę à Iudæorum turri tenet, & Im ellende Germanice appellatur, concredita. Inde Hiſpani milites ad Carinthiorum portam, vbi maius periculum vrbi imminebat, virtutis ergo, & ob tormentorum, quos arcobuſos appellant, copiam, accerſiti ſunt. Reliquam vrbis partem, qua Danubius præterlabitur ad tur-

Digitized by Google

ad turrim vſque Rubeam & Imperii auxilia Erneſtus à Branden- *Vienna ob-*
ſtain, quem duo millia Bohemorum ſecuta ſunt, vna cum Wil- *ſidio, 1529.*
helmo à Wartenburg & Comite Ioanne ab Hardeck, qui ducentos equites ducebat, inſederunt. Duces, militiæ præfecti & à conſiliis, nobiliſſimi atque optimi quique, quod magnus metus animos omnium inuaſerat, vtrinq; ad Carinthiorum turrim pulueribus ſubmotis mœnia ſubrutum, diuulſumque iri, vbi ſummum periculum erat, ibi ſummopere excubandum rati, inter quos Ioannes Cacianer fuit, Stirię & Carinthiæ auxilia: Caſpar, item Ritſchan, & Sigiſmundus Leyſſer cum duobus vexillis militum à Carinthiorum porta ad Diui Auguſtini ædem in omnem euentum inſtructi paratique conſiſtebant. Quum porro deſcripta munia quiſque obiiſſent, delegatasque vrbis regiones occupaſſent, tormenta ænea producta, perque vrbem, mœnia ac turres diſtributa, præcipue autem ſuper Carinthiorum turri collocata, inſtructaq; ſunt, quorum aliqua crebro iaculandi impetu, puluerum vi rupta diſſilierunt, neque vllus ſane locus ad vniuerſum Turcarum exercitum circumquaque impetendum, vexandumque opportunior fuit. Indeque adeo maxima damna Turcis illata plerique ex captiuis affirmarunt. Portę vrbis omnes clauſæ, communitæque fuere, vna Salis porta, qua ad Danubium itur, aperta, vnde eruptio, ſi qui caſus tuliſſet, fieri poſſet. Nauigia bellica, celocesque optimi regis Ferdinandi prouidentia maximis impenſis, à fabris Italis, aduerſus Turcarum Naſſadiſtas inſtructa, armataque in naualibus exuſta, conciſa ac ſubmerſa ſunt. Nautę enim Itali, qui in ſpe erant, fruſtra expectabantur, ad murum proxima ędificia, quæ gerendis rebus obſtare videbantur, ſolo ęquata. Ligneæ tegulę, ne exceptis malleolis, ac ſulphuratis iaculis incendium alerent, circumquaque deturbatæ. Iacti præterea aggeres ab ea vrbis parte, qua hoſtis pręcipue timebatur, vt ſi etiam mœnia ſubruta forent, vnde ſe defenderent, haberent. Interea dum hæc fierent, qui Turcæ exercitum pręcurrerunt, pernicibus equis freti noſtros aſsiduis incurſibus exercebant, quibus cum toto triduo acriter noſtrates equites congreſſi, quoſdam captiuos trahere, cęſorumque capita in vrbem referre: nulla ab armis quies, nulla intermiſſio fuit, donec immanibus hoſtium copiis campi circumquaque completi ſunt.

Viceſima tertia die Septembris equitatus noſtri circiter

Digitized by Google

Vienna obſidio 1529. quingenti per Stubarum portam,quæ nondum clauſa erat,progreſſi,cum hoſte,ad diui Marci ædem concurrerunt,& cum hoſtium ingruentium impetum non ferrent,auerſi ſeſe ad mœnia proripuerunt,eo prælio tres è noſtris cæſi,ſeptem capti fuere,in quibus Comitis Ioannis ab Hardeck vexillifer Chriſtophorus Zetlitz fuit,qui ab equo deturbatus vexillum alii,qui ad vrbem referret,commiſiſſe fertur. Turcæ tribus qui ex noſtris cæſi capita abſcidere,tribus item ex iis,qui quatuordecim ad Diui Marci ædem,mille paſſus pro Stubarum porta in prochodochio leproſi ægrotabant,interfectique ſunt,capita ademerunt,quæ pilis totidem præfixa,captiuos equites ad Turcarum Cęſarem ferre coegerunt: qui cum ad Cęſarem Turcarum perducti,conſtitiſſent,eos interrogauit,an non eſſent principes,ac gerendarum rerum militiæque pręfecti vrbem dedituri: cui reſponderunt captiui,obfirmatum eſſe apud omnium animos,obſidionem tamdiu tolerare velle,quoad vitam,ſpiritumq; ducere queant:quo ſermone Turca perculſus: deinde quanta hominum vis intra mœnia eſſet,item interrogauit,reſponderunt, Doriphoros XX. millia eſſe,equites duo millia. Tum vbi Rex eorum eſſet,quæſiuit; Lincii eum agere reſponderunt,idque oppidum ad ripam Danubii XXIIII.milliaria longe à Vienna ſitum eſſe:ad hęc Cæſar. Quæram illum etiam ſi in medio ſit imperio,ac reliquos Germaniæ populos inuiſam. Percōtatus præterea eſt,ſuburbia quamobrem exuſſerint, fieri enim non poſſe,vt vrbem ſeruent,ſe nihil dubitare,quin potiturus ſit:ad quæ illi,ſe neſcire,reſponderunt. Interim noſtri duobus è captiuis Turcis,velatis oculis,per ciuitatem ductis,liberam ad ſuos redeundi poteſtatem fecerunt. Quo facto vexilliferum,cuius ante mentionem fecimus,egregie aurata,ſericiaque veſte adornatum cū tribus è captiuis,quibus trinos ducatos dono dedit,ſaluos XIIII. die Octobris ad vrbem remiſit,in mandatisque dedit,quo dicerent militiæ præfectis ſe,ſi vltro ciuitatem dederent,cum eis pro mœnibus paciſci velle,oblatis bonis conditionibus,neminem ex ſuis intra ciuitatem intromiſſurum.nullius rem ſalutemue offenſurum,eorum, qui in vrbe eſſent:quod ſi facere recuſarent,negauit ſe inde diſceſſurum,quoad vi armisque expugnatam occupet,ex omni ætate minores,maioresque natu trucidet,vrbem igni in cineres redactam ſolo æquet:ſubiunxit pręterea vt dicerent,quando vnus Deus ſit, qui cœleſtia moderetur,æquum eſſe vnum caput,vnum principem, orbi

Digitized by Google

orbi terrarum imperare: eum ſeſe eſſe velle, vitamque acerbam habiturum quoad illos vniuerſamque Chriſtianorum nationem armis ſubegerit, ſuæque ditioni parere coegerit. Ad quæ cum nihil prorſus reſponderetur, inſtructis ordinibus exercitus robur Viennę admouit, oppidum Pruck, & arcem Trautmansdorff, quod reſiſtere tantis viribus deſperabant, iuſtis rationibus nihil reluctantes, in deditionem accepit, nemini quicquam damni fecit, inque diſceſſu etiam ab omnium bonis temperauit. Quibus locis occupatis ex infinita multitudine prædonum exercitum, circiter triginta millia, Ogleo Michaele Baſſa duce (qui nullis ſtipendiis militant ab reliquo exercitu pernicibus equis effuſi, oppida pagoſque incendunt & prædam agunt) longe lateque amandauit. Quocirca Stiriam penetrantes, & ex altera Danubii ripa ad Laureacum vſque peruetuſtum ſuperioris Auſtriæ ſupra Onaſum flumen oppidum, peruadentes, inaudita efferatæ immanitatis exemplis edidere, dies noctéſque, iugibus incendiis continuarunt: prædam ex hominibus, iumentis, pecudibus, reque familiari egerunt, nullum crudelitatis genus interim omittentes, cæſis crudelem in modum, quos captiuos ducere poſſe deſperabant: in mulieres ac teneram ætatem omni libidine intemperantiſſime abuſi: prægnantibus exciſo vtero fœtus eripientes, partim terræ alliſerunt partim haſtis præfixos ſanguine rorantibus deferebant: ex præda quæ ferre non poterant perdiderunt. Obſeſſa autem Vienna eſt XXVI. die Septembris, aqua terraque, circum circa immanibus Turcarum agminibus, vt ex ædita Diui Stephani elegantis, vetuſti, ac rari operis Pyramide, vnde longiſſime proſpectus patet, humani oculi acies, exercitus magnitudinem ſuperare, comprehendere, metiriue nequiuerit; ad decem millia paſſuum, denſa tentoria circiter vigintiquinque millia numero, ſic enim fere compertum eſt, poſita tenebant. Ipſe Turcarum Cæſar ad Diui Marci, quæ ædes in via qua itur in Hungariam ſita eſt, caſtrametatus vſq; ad Schuechat, & arcem Trautmanſdorff, Imbraim Baſſa ſupremus Turcarum Cæſaris à Secretis & capitaneus, ac rerum pene omnium gubernator, à Danubio ad vſque Viennæ montana caſtra habuit: In medio Turcarum Cæſaris exercitu, quemadmodum veriſſimis authoribus didicimus, tercentum ænea tormenta, quas bombardas vocant collocata: vallo, foſſaque circum caſtra munita & ad prælium parata, inſtructaque omnia. Cæſaris caſtra magnifice intus de gentis

Vienna obſidio, 1529.

Vienna obſidio 1529. ſolent,in naues impoſita à tergo dimiſit. Cum autem præter opinionem præſidia vrbis impauide hoſti reſiſterent, alia via aggrediendum duxit: cuniculis actis magnam vim puluerum muro ſubiecit, malleolorum, atque ignitarum ſagittarum magnum numerum, in vrbis veſtigia effudit, immiſit præterea Germanos quoſdam pecunia corruptos, qui vrbem (quod tres deprehenſi in quæſtione confeſſi, qui XVII. die Octobris iuſto ſupplicio in quatuor partes laniati ſunt) variis locis, præſcripto tempore incenderent: quo, cum omnia incendio miſcerentur, ipſe diſiecto muro, aditu facto perturbatos opprimeret: quod conſilium haud eos clam fuit, qui rebus gerendis in vrbe inuigilarunt. Neque enim niſi mediocribus tormentis impetebat hoſtis, ac manuariis, quos arcubuſos appellant, ad omnium admirationem diu noctuque nulla intermiſſione certiſſimis ictibus imminebat, quæ muros labefacere, ſubruereue poſſent nulla audiebantur; facilis itaque coniectura fuit more ſuo, Turcam variis locis actis cuniculis, perfoſſoque muri fundamento, pulueribus adhibitis ruinam aditumque moliturum: qua vero vrbis parte penetraret hoſtis neſciebatur, quoad Turca quidam ad mœnia prope Fibri, quam vocant turrim vltro ſe offerens, prima Octobris die bene mane deprehenſus indicium fecit, quo edocti duces aduerſus hoſtium cuniculos fodere inſtituerunt, neque infelici ſucceſſu ad Carinthiorum turrim, quam ſummopere Turcę ſolo æquare conabantur, Turcarum operas noſtri excepere, iiſque propulſatis magnam vim pulueris, vt quidam autumant, ademere. quæ res Turcarum Imperatori magnæ adminiſtrationi mixtum terrorem attulit. Chriſtianis parentibus ſe natum index faſſus, de variis rebus interrogatus, veriſſime reſpondiſſe repertus eſt. Nam à pueris inter Turcas eductus plurima eorum conſilia callide imbiberat. De Turcæ conſilio interrogatus reſpondit: decreuiſſe vrbem, diſiectis puluerum ſubmotorum vi turribus, violenter derepente capere: docuit loca, quibus perfodere pararet: de tormentis, reſpondit: terra, quadringenta ænea tormenta aducta eſſe, quæ pugni magnitudine globos iacularentur, ac maiora etiam quædam. Aduerſo autem Danubio non plura ſubornata decem prægrandibus XX. pedum longitudine. De nauigiis Turcæ reſpondit: Imbrahim Baſſæ ſexaginta naues parere: Turcarum Cæſaris nauium ſe numerum neſcire. Naſſadiſtarum autem quadringentos eſſe, omnibus porro nauigiis quinque armatorum

rum millia aſſcripta: prægrandia quædam, aliquot retro à Vienna milliaribus, relicta. De numero militum ait, ferendis armis idoneorum centum millia eſſe, in quibus XII. millia Ianizarorum, qui Imperatorem Turcarum ſtipent, ſex item millia, qui Imbrahim Baſſæ adſint, horum armaturam eſſe tormenta manuaria, arcus Parthicos & pila non admodum longa, reliquos equeſtres eſſe. De ſumma mortalium, Turcarum exercitus interrogatus, circiter ter cẽtum millia, numerari affirmauit. De camelis deinde, viginti millia agi reſpondit, pabulo, farina armiſq; onuſta: Neq; vltra miliare vnũ vniuerſo cũ exercitu hominibus, iumentiſq; defatigatis proficiſci poſſe Turcã aſſeruit. Multi captiui Turcæ quæſtioni adhibiti fuerunt, ſed hoc diuinitus (ſic .n. credere phas eſt) oblato indice nihil veracius, præſentique rerum diſcrimini ſalubrius fuit. Ideoque virtutis ergo generoſus Heros Guilhelmus à Rogendorff, quoad viueret homini victum amictumque pollicitus eſt. Huius porro indicium ſecuti Duces noſtri, quibuſcunque locis hoſtium operæ cuniculos agere parabant, diu noctuque ſuos in contra fodiendi opere continuere, ita vt vtrinque quatuor pedum ſpacio aliquando concurrere viderẽtur. Quarta Octobris die, Turcæ adeò vehementibus omnis generis tormentorum fulminibus vrbem concuſſerunt, vt in ſtuporem veteranos, ac multo rerum vſu peritiſſimos exercitatiſſimoſque milites coniicerent, qui ſe tantum, tamque horribilem fragorem nullis bellorum caſibus nunquam expertos affirmarunt. Interea temporis hoſte in agendis cuniculis occupato, noſtri circiter octo millia rei ſeſe bene gerendæ occaſionem nactos rati, ſexta die Octobris, quo hoſtem ſuburbiis arcerent, & agentes cuniculos explorarent, per Salis turrim erupere, multos è Turcis in ſuburbiis pro arcis porta & Carinthiorum turri trucidarunt. Extitit interea quidam inauſpicato clamore ſtrenue aduerſus hoſtes irruentes reuocans, quod ordines componere, & aciem inſtruere conſiliũ eſſe diceret: quo clamore, ceu panico terrore externatis repente militibus, receptu fugæ ſimillimo ad vrbem trepidabatur: adeo vt denſo fugientium agmine multi in vallum foſſamque deuoluti propriis armis, alii grauiter ſaucii, alii occiſi fuerint. Ea eruptione Wolfgangus Hag, qui dux vexillo vni præerat, cum quibuſdam primi ordinis militibus, & Hiſpanis (qui primi ſeſe omnibus periculis offerre auſi fuerunt) quum reliquos à fuga dehortatus, ſeſe

Vienna obſidio, 1529.

Digitized by Google

Vienna obſidio, 1529. non magno quidem neque celebri amne periiſſe nobiliſſimum Regem, & eximium adoleſcentem, illius verbis, qui vnus comitatus eum eſſet, creditum: & corpus exanimum non procul ab eodem loco paulo inferius poſtea repertum, ſepulturæ mandatum eſt. Hoc prælium, quo anno diximus, IIII. Calend. Septembris commiſſum. Solimanus autem hac victoria metuendus & ferox, deriſa hoſtium temeritate & prudentia, vſusque fortunæ proſperitate, Budam ſtatim occupat; arcemque in deditionem præſidio accepto ſpoliat atque diripit. Fuerat ante illa ſtudio quodam ſingulari Regis Matthiæ, & operibus, & inſtructione admirabili exculta, ſignisque ac tabulis exornata: inprimis autem omni genere librorum diues. Nam Matthias, vt verę virtutis amator, doctrinam & artes ſapientiæ incredibili fauore atque ſtudio proſecutus fuit. Hac igitur arce, vt dixi, direpta ac ſpoliata, quia iam hyems prope erat, re melius, quam ſperare auderet, geſta, in Thraciam reduxit copias Turca, & victoriam maxima feſtiuitate celebrauit. At Maria regina tandem poſt longam diſſimulationem nunciorum, caſu mariti, quem vnice dilexerat, & à quo maximo fuerat amore comprehenſa, cognito, lamentis & vociferatione omnia loca complere; neque de ſe aut regno ſolicitari; ſed ſolius mariti interitum ante oculos habere; illum deplorare, illum requirere, ſine illo recuſare viuere.

De Vienna Auſtriæ vrbis obſidione, à Solymanno Turcarum Imperatore ſuſcepta, ANNO CHRISTI M.D.XXIX. Narratio Hiſtorica.

ANNO poſt CHRISTVM natum M.D.XXIX. die X. menſis Aprilis immaniſſimus Turcarum Tyrannus Sulthanus Solymannus, maximo cum exercitu, pedeſtribus equeſtribusque copiis, aqua terraque inſtructiſſimis, incredibili omnium rerum, quæ belli vſus exigit, apparatu, è Conſtantinopoli mouit: quo Hungaria domita, Auſtriam, cui auidiſſime inhiabat, vna cum finitimis circumquaque regionibus in poteſtatem redigeret: eaque potitus, auctis proſpero ſucceſſu rerum animis, Viennæ, quæ magna eſt ac prępotens Auſtriæ ciuitas, aut alicubi per Hungarię vaſta loca hybernaret: ac refectis poſtea hominibus iumentisque,

Digitized by Google

que recens appetente vere liberis Germaniæ populis indignum *Viennæ ob-*
fœdæ ſeruitutis iugum imponeret: cui rei gerendæ triennium in- *ſidio. 1529.*
tegrum deſtinauerat.

Proinde aduerſus finitimorum circumquaque hoſtium inſidias, quibus viſum eſt locis valida impoſuit præſidia. Auctorem Zepuſienſem ferunt comitem Ioannem quondam Tranſyluaniȩ Vayuodam, quem Rege Ludouico, miſerandum in modum vna cum exercitu trucidato, dira regnandi libido inuaſerat: quocirca malis artibus ambire, callidis conſiliis potentes quoſdam Hungariæ proceres ſollicitare non acquieuit, donec à ſuȩ factionis hominibus adiutus, regiam coronam, contra ius phasque inuolarit. Rei indignitate commotus inclytus Auſtriȩ dux FERDINANDVS, ad quem ius regni legitime pertinebat, non magno quidem, ſed bene inſtructo, ornatoque exercitu Hungariam ingreſſus, hoſte profligato, & propriis etiam poſſeſſionibus pro iure belli exuto coronæ de more ac regni ſolenniter legitimeque potitus eſt.

Hinc Comes Zepuſienſis re ſpeque bona deſtitutus, deſperatis rebus, inexpiabili ſeſe ſcelere obſtringere non dubitauit. Patriam prodere, vt exitiabilem CHRISTI nominis hoſtem, Germanię immitteret, auſus eſt. Turca itaque cum exercitu ad Albam Græcam, quæ portæ inſtar Chriſtanis nationibus ſemper habita, quum veniſſet, Comes Zepuſienſis, fatale patriæ malum peſſimis artibus nunquam non deditus, natiuo Germani ſanguinis odio pręceps, legatos mittit, qui crudeliſſimo hoſti tutum per Hungariam iter indicarent, rationem ac viam affligendæ, vaſtandęque Germaniæ præſcriberent: Quos tantæ proditionis autores cum Turcarum Cæſar ſumma cum voluptate audiiſſet, inito vtrinque nephario fœdere, teſtis ingentis ac nouę lætitiæ vlulatus per Turcarum agmina exortus eſt. Ter humum proin deoſculabantur, omnibus igne ęreis tormentis, quas bombardas vocant, lætitiæ ſignum dabant. Ipſorum numini fuſis precibus gratias agebant, quod ea hora HVNGARIÆ REGNVM, ac populi cum Turcis fœdus amicitiamque coierint: deinde Turcarum Cæſar exercitum recta ad Budam duxit, cui in itinere Zepuſienſis Comes, haud ita magna cum militum manu ſe coniunxit, ſe, regnumque patriæ proditor conſceleratus in

hoſtis

Digitized by Google

Viennæ obſidio, 1529. hoſtis fidem ac manus commendauit, recepitque vniuerſam Hungarorum nationem auxiliaria arma, aduerſus Teutonum populos, vltro laturam. Quæ Turcarum tyrannus in eam partem accepit, vt, quoniam ſatis ſciuerat illius technis Lodouicum regem trucidatũ: nepharias in regno actiones non ſemel agitatas, à proditoris quaſi aſpectu refugeret, abhorreretque: neque ita magno plauſu acceptum, Budam vſque à tergo exercitum ſequi compulerit à ſuis diſiunctum. Et quo facilius Hungariæ regno, cui inhiabat potiretur, edicto publico promulgauit. Quicunque Ioanni Zepuſienſi comiti, quem regem appellabat, cuius in regnum vindicandi gratia ſeſe veniſſe prędicabat, ſe non dederet, obtemperaretque, eum ſeſe ferro, flammaque aboliturum. Qui vero dicto audirent, regique parere in animum inducerent, iis priſtina iura, immunitates, libertatemque pollicebatur. Quibus minis coactæ ciuitates, Quinqueeccleſienſis, Alba regalis, Peſtienſis, alięque præterea multæ ſeſe, nihil reluctatæ, hoſti dedidere. Sola Buda, præſidio duorum vexillorum, quæ Chriſtophorus Peſſerer, & Ioannes Traubinger Capitanei ducebant, freta, hoſtis minas contemnere auſa: circumfuſa Turcarum agmina aliquot dies fortiter repugnando remorata eſt tamdiu, quoad iugi hoſtium oppugnatione debilitati, fracti, ſpeque contra tantos impetus tuendæ vrbis deſtituti milites Germani, ad arcem refugere, vltro vrbe hoſti relicta. Arx porro ad voluptatem magis, quam vim inſtructa erat: neque natura neque hominum opera ſatis munita, proinde factum, vt de ea ſeruanda diffidentes, de ſalute, quæ in vltimum diſcrimen vocata videbatur, cogitarent. Ideo conditiones, quas ſi arcem vltro dederent, Turcarum tyrannus tulerat, accepere, arcem in hoſtium poteſtatem dedere. Erat autem in conditionibus, Turcarum Cæſarem, ſi arcem traderent impoſita præſidia, omnium ſaluti, vitæque parcere decreuiſſe, comites inſuper daturum, qui ſaluos eos ad ſuos perducerent. Firmatis itaque ſignatiſque propria Turcarum Cęſaris manu literis fidentes milites, relicta arce prodiere, acceptiſque conductoribus abitum parabant. ſed infelices, qui perfidi hoſtis datam fidem tutam exiſtimarint. Vix portas vrbis egreſſi à Ianiceris (ſic enim illi veteranos milites vocant, rei militaris expertiſſimos, in quibus ſpes omnes rerum gerendarum ſitas habent) excepti, circumuentique armis primum, boniſque exuti, nudique dimiſſi, deinde haud ita longe à Buda crudelem in modum trucidati, ægre ex omni-

Digitized by Google

omnibus ſexaginta dilapſi, ſeruatique perfidiæ plus quam Punicę teſtes euaſere. Occupata Buda Turcarum Cęſar recta exercitum ad Viennam adducere properauit. Budæ Zepuſienſem Comitem, & Lodouicum Gritti Veneti ducis filium, nothum, cum quinque millibus peditum, tribus equitum reliquit. Quæ ad Danubium ſitæ arces, caſtella, oppida, vrbes, vltro hoſti paruerunt: in quibus Plintenburgium, Strigonium, Commora, Altenburgium ita munitę arces exiſtunt, vt ſi ea, quæ debuerat, in earum præfectis fides, probitasque fuiſſet, & præcipue ſi Strigonienſis, Archiepiſcopus fœderumque ſacramentorumque oblitus, ſui ſaltem officii, nominisque memor eſſe voluiſſet, arcem ſitu, arteque munitiſſimam, & ad inhibendum crudeliſſimi tyranni impetum appoſitiſſimam non vltro apertam, præſul Chriſtianus, exitiabili CHRISTI nominis hoſti obtuliſſet, adque illius partes deſciuiſſet, dierum aliquot moram ſane Turcarum Cæſari obieciſſet, quoad regia maieſtas vndique contracto, quam poterat validiſſimo exercitu aduerſus hoſtiũ immanes copias ſeſe armaſſet firmaſſetq;: tantam cladem reſp. Chriſtiana non accepiſſet, Auſtria ferro, igniq; vaſta non iaceret, tot hominum millia, per ſummam crudelitatem interfecta non deſiderarentur, irreparabilia damna declinaſſemus. Hic nihil ceſſans Turcarum Cæſar, mira celeritate Viennam verſus contendit, eamque viceſima ſecunda die Septembris, nona hora ante meridiem, aliquot millibus equitum abſque vlla intermiſſione, quoad reliqua, immenſi exercitus moles confluerct obequitari tentarique fecit. In vrbe ſæpe ad arma ſignum datum, quo ſecuri militum animi ad obeunda ſuſtinendaque futura pręlia acriores, vigilantioresque deinceps concurrerent. Quæ cum inſperata omnium animis accidiſſent, militiæ pręfecti, & à conſiliis, de vrbe tenenda conſilium inierunt, cumque vndiquaque ſuburbiis cincta eſſet, quæ hoſtium inſidiis oportuna, vrbi defendendę obſtare videbantur, decreuere incendenda, diruendaque. quod cum non ſegniter milites effeciſſent, atque adeo perpetuo quatriduo, effractis foribus ædium, direptis, hoſtilem in morem infelicium ciuium bonis, vino, quo ea vrbs abundat, partim excepto, partim in terram effuſo, pulſatis dominis, ſi qui ſua ſeruare ſtudebant, octingentas domus ſubruerunt.

Vienna obſidio, 1529.

Deinde militiæ præfecti, à conſiliis, tribuni, milites, vnani-

Digitized by Google

Viennæ ob-ſidio, 1529. mi conſenſu ſacramento fœdus pepigere, ſeſe vrbem pro virili tueri velle, ſeruareque tormenta, quę amiſſa magno hoſti adiumento forent ad reliquias Germanicæ nationis ſuperandas. Et omnino pro CHRISTI fide, religioneque, ſi quis caſus vocaret, vna ſtrenue pugnando, aut vincere, aut fortiter occumbere. Hinc ad hoſtem ab vrbe depellendum verſa conſilia, munita variis operis mœnia, ſua quam tueretur, cuique duci deſignata vrbis regio eſt. Illuſtriſſimus Princeps Comes Palatinus Rheni PHILIPPVS, Bauariæ dux, &c. qui vltro præſentibus periculis caput ſuum obiicere non dubitauit, centum equitum turma tempeſtiue Viennam ingreſſus (quod eius patruus Fridericus comitiis Spirenſibus aduerſus Turcas omnium principum conſenſu ſupremus capitaneus ac Dux electus, ſubito hoſtium aduentu excluſus Crembſii reſedit) in locum nepos ſuffectus, cum reliquis Sacri Imperii ducibus, qui XIIII. vexillis peditum præfuerunt: eam vrbis partem (quę à porta eſt, quæ Hungariam verſus patet, & Stubarum nomen ſortita eſt) ad turrim vſque Rubeam, quam vocant, defendendam ſuſcepit. Elch à Reiſchach, cuius ductui tria millia peditum paruerunt; portam Carinthiam, quæ ad hoſtium vim minus munita fidelius præſidium exigebat, ad Auguſtini ædem, ſuorum robore vallauit. A quo Abellus ab Holeneck: qui Stiriæ auxilia ductabat duo vexilla peditum, regionem vrbis, quę ad arcem vſque ſita eſt cum ſuis inſedit. Arcem Leonhardus à Vels, cui Imperatori veterani per Hungariam variis caſibus exerciti, obtemperarunt. Hortorum arcis Maximilianus Leiſſer partem tuebatur. Arcis item portam ad vſque Scotorum portam & Iudęorum turrim occupauit. His in ſubſidium, ſi qui caſus vocaret, quatuor vrbis areis, quingenti equites Auſtriaci ſubornati: vtrinque præterea ad Scotorum portam Ioannes à Greiſneck & Ioannes Hauſer duarum vrbis regionum ciues ſubſtituerunt, reliqui ciues præfecto ciuium & iudici parere iuſſi, quibus reſtinguendi incendii, ſi quod exortum eſſet, partes datæ. Reiprechto ab Eberſdorff, qui duobus vexillis præfuit Auſtriacis, regio vrbis, quę à Iudæorum turri tenet, & Jm ellend Germanice appellatur, concredita. Inde Hiſpani milites ad Carinthiorum portam, vbi maius periculum vrbi imminebat, virtutis ergo, & ob tormentorum, quos arcobuſos appellant, copiam, accerſiti ſunt. Reliquam vrbis partem, qua Danubius præterlabitur ad tur-

Digitized by Google

Viennæ obſidio, 1529.

ad turrim vſque Rubeam & Imperii auxilia Erneſtus à Branden-ſtain, quem duo millia Bohemorum ſecuta ſunt, vna cum Wil-helmo à Wartenburg & Comite Ioanne ab Hardeck, qui ducentos equites ducebat, inſederunt. Duces, militiæ præfecti & à conſiliis, nobiliſſimi atque optimi quique, quod magnus metus animos omnium inuaſerat, vtrinq; ad Carinthiorum turrim pulueribus ſubmotis mœnia ſubrutum, diuulſumque iri, vbi ſummum periculum erat, ibi ſummopere excubandum rati, inter quos Ioannes Cacianer fuit, Stiriȩ & Carinthiæ auxilia: Caſpar, item Ritſchan, & Sigiſmundus Leyſſer cum duobus vexillis militum à Carinthiorum porta ad Diui Auguſtini ædem in omnem euentum inſtructi paratique conſiſtebant. Quum porro deſcripta munia quiſque obiiſſent, delegatasque vrbis regiones occupaſſent, tormenta ænea producta, perque vrbem, mœnia ac turres diſtributa, præcipue autem ſuper Carinthiorum turri collocata, inſtructaq; ſunt, quorum aliqua crebro iaculandi impetu, puluerum vi rupta diſſilierunt, neque vllus ſane locus ad vniuerſum Turcarum exercitum circumquaque impetendum, vexandumque opportunior fuit. Indeque adeo maxima damna Turcis illata plerique ex captiuis affirmarunt. Portȩ vrbis omnes clauſæ, communitæque fuere, vna Salis porta, qua ad Danubium itur, aperta, vnde eruptio, ſi qui caſus tuliſſet, fieri poſſet. Nauigia bellica, celocesque optimi regis Ferdinandi prouidentia maximis impenſis, à fabris Italis, aduerſus Turcarum Naſſadiſtas inſtructa, armataque in naualibus exuſta, conciſa ac ſubmerſa ſunt. Nautȩ enim Itali, qui in ſpe erant, fruſtra expectabantur, ad murum proxima ȩdificia, quæ gerendis rebus obſtare videbantur, ſolo ȩquata. Ligneæ tegulȩ, ne exceptis malleolis, ac ſulphuratis iaculis incendium alerent, circumquaque deturbatæ. Iacti præterea aggeres ab ea vrbis parte, qua hoſtis prȩcipue timebatur, vt ſi etiam mœnia ſubruta forent, vnde ſe defenderent, haberent. Interea dum hæc fierent, qui Turcæ exercitum prȩcurrerunt, pernicibus equis freti noſtros aſsiduis incurſibus exercebant, quibus cum toto triduo acriter noſtrates equites congreſſi, quoſdam captiuos trahere, cȩſorumque capita in vrbem referre: nulla ab armis quies, nulla intermiſſio fuit, donec immanibus hoſtium copiis campi circumquaque completi ſunt.

Viceſima tertia die Septembris equitatus noſtri circiter

h 2 quin-

Vienna ob- quingenti per Stubarum portam, quæ nondum clauſa erat, progreſ-
ſidio 1529. ſi, cum hoſte, ad diui Marci ædem concurrerunt, & cum hoſtium ingruentium impetum non ferrent, auerſi ſeſe ad mœnia proripuerunt, eo prçlio tres è noſtris cæſi, ſeptem capti fuere, in quibus Comitis Ioannis ab Hardeck vexillifer Chriſtophorus Zetlitz fuit, qui ab equo deturbatus vexillum alii, qui ad vrbem referret, commiſiſſe fertur. Turcæ tribus qui ex noſtris cæſi capita abſcidere, tribus item ex iis, qui quatuordecim ad Diui Marci ædem, mille paſſus pro Stubarum porta in ptochodochio leproſi ægrotabant, interfectique ſunt, capita ademerunt, quæ pilis totidem præfixa, captiuos equites ad Turcarum Cçſarem ferre coegerunt: qui cum ad Cçſarem Turcarum perducti, conſtitiſſent, eos interrogauit, an non eſſent principes, ac gerendarum rerum militiæque prçfecti vrbem dedituri: cui reſponderunt captiui, obfirmatum eſſe apud omnium animos, obſidionem tamdiu tolerare velle, quoad vitam, ſpiritumq; ducere queant: quo ſermone Turca perculſus: deinde quanta hominum vis intra mœnia eſſet, item interrogauit, reſponderunt, Doriphoros XX. millia eſſe, equites duo millia. Tum vbi Rex eorum eſſet, quæſiuit; Lincii eum agere reſponderunt, idque oppidum ad ripam Danubii XXIIII. milliaria longe à Vienna ſitum eſſe: ad hçc Cæſar. Quæram illum etiam ſi in medio ſit imperio, ac reliquos Germaniæ populos inuiſam. Percõtatus præterea eſt, ſuburbia quamobrem exuſſerint, fieri enim non poſſe, vt vrbem ſeruent, ſe nihil dubitare, quin potiturus ſit: ad quæ illi, ſe neſcire, reſponderunt. Interim noſtri duobus è captiuis Turcis, velatis oculis, per ciuitatem ductis, liberam ad ſuos redeundi poteſtatem fecerunt. Quo facto vexilliferum, cuius ante mentionem fecimus, egregie aurata, ſericiaque veſte adornatum cũ tribus è captiuis, quibus trinos ducatos dono dedit, ſaluos XIIII. die Octobris ad vrbem remiſit, in mandatisque dedit, quo dicerent militiæ præfectis ſe, ſi vltro ciuitatem dederent, cum eis pro mœnibus paciſci velle, oblatis bonis conditionibus, neminem ex ſuis intra ciuitatem intromiſſurum. nullius rem ſalutemue offenſurum, eorum; qui in vrbe eſſent: quod ſi facere recuſarent, negauit ſe inde diſceſſurum, quoad vi armisque expugnatam occupet, ex omni ætate minores, maioresque natu trucidet, vrbem igni in cineres redactam ſolo æquet: ſubiunxit prçterea vt dicerent, quando vnus Deus ſit, qui cœleſtia moderetur, æquum eſſe vnum caput, vnum principem,

orbi

orbi terrarum imperare: eum ſeſe eſſe velle, vitamque acerbam habiturum quoad illos vniuerſamque Chriſtianorum nationem armis ſubegerit, ſuæque ditioni parere coegerit. Ad quæ cum nihil prorſus reſponderetur, inſtructis ordinibus exercitus robur Viennę admouit, oppidum Pruck, & arcem Trautmansdorff, quod reſiſtere tantis viribus deſperabant, iuſtis rationibus nihil reluctantes, in deditionem accepit, nemini quicquam damni fecit, inque diſceſſu etiam ab omnium bonis temperauit. Quibus locis occupatis ex infinita multitudine prædonum exercitum, circiter triginta millia, Ogleo Michaele Baſſa duce (qui nullis ſtipendiis militant ab reliquo exercitu pernicibus equis effuſi, oppida pagoſque incendunt & prædam agunt) longe lateque amandauit. Quocirca Stiriam penetrantes, & ex altera Danubii ripa ad Laureacum vſque peruetuſtum ſuperioris Auſtriæ ſupra Onaſum flumen oppidum, peruadentes, inaudita efferatæ immanitatis exemplis edidere, dies noctesque, iugibus incendiis continuarunt: prædam ex hominibus, iumentis, pecudibus, reque familiari egerunt, nullum crudelitatis genus interim omittentes, cæſis crudelem in modum, quos captiuos ducere poſſe deſperabant: in mulieres ac teneram ætatem omni libidine intemperantiſſime abuſi: prægnantibus exciſo vtero fœtus eripientes, partim terræ alliſerunt partim haſtis præfixos ſanguine rorantibus deferebant: ex præda quæ ferre non poterant perdiderunt. Obſeſſa autem Vienna eſt XXVI. die Septembris, aqua terraque, circum circa immanibus Turcarum agminibus, vt ex ædita Diui Stephani elegantis, vetuſti, ac rari operis Pyramide, vnde longiſſime proſpectus patet, humani oculi acies, exercitus magnitudinem ſuperare, comprehendere, metiriue nequiuerit; ad decem millia paſſuum, denſa tentoria circiter vigintiquinque millia numero, ſic enim fere compertum eſt, poſita tenebant. Ipſe Turcarum Cæſar ad Diui Marci, quæ ædes in via qua itur in Hungariam ſita eſt, caſtrametatus vſq; ad Schuechat, & arcem Trautmanſdorff, Imbraim Baſſa ſupremus Turcarum Cæſaris à Secretis & capitaneus, ac rerum pene omnium gubernator, à Danubio ad vſque Viennæ montana caſtra habuit: In medio Turcarum Cæſaris exercitu, quemadmodum veriſſimis authoribus didicimus, tercentum ænea tormenta, quas bombardas vocant collocata: vallo, foſſaque circum caſtra munita & ad prælium parata, inſtructaque omnia. Cæſaris caſtra magnifice intus de gentis

Vienna obſidio, 1529.

Viennæ obſidio, 1529. more,aulçis,aureis puluinaribus adornata, foris auratis faſtigiis collucebant, quæ quingenti circumſtipabant ſatellites, arcubus armati: Ante tormenta mediocri relicto ſpacio,robur exercitus, quos Ianiceros vocant,conſiſtebat,hi feruntur magna apud Turcarum tyrannum authoritate eſſe,in quib. ſpes omnis victoriæ pendeat,quiq; eligendi Imperatoris poteſtatem habeant,numero XII.millia fuere. Deinde Baſſæ duces & capitanei ex Nathalia, id eſt, minore Aſia: Baſſena, aliiſque Turcæ ſubiectis prouinciis poſt mœnia ad Cecium montem vſq; obſidebant: Naſſadiſtæ qui celocibus actuariiſve nauibus freti,aduerſo flumine,Danubiũ tenerent, ripã fluminis ad Nuſdorff vſq; V.millia paſſuum à Vienna occupabant. Vbi porro Turca animaduertit,eam vrbis partẽ,qua Carinthiorum ꝓſtat turris, vt infirmiorẽ noſtrum prçſidium fortiter inſediſſe,indeq; tormentis ſuos milites ꝑcipuè impeti vexariq;, eo vim omnem cõtulit exercitus ſui, turrim expugnare conatus,in ſuburbiis, q̃ exuſta à noſtris militibus ſolo ob ſubitum hoſtium aduentum nondum prorſus æquata erant, magnam vim tormentariorum exercitatiſſimorum collocauit, qui perfoſſis muris, poſt quos latebant,tuti noſtros è mœnibus eminentes certiſſimis ictibus impetiuerunt,multoſq; adeo inſidiarum rudes confecerunt,quoad damno icti cauerunt ne quis appareret: grãdiora tormenta poſt ſuburbia cõſtituit, quib. aduerſam Carinthiorum turrim vehementiſſime impugnauit: tanta interim ad grandinis ſpeciem ſagittarũ vis effuſa eſt, vt ꝓxima muro tecta, dẽſa iaculorum ſegete cõpleta horrerent. Viceſima deinde ſeptima die Septẽbris Naſſadiſtæ quingentis celocib. Danubii pontẽ inuaſere,occupatũ exuſſere.(Et ſi non vanũ eſt noſtros quoq; priores,partẽ pontis ſubruiſſe) ibiq; in ripa caſtrametati, iter aduehẽdi cõmeatus intercluſerunt, ꝙ vbi à noſtris animaduerſum,equitatus,cum tribus millibus peditum vrbem egreſſus,prælio hoſtem laceſſiuit, ſed cum noſtri tormentorum grandiorum parum ſecum produxiſſent, hoſti in fugam verſo, haud ita magnum damnum intulere. Eadem die Fridericus Rheni Palatinus, cũ Wolffgango item Palatino ad Crembſium appulit, qui ſi maturius veniſſet,magnum noſtris conſilio & armis ſubſidium adiunxiſſet, quũ autem certis authoribus pontem exuſtum dirutumq; cognouiſſet,cum pleriſq; aliis Crembſii inuitus reſedit. Intercluſis itaq; aqua,terraq; itineribus, vt nihil neq; inferri neq; efferri potuerit,circumquaq; omnibus hoſtium copiis refertis viis,reliquum fuit,

vt in

Digitized by Google

vt in vltimum diſcrimen vocati, noſtris corporibus, qui pro hoſtium ingentibus copiis ſane parua manus fuimus, hoſtilem impetum in omnem caſum ſuſtineremus: quantus autem ſtrenuiſſimi cuiuſque animum timor, quanta denique vitæ ac ſanguinis vilitas inuaſerit, qui vtrinq; res ex æquo æſtimauerit, facile conſiderabit: præſertim ſi expenderit Viennam neq; natura loci neq; arte hominum ſatis munitam, muro tantum aggeri impoſito, veteri ac vix ſex pedes denſo vallatã, ad quem ſicco pede aditus militi pateat. Accedit, ꝙ vrbs bene magna vndiq; imminenti hoſti prȩſidia varia opponere neceſſe habebat. erant autem qui in vrbe tuenda occupabantur milites non plures XVI. millia, accedebant ciues, quorum multi non cõparebant: nam quum inutilem militiæ ſexum, vxores, paruos liberos, matres, ꝓpinquos, ſenio ac morbo cõfectos, pie proſequerẽtur, iis ereptis ad communes fortunas defendendas redituri, hoſtis inuſitata celeritas illorũ conſilio obſtitit. Turcarũ verò, cum exploratores noſtri, tum illorũ captiui pro vero retulere tercentũ millia fuiſſe. qui ſi, vt ſolent, vno impetu vndiquaq; ad mœnia ſucceſſiſſent, tã pauci vt ſuſtinerẽt oppugnationẽ, magnus metus inuaſerat. Qua re nihil deterriti generoſi animi Principes, Philippus comes Palatinus, & qui vices Regis agẽs ſummus Imperator deſignatus erat, comes Nicolaus à Salm natu grandior, Wilhelmus à Rogendorff, ac cæteri militiæ præfecti & à conſiliis tã paucorum militum virtuti non diffiſi intra vrbem ita affectam ſtrenue perſeuerandum decreuere. XXIX. autem die Septembris, qui Diuo Michaeli feſtus fuit, duo millia quingenti milites, per Carinthiorum portam eruptione facta, Turcarum circiter ducẽtos, Duces itẽ duos interfecere, quũ è noſtris nõ plures trib. deſiderarẽtur. Quod ſi dimidia hora ante vrbẽ exiuiſſent noſtri, Imbrachim ducẽ quem Baſſam vocant, vrbis ſitum ſpeculantẽ comprehẽdiſſent, ꝙ omnium Turcarum Imperatoris actionum, conſiliorumq; gnatus, nõ pœnitenda p̄da veniſſet. Hiſpani interim aliiq; milites aliquoties pauci numero plus minus quinquaginta vrbe egreſſi per vineas pleroſque hoſtium ex inſidiis imprudentes oppreſſerunt, ac ſpolia tulerunt; non raro ipſi tamen temeritatis ſuæ pœnas dedere. Iam ſpe vrbem Turca deuorauerat, quippe qui terrori fore omnibus tam immanem potentiam putarat, quibus in fugam coniectis vrbem deſertum iri, aut certe minis coactum iri ſibi certò perſuaſerat, ideoque tormenta ænea quibus tentata mœnia ſubrui Viennæ obſidio, 1529.

ſolent,

Digitized by Google

Vienna obſidio 1529. ſolent,in naues impoſita à tergo dimiſit. Cum autem præter opinionem præſidia vrbis impauide hoſti reſiſterent, alia via aggrediendum duxit: cuniculis actis magnam vim puluerum muro ſubiecit, malleolorum, atque ignitarum ſagittarum magnum numerum, in vrbis veſtigia effudit, immiſit præterea Germanos quoſdam pecunia corruptos, qui vrbem (quod tres deprehenſi in quæſtione confeſſi, qui XVII. die Octobris iuſto ſupplicio in quatuor partes laniati ſunt) variis locis, præſcripto tempore incenderent: quo, cum omnia incendio miſcerentur, ipſe diiecto muro, aditu facto perturbatos opprimeret: quod conſilium haud eos clam fuit, qui rebus gerendis in vrbe inuigilarunt. Neque enim niſi mediocribus tormentis impetebat hoſtis, ac manuariis, quos arcubuſos appellant, ad omnium admirationem diu noctuque nulla intermiſſione certiſſimis ictibus imminebat, quæ muros labefacere, ſubruereue poſſent nulla audiebantur; facilis itaque coniectura fuit more ſuo, Turcam variis locis actis cuniculis, perfoſſoque muri fundamento, pulueribus adhibitis ruinam aditumque moliturum: qua vero vrbis parte penetraret hoſtis neſciebatur, quoad Turca quidam ad mœnia prope Fibri, quam vocant turrim vltro ſe offerens, prima Octobris die bene mane deprehenſus indicium fecit, quo edocti duces aduerſus hoſtium cuniculos fodere inſtituerunt, neque infelici ſucceſſu ad Carinthiorum turrim, quam ſummopere Turcę ſolo æquare conabantur, Turcarum operas noſtri excepere, iiſque propulſatis magnam vim pulueris, vt quidam autumant, ademere. quæ res Turcarum Imperatori magnæ adminiſtrationi mixtum terrorem attulit. Chriſtianis parentibus ſe natum index faſſus, de variis rebus interrogatus, veriſſime reſpondiſſe repertus eſt. Nam à pueris inter Turcas eductus plurima eorum conſilia callide imbiberat. De Turcæ conſilio interrogatus reſpondit: decreuiſſe vrbem, diiectis puluerum ſubmotorum vi turribus, violenter derepente capere: docuit loca, quibus perfodere pararet: de tormentis, reſpondit: terra, quadringenta ænea tormenta aducta eſſe, quæ pugni magnitudine globos iacularentur, ac maiora etiam quædam. Aduerſo autem Danubio non plura ſubornata decem prægrandibus XX. pedum longitudine. De nauigiis Turcæ reſpondit: Imbrahim Baſſæ ſexaginta naues parere: Turcarum Cæſaris nauium ſe numerum neſcire. Naſſadiſtarum autem quadringentos eſſe, omnibus porro nauigiis quinque armatorum

rum

Digitized by Google

rum millia aſſcripta : prægrandia quædam , aliquot retro à Vienna milliaribus , relicta. De numero militum ait , ferendis armis idoneorum centum millia eſſe , in quibus x i i. millia Ianizarorum , qui Imperatorem Turcarum ſtipent , ſex item millia , qui Imbrahim Baſſæ adſint, horum armaturam eſſe tormenta manuaria, arcus Parthicos & pila non admodum longa, reliquos equeſtres eſſe. De ſumma mortalium , Turcarum exercitus interrogatus, circiter ter cẽtum millia, numerari affirmauit. De camelis deinde, viginti millia agi reſpondit, pabulo, farina armiſq; onuſta: Neq; vltra miliare vnũ vniuerſo cũ exercitu hominibus, iumentiſq; defatigatis proficiſci poſſe Turcã aſſeruit. Multi captiui Turcæ quæſtioni adhibiti fuerunt, ſed hoc diuinitus (ſic .n. credere phas eſt) oblato indice nihil veracius , præſentique rerum diſcrimini ſalubrius fuit. Ideoque virtutis ergo generoſus Heros Guilhelmus à Rogendorff , quoad viueret homini victum amictumque pollicitus eſt. Huius porro indicium ſecuti Duces noſtri , quibuſcunque locis hoſtium operæ cuniculos agere parabant , diu noctuque ſuos in contra fodiendi opere continuere , ita vt vtrinque quatuor pedum ſpacio aliquando concurrere viderẽtur. Quarta Octobris die, Turcæ adeò vehementibus omnis generis tormentorum fulminibus vrbem concuſſerunt, vt in ſtuporem veteranos, ac multo rerum vſu peritiſſimos exercitatiſſimoſque milites coniicerent, qui ſe tantum, tamque horribilem fragorem nullis bellorum caſibus nunquam expertos affirmarunt. Interea temporis hoſte in agendis cuniculis occupato, noſtri circiter octo millia rei ſeſe bene gerendæ occaſionem nactos rati , ſexta die Octobris , quo hoſtem ſuburbiis arcerent, & agentes cuniculos explorarent, per Salis turrim erupere, multos è Turcis in ſuburbiis pro arcis porta & Carinthiorum turri trucidarunt. Extitit interea quidam inauſpicato clamore ſtrenue aduerſus hoſtes irruentes reuocans , quod ordines componere, & aciem inſtruere conſiliũ eſſe diceret: quo clamore, ceu panico terrore externatis repente militibus , receptu fugæ ſimillimo ad vrbem trepidabatur: adeo vt denſo fugientium agmine multi in vallum foſſamque deuoluti propriis armis, alii grauiter ſaucii , alii occiſi fuerint. Ea eruptione Wolfgangus Hag, qui dux vexillo vni præerat, cum quibuſdam primi ordinis militibus, & Hiſpanis (qui primi ſeſe omnibus periculis offerre auſi fuerunt) quum reliquos à fuga dehortatus, ſeſe

Vienna obſidio, 1529.

Digitized by Google

Vienna obſidio, 1529. vt ſequerentur Germani animi, ac fugæ neſciæ, virtutis memores obtrectaretur, longius in hoſtium inſidias præcipitatus, deſtitutuſque fortiter pugnando oppetiit. Eadem die circa meridiem Turcæ camelos ſarmentis onuſtos, ipſi quoque onera baiulantes ad mœnia adegere, foſſas impleturi videbantur, qua facilius aggerem exuperarent, ſed neſcio quomodo hoſti certe conſilium diſplicuit: Nihilo ſecius noſtri inſtructa acie ſuo quiſque ordine, locoque hoſtem operiebantur. Eck à Reiſchach ſtrenuus miles tr[illegible]ea die glandes plumbeas aduerſo pectore excepit ſummi Dei beneficio ac ferrei thoracis, loricæque bonitate tectus, incolumis ſeruatus eſt. Octaua porro Octobris die, ac pridie ante vtrinq; ad Carinthiorum turrim per murum cuniculos egere, fundamentaq; muri incidere, hac arte rati mœnia ſuppoſitis excuſſa pulueribus, intra ciuitatẽ prolapſura, noſtri rerum nõ ignari prævalidas trabes circumquaq; muro admouerunt, quo factum vt incenſis pulerib. diſiecta mœnia noſtris indemia foras prolaberentur. Dirutam muri partem ſubinde qui in vrbe erãt, vt res ferebat, ſarmentis ac trabibus, refecerunt, curæ omniũ magis ac magis ad vigilandum intentæ, Duces ipſi ad laborantẽ vrbis partem excubarunt, nulla quies, nullus oculis ſomnus capitur, perpetuus hoſtis amoliendi animos defatigat labor, iam proditionis ſuſpitio, iam incendiorum metus, ducum vexat mentes. Eadem die quidam è Turcis captus eſt, qui capitis periculo affirmauit, Turcarum Cæſarem, non vltra decem dies ad Viennam fore: quod verum eſſe euentus docuit. Poſtero deinde die mane infra Carinthiorum portã hoſtes per foramen in vrbem ſumma vi penetrare conati, tandem à noſtris propulſati. A meridie circiter tertiam horam iterum tormentis æneis fulminare cœperunt & murũ prope Carinthiorum turrim, è regione diuæ Claræ duobus locis puluerum vi ſubruerunt, in ipſa interim muri ruina magno conatu aggerem ſuperare, & per apertum murum inuadere parabant, fortiter noſtri hoſtem ſuſtinuerunt, multi Turcarũ occiſi, Hiſpani quidã Germaniq; milites, vna cũ muri parte, cui inſiſtebant eiecti deuolutiq; fere ſalui euaſere. Hic raro caſu quidã tormento ictus pro mortuo habitus, deinde illæſo corpore, in illius marſupio plumbeus globus inuẽtus eſt. A nona Octobris die ad duodecimum nulla intermiſſione tormentorum aſſiduis ictibus cuncta perſonant: ſubinde ad mœnia euaditur neque in vrbe ceſſatur, vehemens vtrinque certatio; ab vrbe omnis generis tor-

menta

Digitized by Google

menta in hoſtes effunduntur. Muſicis interim inſtrumentis, tubis, tibiis, cornibus, fiſtulis ac tympanis infractum, imperterritumque animum noſtri ſignificabant. Duodecima deinde die Octobris ad Carinthiorum portam, ex altera parte, Stubarum verſus quam vocant portam, iterum Turcæ magnam muri partem deiecere, neque vno tantum loco fumus apparuit, quod indicio fuit pluribus locis ſubiectis pulueribus hoſtem ſimul mœnia ſubruere conatum, ſublato illico vexillo, Hiſpani, Germanique milites fortiter ſeſe hoſti oſtentant, ſed Turcæ terrore perculſi, neque diu, neque ita magna vi noſtris negotium faceſſiebant, ad oppugnandumque, q͏̃ è ſpeculis ac turribus quidam in vrbe viderunt, Turcarum duces frameis, fuſtibuſq; ſuos milites pulſatos, adigere nequaquam potuerunt: Si qui ad foſſam adacti illico fugam retro arripuerunt: quam nos potentem manum ſummi Dei fuiſſe interpretamur, qui cor virtutemque adimit, quando, quibuſque voluerit. Statim poſt ſubruta mœnia, Turca Carinthiorum turrim prægrandi ac violento tormento aggreſſus, certiſſimis ictibus lapideis globis faſtigia turris impetiuit, deiecitque, ſicque noſtris Bombardarum præfectus defendendæ vrbis ex ea parte quæ ſola ignearíorum tormentorum capax erat, & vnde magnam cladem hoſti obtulerant, facultatem ademere. Quanquam per noctem, quoad fieri potuit, admiſſa damna refecere, completa fimo vaſa muri inſtar oppoſuere, ſub quibus tuti hoſtem vexarent, quorum tamen multi inſigniter petiti à Turcis manuariis tormentis icti occubuère. Continenter interim Turca oppugnationem vrgere, ſuos animare, cohortari, impellere vt ſuperato muro vrbem quod facilimum factu erat, caperent. Decreuerat enim Turca antequam infectis rebus ſe in Hungariam reciperet, id quod è captiuis cognouimus, omnibus viribus vndiquaque vrbem aggredi, atque vltimam oppugnationem experiri, quod noſtris magnum metum attulit, fecitque veriſimile quod à decimo ſecundo Octobris ad XIIII. ab oppugnatione temperabatur.

Vienna obſidio, 1529.

Hic varii vulgo, vt in magno metu rumores ſpargebantur. Certum erat Turcam anteq̃ infectis reb. diſcederet omnia moliturum, quando ſubrutis in immanem aditum muris, diurnis nocturniſq; oppugnationibus nihil prorſus profeciſſet, per cuniculos in vrbē inuaſurum, derepente ex inſperato noſtros oppreſſurum, vndiquaque

Digitized by Google

Vienna obſidio. 1529. emergentibus è cellis vinariis,per inſidias hoſtibus plerique ſupplicabantur:timebatur præterea ne ſtationes militum ſubiectis pulueribus diſiicerentur,non ſine magna noſtrorum clade. Sed pro ſui populi ſalute, ſi quando alias, hoc tempore ſane excubauit ſummus Deus,qui animos noſtrorum auxit,atque hoſtium audaciam repreſſit,monitumq; hoc exemplo Chriſtianum populum maluit, quam funditus perditum. Nam XIIII. Octobris contra omnium expectationem hoſtes iterum igneatiis manuariis,ac item grandioribus inſtare,ac magnam plumbeorum globorum in vrbem iaculari. Decima deinde hora noctis incenſis caſtris(quod è quibuſdam Chriſtianis qui effugerant percepimus) magno vlulatu, quem fuiſſe captiuorum exiſtimamus generis ac nominis noſtri Chriſtianorum, qui ſpem magnam fouebant, ſe tandem aliquando liberatum iri. ſed valde ſua miſeros fefellit opinio, ſiquidem in fuga partim arrepti in perpetuam ſeruitutem, partim crudelem in modum conciſi ac laniati oppetiêre,fugæ ſimilimum diſceſſum properarūt. Merito itaq; generoſis ac fortibus militibus ſummi quique honores haberi debent, qui gratia ſummi Dei ſuo robore Chriſtiani ſanguinis ſitientiſſimum hoſtem remorati,& à Germania, quæ firmiſſima eſt Chriſtianæ Reip. pars ſuis corporibus excluſerunt. Quod ſi Viennam Turca cepiſſet ignariorum tormentorum ornatiſſimam, inſtructiſſimamque copiam in ſuam poteſtatem redegiſſet, eo ipſo anno per autumnum in ſuperiorem Germaniam facile penetraſſet. quam ſi occupauerit,quod Deus nolit,actum eſt de Chriſtiana libertate,ſub omnium grauiſſimo tyranno duriſſimam Chriſti fideles ſeruitutem tolerabimus. Atque adeo,vt longius progreſſurus non fuerit, Viennam certe ita aggeribus,muroque communiiſſet,vt per hyemem ibi refecto exercitu primo vere,iuſto bello Germaniam laceſſere expeditiſſime potuerit. Conſtat enim eo conſilio Turcam Viennam veniſſe,vt ea occupata toto triennio Germaniæ bellum faceret, in eaque cruentam tyrannidem pro libidine innumerabili hominum ex omni ætate iactura expleret, omnia igni ferroque vaſta redderet, quod proh dolor iam nimium ſæpe experti ſumus,ac iam recenti vicinoque magis Auſtrię periculo, ac clade moniti è ſomno vel veterno potius expergefieri debemus. Vidimus his oculis oppleta omnia loca cadaueribus,fœdis vulneribus crudeliſſime conſauciatis, nulli ſexui, nulli ætati temperatum. Exempti matrum aluo fœtus alliſi,

Digitized by Google

alliſi, parui pueri frameis diſiecti, haſtis transfixi, virginibus mixtę *Vienna ob-*
matres, poſt abominalem execrabilemque abuſum, horret mens *ſidio, 1529.*
dicere, à ceruice reſectis capitibus toto corpore deformatę, nulla omnino exempla immanitatis extare, nec excogitari quidem poſſe exiſtimo, quæ non ediderit in noſtri ſanguinis fratres truculenta belua. Tempus itaque eſt, viri Chriſtiani, vbicunq; terrarum Chriſto viuitis, tempus, inquam, eſt, nos è ſomno excitari, hanc irati ob noſtra ſcelera numinis plagam agnoſcere, vnanimiter ad DEVM conuerti, reſipiſcere, omiſſo vanę gloriæ ſtudio, odium mutuum ponere, monſtroſas de fide Catholica diſſenſiones, & nunquam finiendas diſputationes abiicere, in vnum Catholicæ Eccleſiæ ſacroſanctum corpus coaleſcere, & in amore proximi, ac bonis operibus ſimul totis viribus in Chriſto, qui caput eſt, vnanimes viuere, orareq; vt nobis gratiam ſuam concedere dignetur, qua armati immanem hoſtem à ceruicibus noſtris propulſemus, & deinde oppreſſis hoſtibus quieti in pace, pie, ſancteque viuere queamus. Quod ſi editum in infelices Auſtriæ Chriſti fideles exemplum nihil nos mouebit, hancque pręſentem Dei plagam ad nos nihil pertinere putabimus, quid aliud quam præſens exitium toti Germaniæ, ac orbi Chriſtiano, pronunciemus? non nihil credite dicit modum habere hoſtis, circumit omnia leo rugiens impotenti animi libidine, inexplebili regnorum cupiditate, inſatiabili ſanguinis noſtri ſiti longius ſemper longiuſque progredietur, quoad vnus omnia occupabit, quod eum hactenus feciſſe multorum Regum, Principum, populorum, vrbium exitio edocti, tandem ſcire debemus. Quum itaque per noctem (vt diximus) magna pars exercitus diſceſſiſſet, Veneris die Imbrachim Baſſa vna cum reliquis ducibus mane inſtructis ordinibus circiter LX. mille equitum in procinctu conſtitit, nihil tamen ea die geſtũ: venit in mentem ducibus noſtris, quod ante hoſtium voluntatem è captiuis eſſe audierant, vt de redimendis captiuis ageretur, & vtrinque fieret permutatio. Sic enim Imbrachim Baſſæ videri illi affirmauerant. mittunt itaque nuncium cum literis, ſibi quoque placere, cum belli ius ita ferret, vt captiuorum ratio vtrinque haberetur. Ad quæ Imbrachim Baſſa ſuo ſigno confirmatas literas dedit, quarum exemplum aſſcribere viſum eſt, operępretium eſſe. Imbrachim Baſſa Dei gratia ſupremus Secretarius, ſupremus Conſiliarius, potentiſſimi inuictiſſimique Cęſaris Sultani, Soleymani Dux, &

Vienna obſidio, 1529. vniuerſi imperii, ac rerum gerendarum gubernator. Viſis literis, quas nuncius veſter nobis reddidit, Generoſi duces, ac rerum gerendarum præfecti illuſtres, de voluntate veſtra cognouimus. Scitote nos non veniſſe veſtras vt ciuitates occuparemus, ſed vt Archiducem veſtrum Ferdinandum quæreremus, quem tamen non inuenimus: Etſi pluribus diebus in illius expectatione hic morati ſumus, non tamen ad hunc vſq; diem comparuit: heri tres è veſtris captiuos libere ad vos dimiſimus, ſimili ratione vos cum noſtris agere æquum eſt, quomodo nuncium veſtrum iuſſimus ad vos referre. Integrum porro vobis eſt mittere, quem vobis viſum fuerit, qui de captiuis cognoſcat, neque tali in caſu de fide noſtra quicquam dubitare debetis. Quod vero iis qui Budę in præſidio fuere, fidem non ſeruaſſe, inſimulamur: illorum non noſtra culpa factum eſt. Datæ pro Vienna XVII. Octobris Anno M.D.XXIX.

In mandatis prętere nuncio dedere, ſeſe vt militares homines decet, iuxta ius belli facere, conſtitutum habere, quando eo res deuenerit, vt plurima inter eos agenda reſtent. Tabellario è Damaſcena purpura veſtem rubeam dono dedere. Eodem die Chriſtophorum Zetlitz/ de quo antea meminimus, Comitis Ioannis ab Hardeck vexilliferum captiuum, egregie aureis purpureisque veſtibus ornatum libere ad vrbem remiſere, eademque de re ei mandata dedere. Poſtridie porro, Cæſarem, qui cum exercitu præceſſerat, perſecutus ea celeritate, vt quinque diebus Budam venerint, quæ XXXII prælongis Germanicis miliaribus à Vienna abeſt, innumeri equi ex fuga mortui corruerunt, nec non è Turcis, captiuisque Chriſtianis paſſim in viis plurimi, cum aſſequi non poſſent, mortui reperti ſunt. Paulus Backitſch / Sigiſmundus Weixelberger / & Ioannes Cazianer/ leui armatura fugientes perſecuti, multos ceperunt, plurimos interfecerunt, è captiuis etiam Chriſtianis non paucos liberauerunt: Naſſadiſtæ quoq; ad Poſonium ex vrbe arceq;, cui præfectus fuit Wolfgangus Oder/ impugnati quibuſdam demerſis nauibus magnam iacturam fecerũt. Captiui Turcæ pro certo affirmarũt, Turcarum Cęſarem maxima damna accepiſſe, tum quod plurimi ex illius militib. cæſi igneariorumq; vi confecti ſunt, multi fame enecti: tum quod equorum, camelorumq; ingentem numerum amiſerit, tũ quod ſingulari virtute præditum Baſſam Ducem è Natalia, id eſt, minori Aſia, quod certis autoribus accepimus, pro Carinthiorum porta Ca-

Digitized by Google

ta Catapulta ignearia ictum deſiderarit. Cauſæ diſceſſus fuiſſe perhibentur, quod pro tanto exercitu commeatus non ſuppeditauerit, indeq; intolerabili fame vexatos hoſtes diutius durare nequiuiſſe, & quod cœli immitioris inclementiam appetente hyeme, molles Aſię gentes, & tranſmarini milites non ferendã experiebantur. Ianizeri pręcipue militiam diutius ferre recuſabant, etſi centũ in dies, ſingulis aſperi (ſic numi vocantur Turciaci argentei, qui ſinguli ſex noſtratib. id eſt, crucifero vno cum dimidio cõmutantur) numerentur: q̃q̃ negauerat ſeſe Cæſar à Viennæ oppugnatione, niſi vrbe capta diſceſſurum, etiam ſi tantum niuis cœlitus decideret, vt ad genu vſq; pertingat. Ad hæc, Turca pro comperto habebat Ferdinandum regem, iuſtum exercitum in Bohemia contraxiſſe: ab Imperio non cõtemnenda auxilia mitti, paratumq; prælio cũ eo decernere: & cum ſuos fame, laboribuſq; defatigatos ſentiret, cum recentib. congredi noluit, rectaq; fugienti ſimilis ad Albã vſq; properauit, magna pręda onuſtus. Tã lentum Turcæ diſceſsũ Duces, militiæ pręfecti, & à cõſiliis aliquãdiu ſuſpectũ habuere, in inſidiis alicubi aliquot millia ſubornata latere rati, inſtructa acie pro vrbe egreſſi, Iouis diem integrã armati conſtitere, cũq; hoſtis nullus cõpareret, iterũ ad vrbem ſeſe recepęrunt. 18. Octob. Fridericus ad Rhenũ Palat. vna cum reliquis principib. quos Crembſii per obſidionis pericula fuiſſe oſtendimus, Viennã venit. Haud ita multis poſt dieb. cum ab hoſte iam ſumi Dei ac bonorũ virtute ſecuri agerent ciues, grauior ab amicis terror obiicitur; Germani milites, & Imperii p̃cipue auxilia plus q̃ barbarica truculentia, iuris humani, diuiniq; obliti, hoſtilib. animis neglecta maiorũ diſciplina, indigniſſ. iniuriis cõtumeliiſq; ciues affecere. Nã quidã non contenti vina exhauſiſſe, in quo perdendo magis, q̃ hoſte arcendo occupati, ſic inebriabantur, vt cũ ad arma ſignũ daretur, alii arma vbi inuenirẽt, ignorarent, alii vacillantes ꝑ plateas offenderẽt: hoſpitium ſuorũ, etiam p̃ſentium, refractis ſeris, corruptis arcis, armariis, menſis, direptis, q̃ reliquę erant facultatib. animos ſuos manuſq; expleuerũt: nec dum illorũ libidini ſatisfactũ, vitra, fornaces, tabulas pictas cõminuerunt (tantũ non vitam miſeris ciuib⁹ eripuerunt) vina, carnes, panes, copioſe ſuppeditata, ac regis optimi benignitate gratuito cõdonata, nihil importunos animos flectebant. Nã 14. vexillorũ ab Imperio auxilia, 22. Oct. à prima luce vſq; ad veſperũ frequẽtes coiuere, cõuentuq; habito, triũ oppugnationũ ſtipẽdia, de *Vienna obſidio, 1529.*

more

Digitized by Google

Viennæ obſidio, 1529. more militari, flagitarunt, quæ niſi numerarentur, præſentem ducibus ac ciuibus cædem denunciabant, omnia deníque acerba minati Conradum Gozman, & Iacobum à Werdenau capitaneos per integram diem conuentui intereſſe coegerunt. Qui cum docerent, quam iniuſta eorum petita eſſent, ſi quid iure deberetur, ſeſe offerre aiebant, quos tandiu in vinculis ac cuſtodia ſeruent quoad ſatisfieret, ſimulque copioſe ad eos ac fortiter Eck à Reiſbach verba fecit, quum petenti libera, quę vellet dicendi copia facta eſſet. ſed nullius oratione, humanitate, admonitione, quicquam profectum, vno ore omnes ſublata voce, pecuniam flagitare, cædem, prædam minari. Quem tumultum grauiter ferebat inclytus Princeps Fridericus. atqui indomitum vulgus, niſi ſuæ libidini ſatisfieret, compeſci poſſe, deſperabat. quid facerent? de oppugnatione ſtipendium coactum, ac vi magis quam merito extortum vnum promiſerunt, ſed nondũ placati milites duob. ſupra dictis ducib. haſtas vndiquaq; intentarũt: Quoad inclinato iam die magni Michaelis vexillifer prolato ſigno progreſſus, Commilitones ait: Quicunque emeritis duobus ſtipendiis, & vno, oppugnationis gratia oblato contenti eſſe volunt, me ſequantur. Ægre hic à vexillifero cruentas manus abſtinuerunt: eum deinde per denſum circulum perrumpentem vexilliferi reliqui & anteſignani ſecuti conuentum dirimere. Quum porro imperii auxilia duobus emeritis ſtipendiis, item vno oppugnationis prætextu extorto diſſolutis deliniti eſſent: ecce ibi alia exoritur diſſenſio. Veterani milites, qui plures annos Duce Leonhardo à Vels in Hungaria militauerant, & Eckii à Reyſchbach imperio ſubiecti, quod debita ſtipendia non continuo, & ex ſententia numerabantur, ſe vrbẽ direpturos minati, propter tumultum magnus iterum metus ciues occupauerat: qui maturo ducum, militiæ præfectorum & conſiliariorum ſanoque conſilio diſcuſſus tandem conquieuit. Sic res vtrinque geſtas, breuiter quam veriſſime complexi ſumus, ne longa narratione hominum aures oneraremus. Deo ſane optimo maximoq; merito gratias agere debemus, qui immanẽ, efferatumq; tyrannum longius ſęuire vetuit: orareq; vt aduerſus incredulos nobis in fide vera conſentientibus animos roburq; miniſtret, quo ſimul ex hoſte crudeliſſimo victoriam ſimulq; pacem aliquando tandem reportemus.

De Ca-

De Caſtelli Noui, Dalmatiæ oppidi, direptione à Solimano Turcarum Imperatore facta, Anno M. D. XL. *Narratio, Chriſtophori Richeri ad Franciſcum Regem Galliæ.*

Caſtelli noui direptio, 1540.

SOLIMANVS Turca cum grauiter & iniquo animo ferret, Caſtellum nouum, quod oppidum Dalmatiæ eſt, ſibi nuper à Carolo Auſtrio Romanorum Imperatore ereptum fuiſſe: ſecumque cogitaret, quanti ſua intereſſet, id genus hoſtem in ſuum imperium pedem intruſiſſe, atq; altius figere conari: quanto porro vſui honoriq; foret, ſi eiecto è ſuis finibus hoſte, locum ipſe recepiſſet: id vnum inprimis inſtituerat, omnes ſumptus, vires, induſtriam in eiuſmodi expeditionem collocare. Quamobrem cum iam amplius eum animi cruciatum ferre non poſſet: conuocatis ad ſe ſuis Viziriis, id illis negotium communicat. Quibus cum explicaſſet dolorem, quem conceperat, valde magnum ex illata ſibi iniuria tum, cum Auſtrius eum locum occupaſſet: docuiſſetq;, quantum rerum ſuarum detrimentum periculumque ſuſtineret, amiſſo Caſtello nouo: cum in eius fundamenta prima tantum pecuniarum impendiſſet, in ſpem ſtatuendi illic firmiſſimi propugnaculi, ad prohibendos quorumlibet impetus, & diuturnum, imperium longa pace retinendum: quem tamen locum ſe de ſua ſpe deiecto, Carolus hoſtis poſſideret: & cum quotidie valido collocato præſidio, aduerſum ſe re frumentaria generiſque omnis commeatu muniret: illi tandem eius partim voluntate, partim rationibus adducti; mature habendos eſſe delectus, & manus terra marique exercitatiſſimas eo conducendas eſſe, cenſuerunt. Fuit in his Pręfectus eius maris, quod obnoxium Soleymanno eſt, Ænobarbus. Eum ipſe collaudatis omnium ſententiis, qui claſſem copiaſque deduceret, Legatum conſtituit: qui quidem pro ſuo in Soleymannum officio, rebus ad profectionem neceſſariis, qua potuit, diligentia, comparatis, nactus idoneam ad nauigandum tempeſtatem, ſoluit. Cęterum is ſecundis ventis in altum profectus, adeo maturat; vt breui admodum intermiſſo tempore, agmen eius primum, quod nauium erat circiter ſeptem & viginti, quibus Cifutem hominem re nauali clariſſimum præfecerat: ad tertium Idus Quinctilis, Anni à Chriſto nato milleſimi quingenteſimi triceſimi noni, Caſtello nouo propinquaret. Iactis anchoris, dum

Digitized by Google

Caſtelli noui direptio. 1540.

Ænobarbum minoribus itineribus ſubſequentem opperiuntur: poſtridie eius diei magna multitudo Turcarum, nihil ſuſpicata periculi, ſcaphis aquandi cauſa continentem petiit: & inermis ad fontem, qui ab oppido mille paſſus aberat, conſtitit. Ea re per exploratores cognita, quodque Turcæ ad fontem ſecurius ſeſe indiligentiusque haberent: oppidani iam antea futurę oppugnationis admoniti: totis copiis oppido erumpunt: hoſteſque ex improuiſo tanta ferocitate adoriuntur: vt cæteris in fugam datis, circiter quadringentos conciderint. Fuit hęc iniuria, durę oppugnationis initium. Quandoquidem nuntio ad Ænobarbum allato celocibus, tam noua repente animum eius perturbatio vindictæque cupiditas inuaſit; vt eodem ipſe quadriduo, quo Ciſutes eam cladem acceperat, cum centum & nonaginta nauium claſſe perueniret; & poſtero die ad obſidionem toto agmine prouolaret. Cuius aduentu oppidani conclamare intus omnes; concrepare armis; alii ad portas ſeſe opponere, alii propugnacula vallumque conſcendere; magna multitudo mœnia complere; ac certis cuſtodiis aditus obtinere: omnes ſic animo parati eſſe; vt hoſtem perrumpere conantem, ex ſuperiori loco facile ſe oppreſſuros non dubitarent. Contra Ænobarbus ne manipularem quidem exponebat: ſed inſtructa tantummodo claſſe, obnitentibus omni ex parte tormentis, præliabatur. Illi è diuerſo periculum impendere, ſi nauali ſolum exercitu oppidum inuaderet. Sed & ſe ibidem quoque eodem fere tempore ſtatuerunt Ballibeches, Ollambas, & Muſtaphas Sangiachi; quos Byzantio diſcedens Ænobarbus, terreſtribus copiis eo per Boſſynam deducendis prçfecerat: & ſingulos quindenis Ianizarorum millibus duces aſſignarat. Ad hunc prçterea numerum mandato eius acceſſerunt Molarchæ & Martelotæ ad triginta quinque millia; quos ſuis ipſe nauibus ad obſidionem deportarat. Quæ omnis aggregata multitudo cum fuiſſet: millium erat armatorum circiter octoginta. Caſtris igitur ad vrbis murum poſitis; circumiectoque totis mœnibus exercitu; Turcę indignantes, quod tantæ multitudinis conſpectũ tari hoſtes ferre poſſent; ſignum prælii quotidie expoſcebant. Ænobarbus autem dandum non putabat; quia magno detrimento, multorumque virorum fortium morte neceſſe eſſet, conſtare hanc victoriam. Sed vtilius eſſe arbitratus, vel dolo oppidum in poteſtatem redigere; vel neceſſitate aut pollicitis ad deditio-

Digitized by Google

ditionem cogere; ſuos rationibus conſolabatur; atque interim modum fraudis locique intercipiendi excogitabat. Cum vero nihil ea via proficeret, fecialem cum his mandatis paucisſimis ad Franciſcum Sarmientanum CAROLI Imperatoris Legatum mittit: Si oppidum in ditionem eius dedat, fore vt ipſe numeratis in ſingula capita denis aureis oppidanos nullo vitæ fortunarumque detrimento, oppido exire permittat: ſin, quod fore non arbitretur, oppidi expugnationem, exploratamque ſuam victoriam expectent: nulli ſe omnino neque ſexui, neque ætati veniam daturum. Sarmientanus ad hęc poſtulata, pauca reſpondit; ſibi ſuisque auro nihil opus eſſe; quo ſi egeant, opulenti ac liberalis eſſe Imperatoris ſtipendiarios; qui omnem è veſtigio nummorum penuriam ſua munificentia ſubleuet. Fide porro obſtrictum ſe eſſe, nemini vnquam eius loci, præſidiique deditionem facturum; niſi Carolo Imperatori, qui illo iure belli, potitur. Qui quidem ſi oppidum Soleymanno vna manu dedendum mandet; ſe quoque ambabus idipſum protinus dediturum: Omnem alioqui vim iniuriamque pro defenſione eius fortiſsime laturum. Audacius ideo reſpondit; quod ſecum fortunam belli quamlibet tentaturos, ſciebat Lazarum Albanum, eum qui expedito equitatui præerat, Ioannem Boſchaynum, Machinum Mongianum, Roſcium, Sanzam Frianum, Oliuerium, Burgundionem, Mandozam, Lodoicum Sandalium, Arianum, & Maſcheſſam, Germanos atque Hiſpanos: homines ſtrenuos, magnaque virtute: quos CAROLVS probatis eorum animis peritiaque militari, ſingulos ſingulis veteranorum militum cohortibus præfecerat. Neque dubitabat, quin facile ipſi cum ſuis Hiſpanis ac Germanis, qui millia erant plus minus quatuor armata, hoſtes prohibere, & oppidum ab expugnatione vindicare poſſent: tantum ſpei ac fiduciæ in virtute præfectorum, ſtudiiſque militum collocarat. Talibus reſponſis accenſus Ænobarbus, repente ipſe ex naui egreditur in continentem: atque extemplo mœnia circumire: & locum turribus & caſtellis conſtituendis, in quibus tormenta collocaret, & vnde expugnationem moliretur, oppidanosue ad deditionem compelleret, deligere cœpit.

Caſtelli noui direptio, 1540.

Sed non alienum fuerit in præſentia, ſitum faciemque oppidi deſcribere. Ipſum quantum quantum eſt, in Catari ſinus

Digitized by Google

Caſtellinoui direptio. 1540.

fauces incumbit. Habet ab Epidauro, quod vulgo Raguſium dicunt, paſſuum millia circiter quinque & viginti: totidemque pene à Cataro. Facie vero cùm oblonga ſit: ipſo mari in lumbos eius primum aliquatenus influente: tum deinde in ſeſe, quaſi extremorum alteri cedere velit, reflexo, magna ex parte circumducitur. Quod de toto ſupereſt; ad varios quoquouerſum colles pertinet: & muro iuſtæ altitudinis, ac propugnaculo in extremi vtriusque fronte ſito, præmunitur. Ænobarbus iis diligenter confectis rebus, claſſe machinas murales octoginta deportari in aridum iubet: quas omnes hunc in modum, aduerſus murum inſtruit: à Diua Veneranda longe à continenti paſſibus plus minus quingentis triginta duę obnitebantur: quarum binæ, quas Baſilicas appellant, octonis rotis fultę obſidebant: à propugnaculo ſuperiore aliæ ab his viginti vrgebant; à ſalinis triginta aliæ. Inſtructa id genus obſidione, ab omnibus oppidi partibus oppugnationem aggreditur. Ad quam ipſe propoſito vexillo felicius auſpicandam, ita ſe comparabat: de multa adhuc nocte quotidie ex nauibus egreſſus in caſtra procedebat: & nunc munitiones adire: nunc tormentis ſingulis adſtare: modo in equitatu eſſe: modo pedeſtres copias inuiſere; ſingulos appellare ac cohortari; omnibus animum pugnandi facere; nihil quod ad fortiſſimi Imperatoris munus pertineret omittere: neque prius illinc abire, quam pro ſe quenque in conſpectu ſuo egregiam aliquam operam nauaſſe vidiſſet. Quod Sangiachi cum animaduerterent; haud ignari periculorum, quę ipſe quotidie ſubibat; multis cum eo precibus agebant: ne poſtea tantam ſui copiam hoſtibus faceret. Quare vt ſe id muneris obire permitteret: meminiſſetque iacturæ, quam in eius cæde Soleymannus caperet, quandoquidem vno ipſo ſublato, nullis rationibus teneri exercitus poſſet; quin ſe præceps in fugam daret.

Cęterum non eſſe quod prodeat, oppidum eſſe expugnatum facile: defenſores intus paucos, oppugnatores foris innumeros; eſſe denique in manibus victoriam. Ad quam orationem: Si (aiebat) eo ſum fato, vt in iſta mihi obſidione cadendum ſit: num curæ eſſe debet, modo id, an ſero contingat: gladio an tormento, humi an medio in mari inteream? Quendam porro nomine Iudæum caſtello, quod ab occaſu eminebat, præfecerat;

eximiæ

eximiæ virtutis prudentiæque hominem: qui ne machinis quidem ignem admouere, aut etiam viliſſimi cuiuſque calonis partes ſubire verebatur. Dum ita ex omnibus oppidi partibus Turcæ inſtant; oppidani nihilominus forti paratoque animo reſiſtunt. Et nunc lapides ac ligna de muro in aſcendentes deiiciebant: nunc faces pice ac ſulphure illitas, ardentes, in hoſtium manum, qua confertiſſimos videbant, eminus iaculabantur: eodemque tempore ex multis partibus eruptiones facere; atque milites in aggere apparando, ſtabiliendiſue turribus, aut in muro ſuperando, ſubleuandiſque commilitonibus occupatos adoriri. Sed nimis eorũ virtuti atq; animis aduerſabatur militum numerus; qui cum pauci ſemper extitiſſent, etiam quotidie partim quod eiuſmodi eruptionibus multi interirent; partim quod tormentorum crebris ictibus non pauci exanimarentur, rareſcebant. In his difficultatibus ecce ad nonum Calendas Sextileis onerariæ naues duæ idonea tempeſtate delatæ, Caſtello nouo appropinquant. Eas oppidani, quod Aquilam Romani Imperatoris inſigne præferrent, ſibi à Carolo in ſubſidium miſſas, hominumque intus aliquot eſſe millia, quæ in oppidum ſummitterentur, arbitrati, crebrò ad ſignificandam lætitiam machinarum ſtrepitu geſtire incipiunt. Verum hæ Epidauricæ naues erant: quæ Turcis commeatum materiamque tabulatis munitionum conficiendis neceſſariam deuehebant, Calendarum Sextilium dies octauus diuo Iacobo ſacer, multo crudelioris quam ante, terra, marique oppugnationis auctor fuit. Ab eo ſiquidem die ad octauum Idus Sextileis machinæ murum ferire non deſtiterunt. Atque eo quidem interuallo nouem miſſilium pilarum millia, & octingentas ab his expreſſas fuiſſe prædicant. Qua quidem ferocitate ac pertinacia commotus Sarmientanus; ſuorum etiam cum innumeris pugnantium adductus paucitate: nec non cæde multorum atque vrbis dilapidatione: cum porro ſibi ac ſociis nihil præter mortem aut deditionem, quam & feram & iniquam fore intelligebat, relictam eſſe intueretur; indicto extemporali concilio, ſingulos cohortari cæpit, ac ſuadere: vti primum cum Deo Opt. Maximo, in gratiam redeant: deinde Chriſti in crucem acti prolato ſigno totum oppidum luſtrent: præterea vt implorato eius auxilio, ſignoque ipſius hoſtibus propoſito, murum confidenter tueantur. Huic orationi cum probe obtemperatum eſſe iudicaſſent: certatim omnes pro aris & focis eo die mortem oppe-

Caſtelli noui direptio, 1540.

Digitized by Google

Caſtelli noui direptio. 1540.

tituri, portis erumpunt: deque improuiſo hoſtes adoriuntur. Ibi exiguo quidem tempore, ſed tanta animorum alacritate pugnatum eſt: vt ipſi prima eruptione pulſis perturbatiſque hoſtibus, paulatim vero, vt quiſque commode ſibi præſcripſerat, ad ſigna ſe atque ordines accommodantibus: peneque iam redintegratis: cæſis tamen illorum circiter quatuor millibus recipere ſeſe, oppidoque claudere potuerint. Iduum ſexto die creſcentib' ſemper conatibus Turcarum; viribus oppidanorum ſenſim cadentibus, manipulares duo ſalutem defectione quæſituri; clam ad Ænobarbum transfugiunt. Ex iis quo in ſtatu oppidi res eſſent, qui nouus metus, quę omnium rerum deſperatio ſingulos inuaſiſſet, cognoſcit. Præterea armatos intus pauciſſimos eſſe; cæteros aut ſuperiore pugna, muralibuſve pilis, vt ex omnibus oppidi partibus aſſidue torquebantur, traiectos languere; aut omnino iiſdem caſibus exanimatos concidiſſe. Caſtelli porro ſuperioris pſidium initio ſeptingentorum decem ppugnatorum fuiſſe, de eo numero triginta ſolum periculo ſupereſſe. His reb. cognitis Ænobarbus ſummo ſtudio ſuorũ oppugnationem deintegro molitur. ea cæpit multa iam nocte ſub ſecundam vigiliam atq; in craſtinum vſq; ad horam diei, qui quartus erat Iduum Sextilium, quartã traducta eſt. Eo ipſo tempore ad murum portaſq; oppidi tanta vtrinq; pertinacia pugnatum eſt: vt oppidani plurimis hoſtium eorum, qui primi murum aſcenderant, circumuentis, interfectis, de muro pcipitatis; ſed, occiſorum in locum nouis ſemper ſuccedentibus, machinarum terra mariq; cõtinuo in ſe impetu perterriti; & iniqua numero contentione, ac ſpatio pugnæ defatigati; ad vltimum, cum iam recentes atq; integros non ſuſtinerent, irruptionem loco moti hoſtibus permitterent. Quos cum toto vndiq; muro circumfundi viderent; ex vallo vniuerſi deſiliunt; atq; in forum perturbati coeunt. Quo in loco animus quidem erat cuneatim cõſiſtere, vt ſe contrauenientibus, acie inſtructa opponerent: ſed dum miſeri in eam rem incumbunt: Turci eos ab omni latere circumuenire, aggredi, ferire: his illi paulatim cedendo reſiſtere: hos telis remorari, hos, vt cuique feriendi poteſtas fiebat, referire. Poſtremo tãtam vtrique alteris cladem inferre; vt nihil in iis nõ cruentum difflueret. Sed cũ Turcæ omni ex parte puolantes raras hoſtium reliquias, oppreſſum irent, Sarmientanus veritus, ne omnino fugere nõ liceret: denuo receptui canit: ac deorſum in propugnaculũ inferius decurrendum

rendum

Digitized by Google

rendum eſſe ſignificat. Quo cum ipſe vna cũ Lazaro & Maſcheſſa & Ioanne Boſchaino, paucíſq; ſuperſtitibus p̃fectis, ac manipularibus cõtinenti impetu decurreret: pars acceptis antea vulnerib. ſegnior; pars metu nimio, quo eundum eſſet, neſcia, hoſtilibus gladiis excipitur. Ad extremũ, ex omni eo numero, qui oppugnationis initio fuit, circiter quatuor millium, ſolus ipſe Sarmientanus cum iis, quos dixi, p̃fectis & oppidanis, plus minus trecentis, ꝓpugnaculum incolumis occupauit. Victores interea prædę ſtudere: quarumlibet ædium fores frangere: penetralia quæq; ſubire nihil non intus euoluere: omnem hominem, ſi quem latentem reperiſſent, in ſeruitutẽ abſtrahere: ſacris minus, quam prophanis abſtinere: nummos, ſtragula, ſigna, ſupellectilem, munitiones, omnia quæ aſportari poſſent, diripere; cętera incendio conſumere. Sarmientanus capto direptoq; oppido, cum propter machinarum rerumq; omnium penuriam, diutius cum ſe locum tueri non poſſe cerneret; & Ianizaros, inſtare, ac miſeros ad cædẽ cruciatuſq; poſcere exaudiret. deſperatis reb⁹ Ænobarbo, apud quẽ aliquam eſſe miſericordiam credebat, deditionem facit. Ianizari nihilominus & Molarchæ cæde ſuorum præterita, difficultateq; expugnationis incenſi, cum ne mulieribus quidem atq; infantibus, & ætate confectis, irrumpentes peperciſſent; haud adhuc manibus ſuorum ſatis parẽtatum eſſe arbitrati; niſi omneis hoſtium copias extinxiſſent; dedititios quoq; ad libidinem ſuam ſibi tradi oportere fremebant. Verum Ænobarbus cõcedendũ non putat. Sed ꝙ remigum ſumma inopia laboraret; vulgus dedititiorũ in triremes fame vinculiſq; excruciandum dedit. Sarmientanum vero Legatum, & Lazarum expeditorum præfectum, cum paucis aliis vinctoſ ad Soleymannum, vt ſuæ virtutis atque induſtriæ ſpecimen amandat. *Caſtelli noui direptio, 1540.*

De capta Buda à Solimanno Turcarum Imperatore, anno M. D. X L I I.
Narratio breuis, Auctore Ioanne Sleidano.

QVo tempore Carolus V. Cæſar imperii conuentum agebat Ratisbonæ: eodem tempore Ferdinandus Rex Budam, primariam Pannoniæ vrbem, obſidet & oppugnat: in qua tunc erat Vayuodę Ioannis vxor vidua cum filiolo Stephano. Tutores autem infantis & regni proceres Turcicum auxilium implorauerant. Legatum ergo Turca mittit cum copiis, quæ menſe Iulio Budam venerunt: ipſe deinde Solimannus cum reliquo exercitu non multo poſt eo venit.

Itaque

Digitized by Google

Buda capta, 1542. Itaque à Ferdinando miſſi reiecti, Germani, Boemi, Morani; relicta obſidione, & ingenti accepta clade; Pæſto etiam amiſſo, quod eſt oppidum contra Budam: reliqui fuga ſalutem ſibi quærunt. Turca ſub exitum Auguſti munera mittit infanti Stephano: veſtes auro textas, & equos valde ſpecioſos: ac matri nunciat, cupere ſe puerum videre: petit vt in caſtra ſibi mittat. Mulier perterrefacta, cum aliud non poſſet, hortatu procerum mittit vna cum nutrice, comitatum turba nobilium: Ille perhumaniter excipit: ac deinde per ſuos Reginæ conſiliariis oſtendit, velle ſibi Budam tradi: nam ipſos non illam poſſe ab hoſte defendere, & ſibi ſubinde huc redeundum eſſe cum exercitu: quod valde ſit & moleſtum & ſumptuoſum: Itaque multò præſtare, vt ipſe teneat. Hi de ſuo periculo ſoliciti dum muſſant: è veſtigio Ianizarorum Præfecto negotium datur vrbis occupandæ: neque prius ad matrem Reginam miſſus eſt filius, quam re perfecta. Cum iam vrbem tenerent, & ciues omnes exarmaſſent, arcem quoque ſibi tradi poſtulant: in qua Regina tunc erat. Eam Turca iubet interim per internuncios animo eſſe præſenti: & Tranſyluaniam ei atque filiolo concedit. Cum igitur Regina, omni conquiſita ſupellectile, tumultuarie abiiſſet, à Præfectis & à milite barbaro deducta: Budam Solimannus cum duobus filiis venit, Septembris die ſecundo: & templum ingreſſus expiatum, actiſque gratiis Deo ſuo, propter rem bene geſtam, in caſtra reuertit: & relictis Budæ Pæſtique præſidiis, reliquum exercitum domum reducit: & in itinere Laſcum dimittit, quem propter Legatos regis Galliæ interceptos, Belgradi captiuum reliquerat, Budam proficiſcens. Rebus ita male geſtis, & amiſſa Buda, Ferdinandus Rex ordinum ſuorum agit conuentus Pragæ, Bohemorum vrbe præcipua. Poſt & accepta per Vngariam clade, conuentum Cæſar indicit ordinum Spiræ per Ferdinandum regem, quem ſuo loco præſidere iubet. Vbi conuentum eſt, quod fuit die nona menſis Februarii, Ferdinandus rex de more proponit: Quanta fuerit huc vſque diligentia Cæſaris, vt & religio componeretur, & reliquæ partes Reipublicæ conſtituerentur, omnibus conſtare: cum vero diſſidium hoc ſuperiori conuentu non poſſet integre conciliari: grauiſſimis de cauſis è Germania Cæſarem eſſe profectum in Italiam: & de concilio, deque Turcico bello cum Pontifice collocutum, eo rem deduxiſſe tandem: vt Pontifex ad hunc imperii conuentum legationem ſe miſſurum diceret: in Afri-

Digitized by Google

Africam eſſe deinde cum claſſe profectum: vt Argiera vrbe capta, quam hoſtes tenebant, & vnde plurimum impendebat Hiſpaniæ cęteriſque prouinciis incommodi, iuſtum auxilium poſſet a ſuis aduerſus Turcam, ſublato periculo nimirum, & ora maritima pacata, conſequi: ſed cum tempeſtate detentus, quod voluit, perficere non poſſet, in Hiſpaniam reuertiſſe; vt ad bellum Turcicum terra marique gerendum denuo ſeſe compararet. Et quia primariam vrbem Pannoniæ Budam, & huic oppoſitum oppidum Pæſtum Turca nuper occuparit, præſidiiſque muniuerit, hunc indixiſſe conuentum vt de ſumma rei deliberetur. Turcam enim iis locis omnia reliquiſſe tormenta, quæ vel adduxerat ipſe, vel noſtris ademerat: neque dubium eſſe, quin per æſtatem ſit rediturus: vt non ſolum, quod in Hungaria reliquum eſt, capiat: verum etiam Germaniæ finitimas prouincias omnes inuadat. Etenim capta Buda, cæteriſque clauſtris viarum patefactis, nihil eſſe iam quod ipſum remoretur aut diſtineat. His igitur tantis tamque neceſſariis de rebus conferenda nunc eſſe conſilia: quibus ipſe quidem Cæſar intereſſe vellet: cum autem excluſus tempore non poſſit, munus hoc ſibi delegaſſe: & licet ſuæ regionis ſtatus præſentiam ſuam inprimis requirat, noluiſſe tamen ſe deeſſe Reipublicæ. His ita commemoratis, quid Auſtriaci, quid Hungari, quid Bohemi & iis adiuncti populi, quid etiam ſuæ ditionis Eccleſiaſtici collaturi ſint in hoc bellum, exponit, & vt idem ipſi faciant, hortatur: nam in omnium oculis verſari periculum, & eam nunc eſſe rerum conditionem, vt aut reiiciendus & ex Hungaria ſit expellendus hoſtis: aut extrema ſit omnibus expectanda, pauloque poſt ſubeunda calamitas. Buda capta, 1542.

Tunc igitur re in Senatu Imperii communiter deliberata auxilia decreta fuerunt, & exercitus comparari iuſſus: qui Ferdinandi regis copiis adiutus & auctus, vim Turcicam ſuſtinere poſſet, & amiſſa recuperare: Summæ rerum præficitur de communi conſilio, deque Cæſaris etiam voluntate, Ioachimus Brandeburgicus Elector: qui Spira ſtatim profectus, ad viam ſeſe parat. Huius autem belli cauſa, viritim fuit collecta pecunia per omnem Germaniam: & magiſtratui permiſſum, vt ſuis hoc nomine tributum imperarent: ſolicitandos etiam Heluetios alioſque Reges, Danum inprimis & Italos, de auxiliis placuit: adhæc, vt pacem omnes colant,

Digitized by Google

Budæ ca-ptæ an. 41.

nec vllum intra fines Imperii motum excitent, decretum fuit. Exercitus vero imperii, vt in comitiis decretum erat, communibus Germaniæ totius auxiliis & impenſis, menſe Iunio in Hungariam ductus eſt ab Electore: Sed cum negligenter bellum adminiſtraretur; tandem irrito conatu Paſti oppugnatione deſerta, exercitus tanto ſumptu & expectatione totius Europę collectus, re prorſus infecta rediit.

Sic nimirum Budæ & Pæſti dominus factus Turcarum tyrannus ſuo hactenus premit imperio: non ita multo poſt quoque Quinqueccleſiarum oppido, & vrbe Strigonio, Albaque Regali expugnata.

[Cæterum Budæ vrbis & Pæſti obſidionem à Ferdinando Rege, ſuo & imperii Romani nomine, ſuſceptam, & quomodo ea à Turcis occupata ac defenſa ſit, prolixe deſcripſit Paulus Iouius libro 39. & libro 42. Hiſtoriarum ſui temporis: vnde ea huc deſcribi recte poterunt.]

Rerum ad Agriam anno M. D. LII. *geſtarum Narratio, Auctore Ioanne Sambuco.*

FERDINANDVS Rex anno M. D. XLVIII. Agriam in ſuam fidem ac tutelam à Perenii obitu receptam (quam poſt Nicolaus Salmenſium Comes Czrabragio, Lewa, Zythna, Murano à malæ fidei poſſeſſoribus aſſertis, à nouis ſtudiis purgarat, ibidemque peſte obierat anno L.) cum non ſatis munitam præſidio neceſſariiſque edoctus eſſet: procuratorem arcis conſtituit: & ſi vſus poſceret, eundem omnis defenſionis artificem atque adminiculum, Stephanum Dobo de Ruſca, vi animi & promtitudine admirandum, probatiſſimiſque facinoribus nobilem. Collega huic adiungitur Franciſcus Zay, & ipſe longa experientia & conſiliis vir clarus. Anno ſequenti, nomine ſacerdotii dignitatiſque religionis, eum ipſum locum Nicolaus Olahus, paulo ante Zagrabiæ epiſcopus, rite conſecutus eſt. Itaque vt omnia expeditiora eſſent, ſalutariuſque præfectorum vigeret accuratio: anno L. ſupra M. D. à conſtitutis cuſtodiæ ducibus fide iureiurandoque accepto, pollicentur Regi, Præſuli, vniuerſoque orbi Chriſtiano: ſi immineret hoſtis quando ipſorum tutelæ inſidiarique velle videretur: inuictam

Digitized by Google

ctam ſe virtutem proſpere conſtantiſſimeque daturos. Haud multo poſt. Agrienſes de mandato Regis ad Zolnock profecti, eam eripiunt: quo loco hoſtibus ademto, beneque armato Franciſcum Zay cum auctoritate impoſuerunt: Qui vir quem ſe præbuerit, omnes libenter agnoſcunt: Ferdinandus etiam legatione illi cum Antonio Verancio ad Solymannum tutiſſime commiſſa, non diffitetur. *Res ad Agriam geſta 1552.*

Eo ipſo ex Agria tranſportato, Olahus Antiſtes ipſi Doboni Stephanum Meczkey addidit, animo inexpugnabili, & multis præliis hominem clarum: erga quem ſe fortuna tamen poſtea iniquius geſſit: quo iſti duo mutuam & vicariam ſibi adminiſtrandi operam traderent: idcircoque iuſiurandum ab iiſdem exactum: quo religioſe depoſito, viciſſim illi omni ſe ope atque ſubſidio ſine exceptione affore, multis promiſerunt. Et quando ipſo loco & circumſtantiis cognitis, melius res geſtæ annotari queant: operæprecium fecero, ſi omnem Agriæ ſitum quam breuiſſime recitaro: vt quid quoque in loco ſit factum, ſine mora intelligatur. Mons quidam eſt, in cuius latere accliui, ſed eo ſuſpecto & inſidioſo, inque profundam vallem vergenti à D. Stephano, vt fertur, velut applicata cernitur Agria. A Septentrione ſedes regia obiicitur: ab Ortu montem habet altum editiſſimum: cuius de ſummo liber in arcem patet proſpectus. Exitus & ingreſſus Oceanum verſus: ad Meridiem amœniſſimus campus viſitur. Ab eadem plaga oppidum in valle conſtitutum: præſeptum illud ac munitum tectorio ex argilla facto: vbi fluuiolus Agria dictus, haud lento curſu per medium fertur.

Templum vero primatu epiſcopatus nobile, Occaſum ſpectat. Cæterum arx ipſa cum alias ſemper, tum vero reiecta feliciter obſidione, nunc magis innotuit: poſtquam à paucis annis munitiones atque ornamenta inſignia recepit. Etenim à meridie ingens propugnaculum, vicinaque illi Thomæ Varcocz porta ſe oſtentat: adeoque infeſtiorem hoſtibus, propinqua ſibi Occidentem verſus turri, comminatur. Nec parum præſidii obſeſſis in propugnaculo, quod ibidem Dobo exædificarat, conſtitutum fuiſſe videtur.

Intra hoc operæ craticeæ ad vſq; inſignem iam dictam molem perductæ. Interiecta his foſſa humilis, atque etiam prope ſepta portę

Res ad Agriam geſta, 1552.

congeſtus tumulus, irruptioni hoſtium oppoſitus: in cuius vertice crates terra completæ, ac tormentis ad diſturbandum hoſtem quoquo verſus diſpoſitæ apparent. Poſt hæc alius quidam agger olim excitatus inter Septentrionem & Meridiem prominet. Videas etiam gerras in tectis, ac pluteos ipſius arcis, eiuſque angulo erectos: hæcq; ſepibus artificioſe obducta. Haud procul ab his, paulo tamen interius ad angulum, de ſilice præmunitio conſtructa, quæ in Septentrionem porrigitur, vbi carcer eſt: ſtatim magnifica quæque ædificia Auſtrum intuentia ſeſe offerunt: Sub quibus remotior ille murus, qui proxime ſepibus magnis excipitur: item alius in exitu palatiorum ſubeſt: qui ipſe Alexandri propugnaculo terminatur. Porro autem recens memoria tenet, Petrum Perenii hanc arcem in duas diuiſiſſe partes: interiorem & exteriorem. In illa cœnobium incluſiſſe, atque cuſtodiam facinoroſorum in propugnaculum redegiſſe: ab exteriore arce ad dictum modo locum aggeres eundem eieciſſe: qui bombardis in tres plagas directis repleti, plurimum ad arcendum hoſtem profuere. In ſanctuario ibidem ſtatiua multorum erant: ſiquidem aliquot tabulatorum turres conſtructæ ſuperius, ac mole completæ, conſpiciebantur: inſuper vt omni incurſu irruentes prohiberentur, gerræ ac viminea completa tormentis exſtabant. Adiacet his pendula porta, quæ in arcem exteriorem defert. Ab hac rectus murus (de quo paulo ante) ad angulum vſque pertinens, terra ingeſta ad proiecturas plenus & coronas vſque oſtenditur. Ibidem tumulus murum exæquans adiectus: qui & ipſe textis & corbibus emunitus eſt: cuius faſtigium obſeptum, ne ex monte conſpectus in arcem daretur, multum depugnationem adiuuit. Deinde à mole Alexandrina ad vſque angulum, extra muros foſſa eſt altiſſima, pari cum muro longitudine. Iſtinc rurſum alius ſine ambagibus intermiſſus, ad magnam extenditur portam: in cuius extremo turricula quædam velut latens conquieſcit. Hic eſt ſitus arcis interioris: nunc alterius quoque formam paucis indicemus. Hæc Alexandrinum, adeoque murum interpoſitum ab Auſtro aſpicit: foſſa etiam, quæ communis intercedebat, exteriore ipſa arce concluditur: vbi propugnaculum à Stephano Cyaby factum eſt: qui diuiſionem arcis hanc à Perenio perfectam inſtituerat. Apud Cyabianum, paulum ad Occaſum, angulus alter procedit: qui palatio muri exterioris loco venit. Ab eodem Cyabiano tenuis murus ad latus montis excurrit:

in cuius angulo turris rotunda exiſtit, inędificata illa, & graui materia ſolida. Cæterum Emericus Bebek penes alterum murum peculiare propugnaculum fieri curauerat: quod ipſum tandem nomen etiam ab auctore ſumpſit. Atq; ita in excedentes duos angulos huius arcis finis deſinit. Mox refer pedem à Bebeckiano, ad ingentem veteris portæ molem, vbi inualidus cernitur murus. Supra quem lapidea turris locata: ſub qua olim Ianiculum fuit: hodie quoq; fœno & ſimilibus importandis commodum. Paulo inferius penes angulum alius ruinoſus quidam murus in meridiem tendit: qui vbi ad inferiorem ſeceſſit arcem, foſſam impedit: quod tenuis murus ſecretæ arcis habet foſſam perangustam, intus à Cyabino ad pręfatum angulum vſq; productam. Hic duplicato vimine ſepes ſunt iunctæ: quibus terra ſummo conatu & vi completis, minutas turres ad arcendos hoſtium globos, ſi pręeminens murus deturbatus fuiſſet, adiecere. Eãdem rationem communitionis in propugnaculo portæ cogitandũ: inter murum ſcilicet ac ſepes foſſam currere ampliſſimam, eamque crebro interceptam, ac turriculis ad tormentorum opus exſtructis firmatam. Ad ſummam nihil defuiſſe, quod ad munimenta attinet, credẽdum: quod præſertim ſepibus denſis, & varie decuſſatimq; effictis, bene tuta loca fuerint. Atque hæc de omni ſitu arcis & communitione ſufficiant. Subinde dicendum de præfectorum cura & ſolicitudine: qua ſe ad excipiendam obſidionem ſuosque comparabant. Etenim haud parum ſæpe, non tantum rumuſculis, ſed certo ſermone ferebatur, excurſiones luctuoſas fieri: infeſtari paſſim agros, & munitiſſima quæque loca expugnari: conſternatos multorũ animos, atque ſerio ad occupandam vniuerſam Vngariam Tyrannũ incumbere. Augebat famam fortiſſimi herois Stephani Loſoncii interitus: non minus Lippę, Solymos, Chynadinæ arcis ſubita & inſueta quoque amiſſione perculſi: vt cuncta minari obſidionem videres præſentem. Id enim temporis, quo ſolicitius Agrienſes afficiebantur, Amhat Baſſa cum Beglerbego & ipſo Caſſon intra fluuium Themes quietus ſe continebat. Cis Tibiſcum autem & vltra Danubium Aly Baſſa Budenſis conſederat: vt meditatum aliquid facile animaduerterent. Nam Budenſis Veſprimio capto, & mox traiecto Danubio, ſimiliter locis ſibi ſuſpectis, aliiſq; ademptis, quaſi victoriam proſecuturus, Budam reuiſit. Ferdinandus tot detrimentis paſſim acceptis, metuque maiorum, rebus communiter occurrere volens,

Res ad Agriam geſta 1552.

Digitized by Google

Res ad Agriam geſta 1552.

haud exiguis ex tempore copiis, Matthiam Theiſſ: præponit. Verum hunc non ſatis cautum Aly Baſſa ad Palaſtum cum Sforzia, præſuleque Sbardellato, vna cum exercitu paratiſſimo, circumuenit, & miſere cecidit. Quo ſucceſſu non ſperato, ille de Agria conſilium captat: quod nuſquam vlla manus aduerſaria eſſet relicta: cuius auxilio niti ad reſiſtendum Chriſtiani poſſent. De quo Agrienſes per certos homines ſtatim admoniti, armare ſe, & ad obſidionem omnia prouidere: vtque auerti iugum poſſit, vel ſi caput deuocandum in periculum foret, cogitat: ſed amplitudine loci, & præſidii tenuitate conſiderata, nuncios ad Regem mature expediunt: non ſecus ad Præſulem ſuum, & alios regni proceres: qui celeri auxilio eſſe opus, ſe vix ad tutandam Agriam ſuffecturos, edoceant.

Per eoſdem dies conuentus de more in Sixo ex diœceſibus vicinis cogitur: vt, ſi ſe ſuosq; agros, totam adeo patriam, ſaluos cupiant, conſultationem de rebus imminentibus ſanam ac maturam ſuſcipiant. Id enim ſedulo eos Stephanus Meczkey hortabatur, ſed valde inepte tanto viro, & quod exacerbare quemuis facile poſſit, reſponſum fuit: non debuiſſe quenquam in ſummo ocio cuſtodiam arcis in ſe recipere, dubiis qui temporibus ingenio & viribus ſuis diffideret: atque ſe nihil aliud conſulere, quam vt, iuxta prouerbium, deuoratis carnibus, ius etiam abſorbeatur. Quo audito Stephanus vehementer commotus, ſatis contumelioſa ſententia ſibi reſponſum ratus, domum reuertitur: ac ſociis vanam legationem, quemque vicini animum induerint, cum dolore breuiter exponit: eoque eſſe rem loco, vt ſoli Deo ſit fidendum: ſerum nimis fore auxilium, q. expetiuerint: quamuis poſtea mediocriter à conuentibus illarum partium de mandato Regis fuerint adiuti. In hoc rerum ſtatu, & non paruo metu, & negligentia amicorum, dum à Rege nuncii dimittantur, quos iterum ac tertio iam obſeſſi remiſerant, ipſi ex iis, quę ditionis ac iuris erant Agriæ, quod poſſunt, ſeſe comparant. Namque ex prouentibus annuis certos habebant equites CC. totidemque pedites: quibus tum neceſſario LXXX. conſcriptos addidere. Dimittunt quoquo verſus aliquot ex præcipuis cum mandatis: vt qui ditionis ſunt Agriæ, comparata ſupellectile, ſe in arcem conferant: inſtare periculum, quod illi facile perſuaſerunt: vtq; XL. equites Agriam venirent, pagani

gani officiales, vt vocant, perfecerunt: inſuper de colonis centum cum bombardis. Interea Rex amanter & benigne literis ſcriptis, præſides conſolatur: omniq; celeritate ac viribus propediem illis ſe affore pollicetur. Cuius animi vt ſignificationem prębere, Caſparo Peteu, Stephano Zoltay equitum ductori, & Gregorio Bornemiſſę plane imperat: vt extemplo ſe Agriam conferant: fidem iſtic & fortitudinem rebus arduis declarent: quod illi manipulis quibuſdam ſecum adductis, non moleſte fecerunt. Etenim Bornemiſſa CCL. pedites conquiſiuit: Peteu XV. equites, totidemque promptos Zoltay. Neq; ſecus Rex ad omnes illarum regionum conuentus cum mandati ſcribit: vt ratione capitis ac fortunarum habita, quodcunque poſſent, ad Agriæ defenſionem conuerterent. Hoc modo breui contractis vndique militibus, prędidio firmata non paruo Agria fuit. Conſtat enim ex comitatibus circumiectis, & nobilitate attributos fuiſſe equitum ac peditum ad MD: vt in vniuerſum mille nongenti & ſexaginta fuerint: de quibus tamen quīdam ſe poſtea clam ſubduxerant. Sed Principes, & qui cum auctoritate aliis anteibant, & quorum induſtria & ingenio militari potiſſimum res adminiſtrabantur, fuere, Stephanus Dobo, vir inexpugnabili fortitudine: Stephanus Meczkey in bello manu potens: poſtea Caſpar Peteu vir laudatus: quartus Stephanus Zoltay arte ac belli caſibus eruditus: quintus Gregorius Deak arduis in pugnis ſæpe iam perſpectus: deinde Ioannes Figedy, experientia & conſilio præclarus. Fuerunt & alii innumeri, licet dignitate inferiores, tamen virtute & auſis pariter celebres: qui partim ducum illorum vices gerebant: partim ſua ſorte contenti, rem non minus ſtrenue geſſere: quorum hic nomina referre non neceſſarium duco. Ac quoniam ad obſidionem ſuſtinendam multa requiruntur: prudenter ipſe Dobo chirurgos XIII. accerſit, materiarios V. fabros ferrarios IIII. carpentarios totidem, molitores IX. laniones VIII. Iudices pagani quoque LXXV. ſelectos de plebe ſecum adduxerant: Eodem in tutum mulieres XL. cum liberis confugerant, quę panes cum aliis conficerent. Dum hæc à noſtris ita procurantur: Aly Baſſa literas mittit ad Amhat Baſſam, & Begler Begum: quibus indicat, multum impedire Zolnok & Agriam ad potiundum tota Vngaria: ſe igitur, vt poſthac nihil victoriam moretur, eas circumuenturum: &, ſi paulum adnitatur, expu-

Rex ad Agriam geſta, 1552.

Digitized by Google

Res ad Agriam geſta 1552.

expugnaturum: quod exploratum haberet, fuſo nuper exercitu regio, nullius aſſore ſubſidium, quo res Chriſtiana ſubleuetur. Igitur obſidet Zolnok, arcem non ita pridem ad vim ſuſtinendam conſtructam: quo etiam Amhat occurrit: horum multitudini facile noſtri ceſſere: vacuamque arcem IV. Septembris deſerunt: ſatius fore omnes rati, ſi in Agria, vnde totius regni ſalus penderet, occumberent: quam vt vires diuidantur. Paulo poſt mittuntur Agriam literæ à Turcis per villicum quendam: quas, nuncio in vincula detruſo, coram omnibus recitari voluerunt: deinde ad regem mittere. Quarum habita ſententia, inter ſe leges ſanciunt firmiſſimas, & perſcribi eas ſanguine iubent: vt quibuſdam omnem ſpem defectionis adimerent, & ad mortem vſque pugnandum cogitarent. Legum hęc fuit ſumma:

I. Si quis poſthac cum literis ad ſe mitteretur, is vna cũ illis Vulcano dicaretur. II. Ne quiſquam in obſidione vocem ad Turcas emitteret, aut quoquo modo hiſcere auderet. III. Ne vſpiam conuenticula fierent, & in aurem ſibi loquerentur, ſed palam omnia fierent. IV. Quicunque deditionis moueret aliquam mentionem, morte is mulctaretur. Aduerſus has nemo dixit: ſed precibus ad Deum, cuius ope nitebantur, pie fuſis, hoſtem expectabant. Literarum autem hæc erat ſententia:

Ego ille NATVLAY BASSA, ſummus & dux & Conſiliarius Cæſaris, vobis AGRIÆ PRÆFECTIS, ſalute præmiſſa, ſignifico: per me vtramque oram fluuiorum Themes & Maros, itemq; Zolnok in ditionem Imperatoris conceſſiſſe: atque amice hortor, vt de fide ac pertinacia remittatis veſtra: ne vos in periculum extremum præcipitetis. Quod quidem fiet omnino, niſi ſubiectiſſime arcem cum oppido, Baſſæ à me iſtuc miſſo, tradatis. Quod ſi vos dederitis: per auctoritatem, qua multum ego poſſum, ac fidem vobis affirmo atque denuntio, Imperatori vos gratos fore: meque perfecturum, vt donis ampliter dimiſſi; agris & poſſeſſionibus liberi, in amicitiam Cæſaris veniatis: & legibus vſitatis ſuauiter perfruamini: vtque rata hæc promiſſa videatis, eadem ſigillo proprio communienda cenſui. Sin vero ad perniciem in fide ſteteritis, ac pertinaciter Cæſaris iram depopoſceritis: omnia vos extrema ſubituros denuncio.

Verum nihil Turcarum minis, heroum animi flectuntur: ſed quo maiora oſtendebantur, hoc magis creuere, adeoq; ſpe meliorũ erigebantur. Explorata igitur hoſtiũ penitus voluntate, vniuerſa diſponunt, armant, peditibus equites permixtos aptis locis, cum obſeruatoribus diſtribuunt. Cuius rationem lubens quoq; hic prætereo.

Cuſto-

Digitized by Google

Cuſtodiarum negotio caute & tempore confecto, quatuor ordines certos deligunt. In medio interioris arcis foro, ad omnia paratos conſtituunt CCLXIX. equites ac pedites longe exercitatiſſimos. Horum omnium in genere capitaneus fuit, Ioannes Wayda. Equitibus Dobo prǽerat: peditum dux Ambroſius Zadormik: in altero foro CCX. non minus fortes collocati: quibus præfecti erant Georgi⁹ Iuany, & Antonius Blasko, Ianiſco: ſed tamen potiſſima omnium cura in Meczkeyo conſiſtebat. Tertius exercitus CI. militum, ante portam arcis exterioris excubabat: quorum rectores Caſparus Peteu, atq; Petrus Antonius Kys GomerenſisCapitaneus fuere. Quartus in exteriori arce ſtatarius erat: qui continebat CCLIII. quibus dux additus Gregorius Bornemiſſa: in his quoque ſelecti cum imperio Albertus Nagh de Soklios, Antonius Nagh, Stephan. Zoltay, & Ioan. Figedi, omnes virtute & prudentia inſignes viri. Cæterum bombardarum ex ære potiſſima in Dobonem cura reiecta: cuius poſtea induſtria & nunquam ſatis laudata vigilantia, ruinæ ac ſubuerſiones murorum reſtituebantur. Sed neq; excubiarum ordinem & cuſtodias eodem modo perpetuas fuiſſe exiſtimandum: pro loco & tempore omnia prouiſa, aucta, diminuta: præſertim quando inſignis illa ruina patuit, quæ tot hiatus edidit; de qua infra dicetur. Nunc ad ipſam veniamus obſidionem.

Cagriæ obſidio, 1552.

De Cagriæ obſidione Anno M. D. LII. *Narratio, auctore Ioanne Sambuco.*

NONA Septembris præcurſores & velites hoſtium in Maklar veniunt: atque duos de ſpeculatoribus Agrienſium intercipiunt. Quem caſum vix alii duo elapſi, vt Agriam euaſere: de conſilio præfectorum Caſſouienſis Capitaneus exit cum aliquot equitibus & peditibus: vt palantes ac vagos excipiat. Sequĕti luce ſummis copiis Baſſa Eunuchus eodem ſubſequitur: in cuius comitatu erant multi duces: Albę Gręcę, ac Zenderouiæ Begi: Memhetan Arczlan Begus, & Haſon Begus: Veli Begus, & qui Sedinio praeſt, Muſtapha Begus, Camber Begus & Deruis Begus. Ex Amhati quoq; caſtris multi ſubmiſſi, vt circiter XXXV. millia ad obſidionem feſtinarint. Sed quo propius accedebant, hoc minus metus noſtri oſtendunt: quod Zoltay, Peteu, Figedy & Steph. Fekete nonaginta promiſcue de equitibus & peditibus aſſumptis, agmen hoſtium non contemnenda præ-

Digitized by Google

Agria ob- da, quibuſdam ad internecionem quoque cæſis, turbauere. Interea ſidio, 1552. hoſtis per patentes locos, valles & montes, ad Nemetii vſque caſtra faciunt; ſub regiam ſedem, & ibi profluentem: vbi confeſtim Agrienſes tecta & contignationes palatiorum, ne facibus iniectis corripiantur, deripiunt nudantque. Idem de quibuſdam ciuium ædibus ac molendinis factum: vt hinc nihil opus tormentorum impediret. Die Dominica proxime Natalem Diuę virginis ſequente, Aly Baſſa montem procul ab arce conſcendit: ac tribus machinis muralib. curulibuſq;, eo ſubuectis, nondũ aggere & loriculis factis, ter ſingularũ vim in arcem experitur. Die poſt tertio, munimẽto ſibi de aggeſtib. & torrib. conſtructo, ex regia fulminare in monaſterii vallũ frequẽtiſſime incipit: quod ex eo loco magnam à noſtris machinis exhiberi ſibi moleſtiam cognouerat. Etenim illinc vſq; eo fatigabatur, vt rotis & ſtraminib. tormentorum deletis, optimos quoſq; eorũ magiſtros velut turbine ſuſtulerint. Plurimũ ei loco moleſtus fuit hoſtis, ita percitus: ſed quas pilæ grandes 30. pondo ruinas interdiu ſecum trahebant, eaſdem noſtri per quietem (vt erant prompti) celeriter reſtituere: atq; iſte inſolitus globorũ cõmeatus & vibrationes quinq; dierum fuerunt. Sed quando id perpetuari ſine maxima pulueris iactura non poſſe Dobo aduertit: & quãdiu obſidione concluderẽtur, ſoli tantum Deo conſtare nouiſſet: grauiores machinas vrgere deſtitit. Triduo poſt multi ex arce aquatum in oppidum concedunt, & incolumes ad ſuos redeunt. Eodem tempore Arczlan Begus ad D. Virginis ſua caſtra ponit: & altero die, non minus ac cæteri, in omnes partes furibundus tormenta procul mœnibus admouet. Ipſo hoc die multi de noſtris excurrunt: ac paſſim hoſtes leuibus prœliis carpunt: inprimis autem Zoltay, Peteu, Figedy, Franciſcus Bay, & Ioannes Ormandi: qui dum morantur hoſtem, eliciunt. Ianiçzari ex inſidiis Stephanum Budahazy ſclopetis equo deijciunt: cui ſubiectus eſt Gabriel Orozy: vbi ex improuiſo noſtros circumplexuri ſine numero exiſtunt: quorum multitudini longe impares hi cedunt, & in arcem ſe recipiunt. Inter hæc augetur exercitus indies hoſtium; & adglomerati omnibus in locis, ne quiſquam ex arce egrediatur, inſidias locant: ſed tamen audacter noſtri aliquoties aquatum profecti, de Turcis aliquot interficiebant. Per hos dies plurimi Ianizari apud Al Maghiari prope montis latus conſidunt: qui equis merebant, per conualles & colles ſua explicantes ten-

Digitized by Google

tentoria, & papiliones varios. BeglerBegus ad Tihemer conſtitit. *Agria ob-*
Vltra fluuiolum AmhatBaſſa in theriotrophium ſeu ferarium ſe *ſidio, 1552.*
contulit: vt nihil præter caſtra paſſim & tabernacula conſpexiſſes. Atque vt omnia caute diſponebant, minis pleni ac furentes: tamen ſpretis illis, ne tertio quidem ab obſeſſa iam arce die, portas clauſerunt. Tanta vis animi, & contemptus barbarorum fuit. Septima luce hoſtis aggeres iacit; turriculas circumagit: cuncta pręmunit: atque ex prædiolo Hecyey biduum ſuo tonitru arcis culinam infeſtat: nec parum nocuit; quod bene inſtructus à tormentis venerat. Etenim tria inſignis magnitudinis adduxerat muralia: quodlibet LV. librarum pilas ſuſtinens: colubrinas vndecim, quæ intra aggeres in arcem directa latebant: & confeſtim ita puluere onera explodebant: vt pleriſq; vulneratis, etiam aliquot beſtias delerint. Quamobrem defenſores quo tutius verſarentur: viſum eſt in exteriorem arcem, egeſtis aliquot foſſis, exercitum producere, & conſtituere illinc excubitores. Tum vero primũ hoſtis omnis generis tela per machinatores contorquere, & globis funditus delere vniuerſa conatur; ſulphure & bitumine compactis agere: ſed egregius cuſtos Dobo, vt irrita omnia euaderẽt, commodum adinuenit remedium. Iuſſit ſtabulorũ tecta, fœnum, ſtramina, frumentũ, & quę materia ad exardeſcendum facilis erat, partim exuri, partim pecori copioſius & temere proiici: vnico fœni aceruo, & modico tritici reſeruato: mox ciliciis & coriis crudis paſſim loca obtegi ſine mora: multa præterea madida & humida, quib. faces reſtinguantur, vt ſuppetant, apparari. Ante omnia in parietes palatiorũ collimat ictus: ſed murus ibidẽ tenuis prolat⁹, impediebat ruinas illius: in quo demoliendo vehementer ſudat. Inde alteram partem aggreſſus, non minori conatu murum ſimul non ita validũ, ad portam veterem pertinentem, aperit. In interiori parte Dobo & Meczkey Senatu habito aduigilant: textis & terra foſſa pertuſa obſtruũt. Eadem quoq; ſedulitate in exteriore cuncta fiunt: palos & trabes in foramina ingerunt. vt hoſti de ſe non paruam admirationem ſuis occurſib. præbuerint. Paulo interiecta mora, portam regiarum adoritur: cuius potiundæ ſibi ſpem finxerat. Verum noſtri hypogæis & concameratis terra impletis, tormenta imponunt: & more ſolito acriter omnia deturbant: vbi tum ex vnius curulis bombardæ diſſultu, Blaſius Nagh ſociis ereptus eſt. Redit hoſtis intentius ad exteriorem arcem: propugnaculum veteris portę

Digitized by Google

Cegria obſidio. 1552.

corruit: ſed confeſtim obſeſſi ruinas reſtituunt. Ibi videres iam perforatis inſtare: diligenter, ne quis prodeat, collibrare miſſilia: minutisque machinis detergi obuia: proiecturas, coronas & pinnas decutere: atque cuncta oſtendi extrema: niſi per noctem indefeſſo labore hiatus quoquo modo reparaſſent: tantusq; furor conceptus hoſtibus fuit: vt opus hoc tormentorum tredecim dies inſuete continuarint. Videns autem noſtrorum pertinaciam, & haudquaquam rem ex voto ſucceſſuram, attentare animos, & ad deditionem inuitare, pollicitationibuſq; implere inſtituit: idque literis ad primores diligenter & amice perſcriptis agit: quibus noſtri ex lege non reſignatis, ſed in ignem abiectis, earumq; fumo tabellario excruciato, mox vincto, inque foſſam deturbato, conſtantiam non contrahunt. Ea re vehementer commotus hoſtium animus: non tormentis rem gerendam, ſed acerrimis inſultibus incumbendum decernunt: ita fore, vt quid defenſores valeant, conſertis cominus armis & manib. facile cognoſcatur. Addebant illis animum, & non parum inuitabant ruinæ aliquot ab ipſis iam factæ, ſi confertim ac tumultuarie inuolarent. Quatuor enim non ſatis tutæ extabant: deſtructio palatiorum in arce interiori: altera prope angularem turrim: tertia ſub Bebekiano: quarta penes propugnaculū veteris portæ: cuius turrim cum exteriore poſtula mire euaſtarant. Sed quanto ampliores illę patebant: tanto magis Bornemiſſa, renouatis cuſtodiis, milites diuine ſolatus, excitabat: ſecuturam proculdubio iam iam ſęuam oppugnationem: ſed Deum adfore in omnes caſus: quod pro ſalute patrię atq; religione certarēt. In feſto igitur, qui D. Michaeli tribuitur, hoc eſt, vndeuigeſima die obſidionis, intra munitiones & ſuos aggeres noctu XXVIII. cohortibus conductis, tantum hoſtis clamorem & tumultum edit, à Palatinis præſertim partibus: vt vel ſola horrenda voce, qui eos nunquam noſſet, incutere metum poſſint: exinde arreptis ad gerendum leuibus ſcalis, certatim inſtant ruinis: ſed re infecta perturbati non ſine cæde, latebras receptant. Tum Georgius Guulay ſimiliter ſclopeto de vita migrauit: quomodo etiam pridie eius oppugnationis Thomas Polyky per Ianizaros extinctus erat: Capitaneus is Borſedenſis fuit, longiore dignus vita: cuius vigilantia, ad angularem turrim, de terra illa inſignis moles congeſta & defenſata mirabiliter fuit. Huius virtute ſocii adducti, ad quam concidit turrim, ex eius caſu & nomine Polycanam ſemper vocarunt:

quam

quam præcipue hoſtis impetebat. Ac vt Turcæ maximam vaſtitatem mœniorum habuerint propoſitam: nunquam tamen ad propugnaculum ipſius portæ furor illorum peruaſit, veteris tantum molem inuadebant. Continuo xxv. cohortibus ſoli cupidius inſidiati ſunt: donec ibidem ſupra portam euaderent: atque ex occupata turri de noſtris aliquot tollerent. Quorum eo loci numero conſpecto, prudenter Dobo cedit, & intra aggeres ſe coniicit, ſupra quos iam antea bombardas eduxerat, muros conſcenſurus lethales. Mox in hoſtem omnia conuertit, qui in turri ſuperbiebat: muros diſiicit, & ita vniuerſa turbat: vt complurimis illorum interfectis, non paucioribus læſis, retro acti, in caſtra confugerint. Id temporis Emericus Nagh, ſecundus peditum ductor, ex geminato vulnere cadit: ipſeq; Peteu in pede lęſus, aliquandiu decubuit: cuius locum integer Franciſcus Vitez tuebatur. Ioannes quoque Poſgay tum occidit. Dum hæc vtrinque tam ardenter fiunt: Meczkey metuens ſubſecuturam longe maiorem impreſſionem; ex tempore ſubitum militem in arce interiore diſponit: nec ipſum metus fefellit. Summo quippe mane hoſtis redit: oppugnationem grauius vrget: qua in meridiem extracta, vtrinque multi occubuerunt: ſaucii vero de noſtris, non fine gemitu, peritia chirurgorum curati fuere. Finita ita propitio Deo ardua prima oppugnatione, confert ſe Meczkey ad exteriorem regionem: quod Peteu nondum omnino conualuerat. De deditione hic rurſum ex improuiſo Baſſæ literis, & per Andream Saray tractant: amicitiam potius, quam vim ſuam, defenſores experiri velint. Sed nec lectis literis, atq; iis conuulſis, earum dimidium nuncius in vinculis deuorare cogitur: igni reliquum dicatur. Exactis aliquot diebus, de nuncio cuſtodia liberato exquirunt, quæ ſententia fuerit literarum. Tum ille, ſcripſiſſe Arczlan Begum, ſi ſe dediderint, ha- “
bituros Imperatorem benignum, & qui omnium iniuriarum me- “
moriam depoſuerit: de hac ipſius fide neminem dubitare debere, “
quod obſidem idoneum eſſet daturus: & ſi quid ipſos Loſonetii ca- “
ſus moueret, non alterius, quam ſua ipſiuſmet culpa, qui ad mortem “
infeſtus eſſe ſica voluerit, mortem accerſiuiſſe credant: quodque “
amplius eſt, omnemque abiiciant metum, ſuum exercitum Baſſam “
retro ad tria milliaria abducturum: ac ſi vacuam omni præſidio ar- “
cem relinquant, in planum eam deducturum: ne aliquando ex ea ſe- “
nocere vllis partibus voluiſſe ſuſpicentur: cunctos Agrienſes, mili- “

Agriæ obſidio, 1552.

m 3 tare

Agriæ obſidio, tur-

tare ſi Cæſari nollent, ſarcinis, vita & fama incolumes, inſuper dignis muneribus auctos dimiſſurum: abſcedant modo pertinacia, potentia, & futuris ex victoria malis leniri animos patiantur: implacabilem eſſe aliter in expugnatos Cæſaris iram. Bona in ſpeciem verba at fallacia, mitigare fortiſſimum quenque potuiſſent: niſi longo vſu & perpetuis docti exemplis, à Conſtantia demoueri nequiuiſſent. Vbi Turca, internuncio retento, moram trahi, & nullum reddi ſibi reſponſum videt: acrius tormenta Palatio inhibet: Prætorem quoque vrbanum multis aliis læſis, conficit: vbi in locum Kendy ſuffectus eſt quidam Stephanus Hegeduus: quem perfidum deinde & comprehenſum, digno ſupplicio puniuerunt. Is enim per quoddam foramen, aliquot coniuratis ſibi aſſumptis, crebras omnis generis voces ac promiſſiones ab hoſtibus profectas cum hauſiſſent: res nouas mouendas & profugiendum cenſuit: eiuſque rei bellam occaſionem, facinus qua excuſari poſſit, præmeditatur: quo præmium rei fortiter in hoſtem à ſe geſtæ poſtularet, & repulſam ſceleri prætenderet: Atqui diuinitus re illico patefacta Dobo & Metzkey aduocata concione, crimen quæri iubent: & coniuratione elicita, ipſum auctorem pro medio foro ſuſpendi: reliquis, affines tam horrendi ſceleris quot compererunt, aures præciduntur. Quantam per Deum, vnius profligati hominis conſcelerata mens vniuerſæ Vngariæ ſolicitudinem ac metum importaſſet, niſi diuina tum quoque ope perniciem diuortiſſet? In illius nequam locum, ne ſtatio vacua eſſet, Emericus Pribek ſubſtituitur, homo bellis aſſuetus: cuius fides hoc maior in omnibus eluxit: quanto alter minus in defenſionem animatus erat. Quarta Octobris horrendus ex puluere caſus noſtris accidit: quo haud parum hoſtis exultabat; & ſuam fore Agriam plane affirmabat. Puluis enim forte flamma concepta, magnam ſacrarii partem, in quo aſſeruabatur, vna & ruinarum ſarcta excindit, multoſque in eandem calamitatem traxit: quod Paulus Nagh, Georgii Bathori capitaneus, cum aliis octo diſiectis periit: Georgius Horwath ob manum auulſam non diu ſuperfuit: molæ etiam, cum iumentis ſeclufis & rebus in ſacrario precioſis, abſumptæ. Quis enim tantam ignis vim compeſceret, niſi cumulate periculum velit? Haud exiguus noſtros tum pauor inceſſit, quod rem ex compoſito fieri non obſcura ſuſpicione colligebant. Igitur ſerio ad certamen ſe accingunt:

Digitized by Google

gunt: ſi proditio ſubſit, vltimo ſe prælio caſuros, aut datum prohibituros. Eiicit ſe Dobo ad cuſtodiarum loca: vtque tot fortium miſerabile fatum conſpicit, cunctos eodem euocat: pauidos claua cogit: ſimiliter alii qui cum dignitate præerant, ad excubias diſcurrunt: milites exigunt: atque ipſi conſolationis egentes, intrepide ſuis metum excutiunt. Addunt, parum aut nihil pulueri deceſſiſſe: cum tamen viginti quatuor vaſcula correpta fuerint: etſi antea de materia pulueris ita proſpectum fuerit, vt eo caſu nihil diminutum iri conſtaret. Ex reliquiis piſtrini duarum molarum, vt farinæ copia ſit, vnam inſtaurant: ad ruinas autem eo infortunio editas, qui omnia reſtitueret, Benedictus Sigiſmundus eſt datus: in eoque celeritate ſua multum profuit. Hoſtis quia videt, per quoddam foramen noſtris exitum & regreſſum dari: ſine interuallo in mediam partem globos promittit, eaque commoditate arcet: ſed noſtri ima muri cuniculis adactis ſubeuntes, non minus commodè, qua ſe eiectent receptentque, ſpacium aperuere. Vbi Turca inſignem ruinam, quaſi deſertam, & noſtros, quod non ita apparebant, ceſſiſſe putans; contentius vndique tormentis agere, prope ædes Maioris, vt vocant, Præpoſiti; vallum proiicere: eo tria maxima tormenta educere: paulo infra propugnaculum ex terra comportatum, ab Occaſu turrim cum ædificiis & palatii lateribus deſtruere: ex Regia molem carceris verberare, tanta vi & ſucceſſu, iam vt proſpicere in forum potuerint, fornicumque tabernas exurere. verum incendio per noſtros extincto, foraminibus propugnaculi ouinis pellibus madidis obturatis ſarctiſque, & vnde periculum metuebatur, contra ſedem, vulgo Regiam nominatam, aggere conſtructo: labores illorum vanos & ſpem falſam reddiderunt. Iam hoſtis in vallum excelſerat: ſtructiſque ante ſe ſcutis progreſſurum opinabatur: cum ſubito repulſus per foramen, ad fundamentum à noſtris, vt dixi, effractum; neque in caſtris tuto illi eſſe licuit. In hac diſturbatione ſcutorum præcipui extiterunt Colomanus Portolab cum Philippo Demetrii: quorum ille ſaucius Michaelem Gaſparith ſubmiſit: ſed is quoque poſtea ſclopeto euanuit. Ne ſolus igitur Philippus periclitaretur, additus eſt illi Ioannes Zukany. Turcæ interim ab ædibus Herzey foſſam nil ſegnius ſub vallo cæcam ducunt; eamque vaſis repletis præmuniunt: vt igne muros diſiicere, noſtris nihil

Agria obſidio, 1552.

Cagria obſidio, 1552. nihil ſuſpicantibus, valeant. Mane tamen quodam dolum ſuum exuſtis ſepibus, & fumo vane ſuſcitato produnt: ad quos noſtris quia non ſtatim bombardis penetrare dabatur, factis operoſe ad eiiciendos globos foraminibus, iiſque pariter latentibus, hoſtem igne obruto expulerunt. Nihilominus tamen impetu in terreum & vaſtum illud opus facto, continuo id infeſtarunt: ſeptorum ſtipites & palos excindebant: quibus euulſis, vaſa etiam ſubuerſa inaniaque ſternerentur. At noſtri locis ſubmotis, cathenas prætendunt, hoſtemque cœptis inhibent: eodemque tempore, vt omnia ſecuriora ſint, ſupra portam arcis interioris & oppidi aggeres, tormenta conuehunt: adeoq; prope ipſam portam de muro parum abducũt. Turca nihil minus ſe exercet, feruet, inſane de foſſis aliquo modo complendis conſilium init: ideoque vallum contra propugnaculum, quo noſtrorum tela impediat, conſtituit primum: mox audaciſſime in turrim prætenſis maioribus ſcutis cochleiſque, egreditur: atque dum ſub tabulatis protuſis latitat, & minaci ſclopeto, ſi quis prodeat, expectat, incommode defenſoribus inhiat. Vt adniti hoſtem noſtri extreme vident: machinis aduncis & lupis corium proiecturarum & tabulatorum auellunt: ac ſuſpenſis ab haſtilibus tramis & cathenis, operas hoſtium prompte excipiunt, perturbant, ſaccos tumentes & diſtentos eruunt: denique tabulatis illorum pice & ſeuo illitis, ignem addunt comburuntque. Ibi Turca dolo ſuo fruſtratus, cautius aliquid moliendum arbitratur. Magno pecorum ſudore ſtruem materiæ ſectæ comportat: colles frequentes contra arcem, turrium modo, accumulat: ex quibus in Bebeccianum ſe effundat. Hinc per foramina ſcalis ad murum protuſis, & lignorum fruſtis eiectis, eadem foramina ſaccis turgentibus obſtruunt: ſed illis culeis ex arce remotis, & patefacto illorum perfugio, molitiones liberius cernebantur. Prope eadem loca bombardis apta, cæſæ materiæ in foſſam multum proiiciunt: vt per ſtruem facilius murum ſubeant. Sed hic quoque dolus incendio mire dato eluſus eſt: ſiquidem Bornemiſſa minutim diſiecta cremiola, & ligneas tegulas, ſarmentoſaſque in vaſcula cum ſclopetulis incluſit: deinde paleam pice, ſulphure & ſeuo imbutam in materiem deiicit: aliud ſtramen axungia & lardo compoſitum ſuperaddit accenditque: Ibi Turcæ ignem dum conantur prohibere; ab concluſis intra vaſcula ſclopetulis diuexati, intra colles regrediuntur. Exacerbatus inimici furor iſto inuento fuit: omniaque extrema

trema

Digitized by Google

trema tentare conſtituit. Eidem itaque propugnaculo grauius minatur: nec non parum ex altera muri parte demolitur: denique ſuffoſſione, curule tormentum quoddam ad marginem vſque foſſarum adducit: ſed propugnaculo terra ſolido nihil obfuere. Hic aliud idem Bornemiſſa, homo pariter ad omnia inſtructus, comminiſcitur, vt de foſſa hoſtem abigat. Rotas vehiculorum rapit: harum marginem aſſeribus obiectam, clauibus velut ſclopetulis minutis, ludicriſque quibuſdam obducit. Vas deinde amplum lignorum præſegminibus, addito ſulphure ac picæ ſimiliter explet: quæ in propugnaculum ſublata & accenſa, in foſſam detruduntur: vt dum vas igne volitare hoſtis miratur, crepitu inditarum clauium, obiecto periculo, excedere clamoſus ſit coactus. Qua ex re aduerſum ſibi Deum, & non ocioſam Mahomethi iram colligebat: dolum hunc non ab hominibus ſed aliunde profectum vanus ſuſpicabatur. Nihilo remiſſius ad portæ propugnaculũ reuertitur: & cuniculorum ſubſidio ad muros ſubrepit: vbi foraminib. aptè factis, Ianizari neq; globis, neq; pulueri pepercerunt: haſtulas quoq; & pilas amentatas impellebant: portaq; ſuccenſa diſceſſere. Sed quæ fecerant illa foramina, noſtris poſtea in opportunos vſus ceſſere. Etenim bolides ignitas per ea exercentes, multorum extrema cute ablata, dum illas prehenſant, ac eripere cupiunt, manus amburunt. Id hoſtis admodũ ægre ferens, magna indignatione omnibus noſtros diris deuouebat: ſed hi riſu & cachinnis eius execrationem auerterunt. Meczkey nunquam ocioſus, eodem venit: atque arcis doloſam igne ſubuerſionem veritus, q; quidam olfecerat, contra illorum cuniculos ex diſciplina foſſores adhibet: qui vbi ad hoſtium dolos penetrant, non illico eos adoriuntur: ſed modico interuallo & contiguo relicto, per medium ventrem Turcicum magiſtrum glande feriunt: quo illi viſo, Medet, Medet, clamabundi aufugerunt. Hac quoq; iniuria moleſtiſſime accepta, in propugnaculum omnes neruos intendunt: vbi quid patêre viderunt, ignem in ſepta & arundinacea coniiciunt: quibus compeſcendis Meczkey ſubito affuit: nec ſerpere flammam eſt paſſus: noſtri ex aduerſo pariter omni genere miſſilium, laminæ & globi forma effictorum non cedunt, ſed fugant potius ac inſequuntur: & præſertim Andreas Palog, cum Paulo Syrmai, & aliquot ad muros, vnico de ſuis amiſſo, trucidant. Omnibus ita deſperatis, denuo Turca cum Agrienſibus de induciis aut tradi-

Agria obſidio 1552.

Cagria ob-ſidio, 1552.

tione per literas agit, orat, minatur, promittit; ſed fruſtra: ſiquidem literis illorum ex more diſcerptis, nulla vnquam eos reſponſione fuere dignati. Aliter igitur perſuadendum cenſuit: Græce, Latine, Hungarice, Boemice munera & libertatem pollicetur; ſchedulas quoque diuerſis linguis exaratas ſagittis immittit: quibus fortitudine noſtrorum & cuſtodia collaudata, ſatis iam luſum fuiſſe ſignificat: quid ipſorum valeant animi & vires, declaratum: igitur iam ſe dedant: quod ſibi conſtet, pulueris & commeatus ineſſe magnam difficultatem: rogare ſe iterum ac tertio, ne ſe perditum eant, à cæde abſtineant: Cæteroqui, ſi in manus victi perueniant, crudeliter ad vnum interfectum iri. Huiuſmodi voculis ne aliqui de ſuis caperentur; Præfecti arcis tympanis, tubis ac tormentorum intonationibus ab auribus eas auertunt: nec toties expetitum reſponſum hoſtis vnquam abſtulit: eoque noſtrorum animi collecti magis niſi ſunt; etſi non parum à tot ruinis periculi ſuberat: ne ſcilicet ſumma vi copiarum, noſtris pene feſſis, ille in arcem inuolaret: Quippe hiatus præcipui, vt hoc quoque dicam, iſti fuerunt: vnus ingens, apud portam arcis interioris: alter non minor inter nouum & ex terra illud factum propugnaculum: tertius penes carcerem, cum ſeptorum exuſtione ad nouam vſque molem, cum aliis ibidem: quartus murus eodem loco ſtratus, quo propugnaculum arci iungebatur: quintus propugnaculi è carcere facti & palatiorum deuaſtatio: Sextus, vbi murus exterioris arcis ad Alexandrinum vſque, vna cum corona Bebeccianæ arcis procubuerat: Septimus, quando Bebeccianum & antiqua porta cum intercedente muro prociderat. Hę omnes inuitare hoſtem ruinæ, niſi Deus noluiſſet, ad producendam obſidionem potuiſſent: ſed qui Deo fidunt, & nihilominus quiduis amore ſuorum audent, eos deſeri nunquam videmus. XII. Octobris, poſt intermiſſam requiem, iterum ſe de operibus commouet hoſtis: ac renouandam oppugnationem extrema contentione ac viribus, ex vtilitate fore ducit. Ante omnia viginti octo cohortibus in propugnaculum veteris portæ ſe cupidius inferunt: quod antea igne ſubiecto eandem portam conflagraſſe viderant: ſed Meczkey iamdudum lapidibus ac mediis colubrinis ea communita, ingenti alacritate expectabat. Hoſtibus igitur cæce ingruentibus Meczkey, ſuis ad memoriam priſtinæ virtutis reuocatis feſſis integros ſubdit: ad occurſum timidos fuſte compellit: omni-

mni-

Digitized by Google

mnique genere telorum, vt vim pellant, cohortatur. Qua in oppugnatione, prout imperarat, ſe inuicte, ipſemet lapide ictus, geſſerunt: quem ſuppeditari taliis animum, vulnere teſtatus eſt. Ex altera parte hoſtis in terrenum propugnaculum denuo ſigna infert: centum equites ad munitionem illam de carcere factam ablegat: vtque in ruinas excedant Ianizari & Sagittarii, diligenter collaudatione accendit. Hic eius impetus extremum Agrienſibus malum attuliſſet: niſi Dei beneficio ſecus rem cadere oportuiſſet. Nam intus qui locum tueretur, nemo fuit: quoniam tunc Dobo alibi milites ad virtutem ſolicitabat. Ne igitur locus periculo maximo ab hoſtibus caperetur: Ioannes Zukani cum Ioanne Pribeco tempore accurrunt: ſupra ruinam haſtilibus auide inſiliunt, remque feliciter ſuſtinuere. Conſequitur plurimus hoſtium clamor quaſi triumphantium: vexillis patentibus ruunt denuo: furiunt in muros: omnia conantur obſidionis pertæſi. Sed ſi vnquam antea, hic certe aduerſum certamen experiuntur. Nam Peteu propugnantium ibidem numerum auxerat, & ſummam vim adhibuerat: ac tegulis hamatis, & lateribus, & malleolis, & plumbeis ad obiiciendum globis, abſque interquiete, donec reprimerentur, cædem cumulabat. Dum iſta fiunt, Dobo ſeſe in lucem profert: oculiſque in munimentum ex carcere factum coniectis, ſignum forte videt deiectum. Alio igitur arrepto, Stephano Nagh illud commendat: qui non multo poſt ibidem ſclopeto exſpirant: quo caſu etiam à Dobone deprehenſo, ſignum lapſurum corripit: ac pediti cuidam non ignauo tradens, Stephanum humari ex pietate curauit. Eo ipſo tempore octo ſigna hoſtium in Polykianam incurrunt: quam Bornemiſſa, Zoltay tum aliquantum læſus, & Figedy magna inimicorum ſtrage, tutabantur. Quos contra illi dolo, vt aſtus noſtrorum ſimili arte vlciſcantur, huiuſmodi vtuntur: Haſtilium oblongorum ac teretum extremitates orbibus ferreis præmuniunt: quibus extantibus, vacuum intra circulos locum minutiſſimis clauibus replent: hiſque inſtructi, ad oppugnationem procurſant: neque tamen eo inuento profecere. Pauciſſimis enim læſis, aſtus noſtri cauere didicerant. Iſtud certamen in quam maximum ſerum diei continenter durauit: quo etiam ad priſtinum decus & ſpem victoriæ obſeſſis multum acceſſerat. Die proxime ſequenti omnis generis ordines vndique

Cagria obſidio, 1552.

 hoſtis

Agria ob-ſidio, 1552. hoſtis conuocat, hortatur, imperat: vt ſe ad vltimam oppugnationem accingant, atque hac vice digna ſe ſtipendia facere oſtendant. Noſtri haud ſegnius tota nocte in ſtatione perſeuerando, aduentum illorum parati, ac ſeruitutis iugum auerſuri, præſtolantur. Tum ſubito ſtrepitu & clamoribus, quo magis terribiles videantur, ſuo more ſublatis, aduolant; & ærea tympana ingeminant. In quos noſtri conſtanter tormentis agendo, pleroſque interficiunt, atque agmina eorum diuidunt. Conceſſit Dobo ad ruinam carceri proximam: ſimul capit arma, cædem facit: ipſe in manibus ac pedibus vulneratus, enſiferum ſuum amittit. Remiſſo clamore, totis viribus in propugnaculum terreum contenditur: quo animo eius ſtatim deprehenſo, Dobo milites confirmat: & ad comportandos lapides, quibus poſtremò noceatur, dimittit. Tum vidiſſes fœminarum etiam præſentem animum, qui lapidibus hoſtem reiiciebant. Adiuuit tunc feſſos integris Peteu: qui ſigno Budenſis præfecti aureo ibidem potitus eſt. in hoc æquo certamine Valentinus Papa concidit: alii etiam à cæde non abſtinuerunt, donec ipſi quoque confecti ſint. Ibidem plurimis Ianizaris Beſlicecisque interfectis, VeliBegus vulnus abſtulit cruentum. Aliunde non minus in Polykianam aduolant: tantus ibi furor eos tenuit: vt pilis doloſe inſtructis præter alios ipſius quoque Bornemiſſæ dexteram percuſſerint. Sed hac etiam inuſitata vt re truduntur: & ipſorum animi pugna infelici cadebant: quod plura de illis, quam noſtris, deſiderabantur. Vltimo coactis omnibus ſignis, & viribus, quidquid aderat, coniunctis, perfundere animos vano timore noſtrorum integra vi conati, eidem propugnaculo aduertunt. Sed prompte à noſtris vel iam feſſis occurritur. Cauſa enim vires in milite iuſta attollebat. Quid enim ibi virtus Meczkey & præſentia non fregit? qui telis ignitis & mille artibus congreſſus, hoſtium ingentem numerum proſtrauit: reliquos in caſtra exturbauit. Non obſcure circumferebatur, tot cladibus acceptis, Amhatum lachrymantem in AlyBaſſam grauiſſime inuectum: quod ſe in hanc infamiam ſocium adduxiſſet: longe aliter habuiſſe rem, quam ille iactabundus affirmarit: neminem fore, qui aduerſus tantam vim & apparatum CÆSARIS vel hiſcere auſit: Se, Agria cuiuſmodi cauſa (vt ille nominarit eleuaritque) & ouile ſit, expertum: nuſquam ſe in tales

tales infantes incidiſſe; qui arma tam ſcienter tractare, omnibusque caſibus obuiare didiciſſent: plurimum ea obſidione de armis & virtute Cæſaris demptum; diſcedendum caſtris adeo ignominioſe nunquam ratum. Finita hac poſtrema incurſatione, quidam de hoſtibus in hæc verba, vt noſtri exaudirent, profatur: *Laudo vos Agrienſes, ac ſtrenuos ſemper fatebor. Non eſt, quod iam vobis metuatis: abſcedite armis, & requieſcite: relinquere caſtra volumus: quod ſatis nunc dimicatum noſtro malo fuerit. Sed tamen anno inſequenti ex hybernis huc referemus caſtra longe ampliora: vt labem hanc & ignominiam vlti regeramus.* Hęc quodam prolocuto, nihilominus tormentis omnia quatiebant, & vafre inſidiabantur: Solicitus Dobo de iis, qui in Polykania manſerant, vt illi haberent, puerum ſuum Chriſtophorum Tariauinum iſtuc mittit: ſed is inter eundum globo interceptus periit. Finita hac, vt dictum, ardentiſſima pugna: qua in diſcrimen perductum iri noſtros ſperabant, detrimentum ac dedecus ſubmoti acceperunt: nec renouandum impetum deinceps putarunt, ſed in hyberna concedendum: Id quidem non obſcure præ ſe ferebant: noſtri tamen non increduli ſemper, dum præter ſpem inſolenti clamore atque fremitu ſe commouerent, atque in Fel Nemeth cuncta hoſtiliter fumare viderent; mox de operibus abduci tormenta & machinas animaduerterunt. Quos è veſtigio apta occaſione quidam inſecuti ad diripienda caſtra; omnis generis pręda onuſti; magnam etiam vim pulueris noſtri ademerunt. Eadem nocte ſuccenſis caſtris, & multis ibi noſtrorum metu impedimentis relictis; exercitum comminutum Baſſę tremebundi Peſtum verſus dirigunt. Quorum diſceſſu noſtri nihil elati, quod ſubeſſe dolum metuerent, dum rapinis & incendio cuncta miſcent: quiſque in ſuo loco & ſtatione, explicatis Turcarum ſignis, iiſque laceſſentib. operiebatur. Sed omni apparatu longius progreſſi, deformatis agris, reliqua cura noſtros penitus liberarunt. Beneficiũ hoc & finem laborum, quia diuinitus accidiſſe noſtri agnouerunt, precibus ad Deum vulgo indictis, etiam ad vulneratorum lectos, quorum amplius ducenti ſtrati iacebant, linguis & animis Dei gratiam profeſſi ſunt. Tandem congeſtis hoſtium XII. millibus globis, eos cum ſuis tormentis apto in loco condiderunt. Illico de præcipuis quatuor, Ioan. Wayda, Georgium Vitezi, Andream Somoghy, & Albertum Kueſegy, aliis duobus additis, ad Regem aureo vexillo, qui gaudium nuncient, præmittunt: quos Ferdinandus clementer

Agria obſidio, 1552.

Digitized by Google

Agriæ obſidio, 1552.

exceptos, & in ſingulos centenis aureis donatis, ſericeisque ſuperadditis collaudat. Eam lætitiam Rex cum Nicolao Olaho, nunc Archiepiſcopo Strigonienſe, atque Mauricio Saxonum duce communicauit. Legatos Agrienſes idem Præſul ſine muneribus non dimiſſurus, præter alia eiſdem, quotcunque venerant, inaurata pocula hilariter contulit. Eoſdem Mauricius quadringentis taleris liberaliter auxit. Dum hi abſunt, conſtantia & rerum geſtarum gloria Dobo celebris, Stephanum Fekete cum aliquot non minus impigris exploratum mittit: vt hoſtem conſectando, hyberna obſeruet. Quod ille tam celeriter & audacter confecit: vt precioſiſſimis quibusque ſpoliis, quæ in commune diuiſa ſunt, relatis, multos ſub haſta auctionatuque vendiderit: plures cęciderit: in poteſtate viuos habuerit: nomenque ſibi perpetuum conſtituerit.

Finis hic fuit obſidionis Agrię: quam profecto à ſolo Deo conſeruatam nemo negauerit: quod tanta vi reiecta, tot pręliis infeſtiſſimis, de noſtris trecenti tantum deſiderati ſint: hoſtis vero nuſquam, tot locis expugnatis, maiorem ſenſiſſe cladem, ſit queſtus. Mox Diis ſupplicationes & grates ad omnia habitæ puluinaria. Sed vt paucis, quę conſecuta fuere, adiiciam: ſoluta obſidione, à Rege & Pręſule ſuo Dobo exorat: vt exhauſtis tot laboribus onere cuſtodiæ ſe liberent: & reditum ad ſuos domum itionemque concedant. Quod Rex eius virtuti largitus Agriam qui excipiat, aliosque pręficiat, idoneos, Sfortiam Pallauicinum cum mandatis ablegat. Cui Dobo claues tradit; ac pro arbitrio cuncta diſponere, facile eſt paſſus. Sfortia neminem tunc ad rem tantam idoneum iſthic offendens; Stephanum Meczkey per amorem Regis & patriæ obteſtatur: velit duos tantum menſes priſtinum onus in ſe recipere: fore vt illius virtus hoc magis exornetur. Quod ille admiſit. Elapſo igitur altero menſe, GREGORIVS Bornemiſſa in illius locum ſufficitur: & Banatu Agrienſe decoratus, claues accipit: huicque ſocium curarum Paulum Sarkandi adiungunt, non minoribus auſis hominem: quorum induſtria nunc res Agriæ cum laude adminiſtrantur.

Cæterum Ferdinandus memor inauditę fortitudinis & conſtantię Agrienſium, Stephanum Dobo Vayuodam Tranſyluanorum declarauit: aureum prouinciæ ſignum illi porrexit: clementiam

Digitized by Google

mentiam denique & non dubiam beneuolentiam obtulit: admonens, vt ſpectatæ virtutis memor, cum vſus poſceret, ſimiliter operam ſaluti patriæ nauaret. Cui Dobo: Ita ſibi vitam optare, ſi pro Rege atque patria omnia fideliter & prompte ageret. A Rege aliis quoque partim nobilitate ac pagis villiſque, partim auro cumulatis: vulgoque ab omnibus, qui diſcrimen euaſerant, liberaliſſime habitis: ſoli Stephano Meczkey ſors in fructu gloriæ inimica extitit: qui Agria domum ad ſuauiſſimam coniugem, liberos & amicos profecturus, & ad Warkon pagum veniens; ruſticis, vt ſe in tutum proſequantur, humaniter compellatis; furenter, non ſatis cognitus, interimitur. Nam cedere temeritati multitudinis ignominioſum ducente, inter ipſam altercationem & conuitia, quidam nefarius ſecurim ſecundum frontem fortiſſimo viro infligit: alii duo cuſpidata bolide in vtrumque latus tranſuerberant, atque ita confecerunt. Multos tanti viri caſus in plebem exacerbauit: & ſine diſcrimine cæſi, pœnam communiter luebant. Eius cadauer Sceepuſium publico funere deportatum in D. Martini æde ſepelitur: cognatorumque & amicorum luctu in ipſum amor expromitur. Sed finem hic narrationi tandem imponamus: & ſi quid præteritum fuit, aut pro dignitate minus polite ob res & nomina dictum, venia detur.

Temeſuari expugnatio 1552.

De expugnatione arcis Temeſuari Anno M. D. LII. *Narratio, auctore Ioanne Sambuco.*

VITA rege Ioanne in Zazebes functo, vix hæredem infantulum à ſe infeliciter conſpectum, curæ Monachi, Petrouithii, matriſque ſolicite commendat: amicitiam & fœdus cum Ferdinando Varadini ante duos annos renouatum, ſimul vt retineant, hortatur: & vt multi affirmant, ſi quæ vis inimica externaque ingrueret illorum ſaluti ac tutelæ, Solymanum quoque non defuturum addidit: quod ab illo contra officium ex fœdere per internuncium Caroli quinti (vt ei conditionibus à Ferdinando præſcriptis amicitiam priſtinam omnino renunciaret,) factum videtur.

FERDINANDVS cum inique tradita Buda Turcæ, & aliis muni-

Temeſuari expugnatio 1552.

munitiſſimis locis, impieque ſecum agi ſentiret: cum ipſa Buda Iazygum quoque regionem populoſam, vbertate ſoli metallorumque feraciſſimam, Dacorum veterum coloniam, vnde Græcis recentioribus Panodacia eſt dicta, recuperare conſtituit. Dum enim ea gens vicina periculis, & Conſtantinopolitanis inſidiis Tranſalpinorumq; eſſet obnoxia; atq; per Palatinos ſeu Vayuodas ſceptro Pannonico ſemper paruiſſet: ne aſtu hoſtium, aut odio, perfidiaque tutorum infantuli in Turcorum manus aliquando deueniret: omnibus modis de ea ſibi concilianda, & in ſubſidium defenſionis Chriſtianæ adiungenda cogitat: omnes amicitiæ rationes fœderisque cum præfectis init. Sed quia nonnullos ex illis ſuis inde opibus ac dominandi libidini potius inſeruire, quam Reipub. omniumq; libertati, cupere obſeruabat: dum fidem Ioanni datam ſe per quęuis pericula nunquam relicturos iactabant: qui à Turca excito iam egregie tamen fuerant illuſi, Lippamque ablegati: Rex diſiungit illorum ſocietatem: & ad Monachum, qui theſaurum coronamque & præcipuam ciuitatum nobiliumque clientelam poſſidebat; mittit Nicolaum Salmenſem & Sigiſmundum Heberſtainium, tot legationibus ſpectabiles, in conuentum ad Bathorem, vt cum eo quibusuis promiſſis in communem ſalutem, amicitiam, & diuortium à cæteris paciſcantur: reginam cum puero in tutelam ſuam, quibus pro dignitate omnia ampla & expedita eſſet largiturus, conferat. Id tractari admonita Regina, inſidias & iugum ſibi pueroque parari ſuſpicata, metu Lippam commigrare incipit: ac ſe Monachi rebus nouis, ſtudioque mutato non magis, quam Turcicæ fidei poſſe aſſentiri, exiſtimat: dedecus ſe nunquam tantum in familia ſuſcepturam vel laturam, vt ad peregrinos mendicatum abeat, filiolumque abiiciat, conſtanter ait. Abitionem parari Monachus docetur: qui eam facile retrahit: dum excluſurum ſe ipſam cum hærede, ſi redire aliquando velit, prorſus è Tranſyluania minatus erat. Redit igitur illa non ſine ſuſpicione de mutata fide Monachi, neceſſitudinisque Germanicę: cum Petrouichio, Pathozio, Antonioque Loſoncio rebus communicatis: ſine mora illi exercitum quinque millium cogunt: Albam Iuliam occupatam pręſidio inſident. Qua re accenſus offenſuſque frater Georgius, vrbem cum decem millib. obſidet: per octo dies, ni ſeſe dedant, & ad ſanitatem redeant, grauibus interminatur: donec quorundam procerum interuentu re compoſita, ab ar-

Digitized by Google

ab armis vtrinque diſceſſum eſt. Hęc autumno acta. Sequens bruma cum ſeſe fregiſſet: conatus priſtinos vrget Georgius: nec iam obſcure, ſubmiſſis à Ferdinando mediocribus copiis, Reginam oppugnat: coronamque cuſtoditam indicio amicæ ſuę clientelæ Viennam mittit. Vehementius hac molitione Petrouithius & cęteri perculſi, cauere ſibi vndecunque & puero nituntur. Clanculum igitur, non inſcio Solymano, qui Satrapæ Budenſi, vt opem illis ex tempore conſilioque ferret petentibus, iam mandarat: Raſcianorum Bulgarorumque non paruam contrahunt manum: occurrendumque inſidiis quamprimum arbitrantur. Sed Monachus facile illorum vim Turcicamque obductis XX. millib. noſtrorum, qui duce Thoma Varkoiz confligere cum illis debebant, inhibuit. Verum quare vtrinque prælium non ſit commiſſum, culpam multi in Monachum contulere: atque etiam ob dimiſſionem incolumem è Lippa VlmanBego impetratam, conſilii non firmi ſuſpicione præbita, quibuſdam auctoribus, aliquot vulneribus confoſſus, nihil tale vnquã opinatus, vitam amiſit: ex eoque tempore Tranſyluania pactis internuncio Caſtaldo Bathoreoque nouis cum Regina, in manus Ferdinandi iuſte rediit. Sed hæc alterius ſunt loci: ad Temeſuarum nos conferamus. Quo tutiora ab iniuria vindictaque Turcarum, quando ab eius patrocinio abducta Regina eſſet, cuncta forent: ingenti numero bellatorum Caſtaldus ſummæ rerum præpoſitus, ſedulo proſpicit: præſidia mutat; paſſim reſtituit confirmatque: cumq; Stephanum Loſoncium, nobilitate virtutumque exemplis principem virum, fide nunquam mota intellexiſſet: cuſtode ſeu Wayuoda Andrea Bathoreo in biennium conſtituto, Temeſuarum, qui locus cognomine fluuio tripartito diſcedens: tertiam è dignitatibus Comitum præſidiiſque Vngariæ obtinet; Loſoncii vigiliis attribuit. Qui qua erat modeſtia, imparem licet tantis ſe curis viribusque propediem aduolaturo hoſti non diffiteretur: amore tamen patriæ, cui ſe tutandę poſt Deum inprimis in lucem editum, totque exemplis ac periculis probatum, intelligeret: aſſumptis fide ſibi Gabriele Perenio, Nicolao Bathoreo, Simoneque Forgaczio, duobus item fratribus Hiſpanis ductoribus Campo vocatis, ſtrenuis & militię aſſuetis hominibus, nulla ſe quouis caſu pericula pro Rege patriaue cum his recuſaturum pollicetur. Vtque hoſtem imminentem à vicinis locis anteuerteret: multis vexationibus eorum ſtationibus ac prædis moleſtiſſi-

Temeſuarii expugnatio 1552.

Digitized by Google

Temeſuari expugnatio irrita.

leſtiſſimus, propter Tibiſcum illorum cuſtodias exigit: crebris prædis fatigat: longe lateque circum ſibi creditam ſedem inſidias dimouet: quodque ſint ad obſidionem inſtituendam eius virtute cognita hoſtes difficiliores, miris artibus, ſæpe commiſſis velitationibus, elibratis quibuſdam à nexu CHRISTIANIS, perficit: piratis & myoparonibus plagiariiſque ripas perpurgat: mira fallacia in tectam rapinam elicitos intercipit. Tot eius facinoribus infeſtis Turca in rabiem actus, & quod Germanorum imperio, quæ ille dudum ſpe deuorarat, conceſſa vidit, aditus in Vngariam præcipuos alieno iure teneri, occludi facultatem aduerteret imperitandi: quæuis tentanda ſibi, & perſequenda extrema, vel cum maieſtatis & opinionis diminutione, duxit: non ferendum diutius ratus, cuius regni iam quinquies ipſe potiundi ergo ſe in pericula dediſſet, vnius Monachi aut fœminæ dolis vt eripi cum ignominia videret.

Mittit igitur Solymanus ad decus obtinendum, fines propagandos BeglerBegum, cum ſexaginta millibus exercitatorum: ſerioque, vt aſſolet, iniungit, Tranſyluaniam iuri ſuo adhibeat: ignominiam factam aliis quoque locis expugnandis deleat: Loſoncium temerarium inauditaque audacia coerceat: cuſtodia nudet: viuum aut mortuum ad ſe mittat: quod ni efficiat, offenſionem ſibi propoſitam & aduerſariam grauem dignitatis certo ſciat, muniiſque ſuis priuatum iri. Beglerbegus ingens ſibi onus ac periculoſum impoſitum non ignorans, ferro, igni, cruciatibus in vtrumque ſexum ſibi viam ad conſilium & ſcopum patefaciendam exiſtimat: infirma loca in itinere facile capit: ad Temeſuari limites properat: quod, vt quiddam metuat, Lippam quoque recipit: ſeſeque ad expugnandum Loſoncium curioſe accingit: commeatuum rationes & annonæ præripit: caſtra induſtrie definit: duodecim totos dies, ſed fruſtra, noſtris aduerſiſſimis, premit. Itaque deſperatis rebus ad Fellak caſtra remouet: ad Loſoncii ſe laudes cumulandas infelicem queritur: paratam ſibi eſſe Cæſaris iram, nihil dubitat. Nam obſidione liberati, illius terga acrius perſequentes, & animoſe vndique carpentes, dolorem Bego non parum auxerant.

Dum hæc fiunt, conuentus Poſonium educitur ſolennis: quo de Tranſyluaniæ labantibus adhuc rebus, præſidioque finibus

finibus augendo, ſententiis exquiſitis definiatur; abſque dubitatione Temeſuarum cum maiore furore impetitum iri: locanda eſſe noua præſidia: pręfecturas vel commutandas, vel conſtituendas. *Temeſuari expugnatio 1552.* Eodem accurrit Loſoncius, admirandus heros, nouo exemplo omnium in ſe animos conuertit: varie ibi conſultatum: multa neceſſario prouiſa: ſed pręcipue, vt Loſoncius prouinciam adeo fortiter tutatam continuet: Temeſuarum glorioſe defenſet: recepturum illum à DEO præmia, & poſteritatis memoria laudem: quoad res vſui aptas futuras nihil ei denegatum iri: in diſcrimine, ſi aliter fieri nequeat, ipſummet Regem vel liberos illi pręſto affore, periculum depulſuros: Eſſe in Dacię limitibus non ſpernendum, qui ſuccurrat laboranti, exercitum: fidat modo Regis procerumque verbis: nunquam fiduciæ illum periculum ſenſurum.

Salutatis igitur coniuge ac liberis, vnde venerit, eodem ſe apto comitatu recipiat: loca infirma bene communiat: pecuniam victuique neceſſaria importet: defenſoribus arcem compleat. Animus ſolicitus ac dubius: quippe qui antea nullam obſidionem ſubſidio admiſſo commemorabat leuatam: quod BeglerBegum honore deiectum; non tam facile quemuis ad inchoatos reuerſurum conatus, Loſonciumque irritandum opinari deberet: in metu alios fore maiori, ſi quid inimice attentarint.

His STEPHANVS demum perſuaſus; omnibus ſibi chariſſimis poſthabitis; rebus nonnihil familiariter compoſitis: in omnem euentum locum repetit priſtinum: delibatum laudis & integræ famæ ſenſum nemini leuiter conceſſurus. Vbi ad ſuos expectatus reuiſit, qui vices abſentis obierant: tanta omnes effuſi lætitia plauſum dederunt: vt ſe eius ductu fortunatos, auſpiciisque nihil aduerſi timere acclamarint: cumque eo non modo arcem ſartam tectamque præſtituros: ſed exigua manu quasuis copias intrepide fuſuros.

Idcirco animis & ſententiis libere collatis; à conſilio veteranis quoque gregariis haud excluſis; quorum in manu iuxta vim & conſilium eſſe agnoſcebat: infractos debilitatosque impreſſionibus & glandibus locos arcis & oppidi reficit: tutiora à ſcalarum appenſione, & irruptionibus cuncta efficit: quod per captiuos ac exploratores, alteram parari oppugnationem

O 2 cogno-

Digitized by Google

Temeſuari expugnatio 1552.

cognorat: præcipueq; AmhatBaſſæ callidiſſimo & vſu expeditionum commendato, omne negocium conficiendum datum. Expedito igitur Amhat, (qui BeglerBegum per prætorianos in gratia Cęſaris repoſuerat, ſociumque adſciuerat) duplicato ferme exercitu, æneis machinis non globos paruos euomentibus centum, muris concutiendis paratis duodecim; omni genere crudelitatis recta Temeſuarum anhelat: cæde ac libidine furenter, vt noſtros percellat, ſæuit. Pollicitus erat Solymanus, ſi neceſſitas exigat, ſubmiſſurum prompte auxilium: nulli periculo parceret, nec inſtrumentis bellicis: non deeſſe ſibi aliam manum, quæ Tranſyluanas aliquid copias minitantes reprimant; per Walachiam ſe expedite illas tardaturum, intraq; limites contenturum. Die igitur Ioannis Baptiſtæ, AmhatLoſoncium cupiditate malefaciendi euagatum intelligens: obſidet omnes vias; excluſurum eius opem præſentem ab arce ſperans, ad expugnandum ſe expedit: ſed antequam caſtra rite deſcribit, valloſque aggereſque parat: eodem Loſoncius veſpere cum aliquot ſuis, fiducia cauſæ Chriſtianæ, mirabiliter in arcem ſubiit: allocutione nondum roboratos munit: ſingulisque ad operas certas diſpoſitis, impauide tantis periculis ſe opponit: recenſet diligenter ſocios: equites mille cum oppidanis numerati: pedites cum Hiſpanis & Boemis aliisque mille & quingenti. Caſtra Turcus ad meridiem ſua locat: ad inſidias opportunitates emetitur, moxque circumfudit exercitũ: difficultatem haud contemnendam obiici ſitu, & inſeſſis concipit: quod Temeſuarum fluuio Temes è Polonię iugis ad extremum Daciæ percurrente, tripartitoque inſulas velut tres efficiente, arcem cum oppido aquaticoque præſidio, in aqua cuniculis aliaue arte auertatur, diſcludebat: foſſis commodis, tribus extantibus portis, propugnaculis duobus immenſis è terra excitatis, aſylumque tutum præbentibus, negotium exhibiturum videretur. Hauſto itaque furore, cupiditateque ambitionis obuerſante, in mœnia tormentis perpetuisque ictibus inſanit: omnem adeo reficiendi pertuſa moram imbri glandium adimit, per quatriduum; vt ab ea regione magnum ſpacium aperuerit, mœniaque ad ruinam facilem concitarit. Qua eius vi continua, noſtri inſulam deſerunt: caſulas ex arce incendunt: hærendi ſubeundique ac tegendi ſe copiam eripiunt: quod ex eo loco importuni eſſe poterant, ac facile mœniis inſultare; quomodo prohibere id

paulo

Digitized by Google

paulo poſt noſtri non potuere. Inde enim alteram arcis molem pul-uere ita quaſſarunt: tam pertinaciter & impune vi omni inſtitere: vt pene eam partem deiecerint, vltimumque diſcrimen importa-rint. Don Caſparum eo loco exegerint: patefactoq; ſpacio, ſcalis ap-poſitis, quidvis egerint: nec periculo temeritas vacabat, turbatiq; de-fenſores nonnihil videbantur. Verum priſtino Caſparus animo, cu-ius egregia facta nemo digne breuiterque commemorarit: ſuos ad cuſtodiam reducit: ſtrenue periculis obuiat, increpat, orat: niſi perſeuerent ſalutem ſociorum tueri, enſem in ceruices ſe inhibitu-rum. Huius exhortatione milites, præter hoſtium opinionem, ita animati ad officium rediere: vt Nicopolis Satrapam, non ſine dolo-re indignationeque Baſſæ, de medio ſuſtulerint. mutuoque illi ictu, dum foramina Caſparus ſarcit, egregium propugnatorem confi-ciunt. Vtrinque ob amiſſos ſocios oboritur dolor: augetur Am-hato, quod deſtitutus nitro & globis eſſet: noſtris, quod feſſis nec vires, nec pecunia victuſque ſuppeteret, diminutiſque tanto nume-ro, difficilimam fore depugnandi rationem. Sed paulo poſt vtroſ-que ſpes ſubſidii collegit. Amhatus enim per Nattolienſem præfe-ctum mille integros equites, materiam tormentis fatigandis acce-perat: Loſoncius, quia in tantis curis fidum ſuum Stephanum Deack emiſſum, oppidatim etiam Thomæ Varkocz opera aliquot milites, pecuniam imperatam, corrogatamque, mira felicitate vide-rat importatam. Turca denuo operi inſtat: nullis parcit adminicu-lis: omnes vires in affectum conuertit locum: vt Loſoncius in ma-gnæ portæ eminentem firmamque illam turrim ſe recipere ſit coa-ctus: iamque per multam intercapedinem nudatos milites ad con-ſtantiam, diuina immortalitatiſque ſpe, ſuo exemplo oratiunculaq; animarit, inque labore demoratus ſit. Inter alia confirmat, feſſos ac pertæſos moleſtiarum hoſtes ſeceſſuros: non eſſe, quam vnicam ad-huc rabiem expectandam: puluere mox deſtitutum, aut ad tempus certe ab inſania dimotum iri: Subereſſe autem ſuo negocio Deum: cuius nomen indefeſſe tutarentur: qui in illo ſpem locarint, nun-quam falſos: vnico cœleſti duce multa millia data neci: nec deſe-rere facile ſuam cauſam ſolitum: ne gentes & inimici contumelioſe eis inſultent, dicantque: Vbi eſt Deus eorum? peccare, qui plus Tur-cis adeſſe numina, quam Chriſtianis, putarent: vanam ſequi opi-nionem, qui contra voluntatem Dei quidquam tyrannos poſſe di-

Temeſuari expugnatio. 1552.

 ctitent.

Temeſuari expugnatio 1552.

ctitent: admonitos eſſe vel vulgatis per conuiuia carminibus, fideles omni periculo mirandum in modum exemptos: ſi quando fruſtrati ſint precibus, vitio id noſtro accidiſſe, impatientiſque moræ animo. Durarent ergo, nec cederent malis, ſed contra audentius irent. Quod, ſi aliqui imbecilliores, non corporis libertatem vitamque ſperarent: patriæ ſuiſque ſaltem fortiter nauarent operam, nec remitterent: repoſita eſſe his mundi illecebris apud Deum potiora longe præmia: nomen, reliquam memoriam facinoraque pia iugique ſuffragatione culturam. Hiſce illos & ſimilibus dictis erigit: ſolicite omnia denuo procurat: in omnes partes curam partitur: ſtationes peruolitat: occiſis viuos, feſſis refectos ſubſtituit: omnes difficultates ad XXXII. vſque diem inuicti perferunt. Quo die obſidionis vniuerſam molem atque minas in ſe concitatas dum negligunt, prompteque impetus euibrant eluduntque: turrim inter mediam commeatui oppidanorum in arcem inſeruientem inſeſſi amittunt, inque arcem profugiunt: hi penetrare inſectando contentiſſime operam dant: & parum ſupereſſe diſcriminis rati, vnica ſe adhuc impreſſione effecturum, quod tantopere optarent, ſibi perſuadebant: niſi ſuorum, de quibus optimi quique perditum ierant, nullam ducere vellent rationem, actaque ſilentio conterere. Quamobrem ſubſiſtunt parumper: nimis magno arcem emptum iri, ſi milites obiiciant, cogitantes: atque non ignari, Cæſari moleſtiam acceſſuram, ingratamque victoriam, quæ tanti conſtiterit: ad preces ſe deditionemque impetrandam conuertunt: copioſis omnis generis promiſſis aures complent: ad colloquium familiare ſalutiſque plenum noſtros inuitant: iuſiurandum, diplomata, ſi dubitent, interpoſituros: cedant modo eſſe obſtinati: præſentem occaſum vita libertateque permutent: clementiam oblatam ne ſpernant: effecturos tuta fide, vt eos ceſſionis nunquam pœniteat. Tot pollicitationibus oppidani dites facti, quod ſatisfactum ſuo officio putarent, ad Loſoncium intercedunt, orant, obſecrant: ducat ſui coniugumque rationem: cum præſertim omnium ſit oculis teſtatum, hoſti minimum ad potiendum rerum ſumma deeſſe: propoſitam ſibi contra liberaliter opinionem incolumitatis vitæ bonorumque: ac neminem iure induſtriam fortitudinemque poſthac illorum requiſiturum, qui tot adhuc exantlaſſent labores: Turcam pactis conuentiſque in tutum ſe ſuaque proſecuturum.

Victus

Digitized by Google

Victus tot miſerandorum ciuium improbis denique precibus heros; cum præcipue ſeptingentos globos non vane in ſe immiſſos conſpexiſſet: atque vnica ſe opprimi poſſe irruptione plane vidit: Nunquam ille Turcis obediiſſet, quos ſemper fuiſſe periuros ſciebat: ni, vt dixi, oppidanorum miſertus fuiſſet. Deditur arx: exceſſionis leges præſcribuntur: vt rebus & ſarcinis in currus elatis, inter eos medii oppidani, cæteri Turcis ſepti abirent. Progrediuntur ex ordine: vbi Loſoncium adhuc recentem animo, nec vlla metus ſignificatione aduentantem offendunt: Amhat cum Beglerbego eum ambit: complexum ſtipatumque obſeruant: occaſiones conditionum rumpendarum captant: eius fidum & chariſſimum Achatem Tomoreum, qui enſem prægrandem ad manus illi ſuggerere ſolitus erat, à tergo ſurripiunt. Quod heros ægerrime ferens, Puniceque ſecum ac dolo agi percipiens, excandeſcit: ad arma ſuos clamore obteſtationeque reuocat: vim plagiatumque admiſſum queritur: ac protinus erepta cuidam Turcæ ſica incurua, Sanczachum principem conficit: vlterius cædem cumulaturus, ni armis caruiſſet: & ne quid amplius moliatur, aliquot vulneribus lethaliter accipitur. Iubetur ad Baſſam reduci, vinciri: exprobratur illi violata fides: itidem non ita pridem à Chriſtianis in Vlman-Bego factum: cuius abolitionem præter promiſſa cæde rapiniſque morati ſint. Contra heros canes eos, fœdifragos, impios appellat: ſibi conſtitiſſe quidem ſemper fallacem ipſorum leuitatem: ſed parcere aliis deditione voluiſſe: atque ſi poſſit, declaraturum morte conſtantiam, & in eos ſummum odium: ſe nomen ſemper vitæ antetuliſſe: quicquid igitur in ſe ſtatuerint, æque ſubiturum. Non parum eius minacibus verbis Amhatus commotus; & quia per tot vulnera eius vitæ ſpes exigua oſtendebatur: abſcindi à ceruice caput imperat: idq; ab oſſib. liberum, & palea repletum, piloq; affixũ circumferri: moxq; Cõſtantinopolim triumphi in modum præmittit. Oppidani ſeſe excuſantes, futuriſq; operibus, agrorumq; culturæ idonei, legitime cũ priuilegiis ſuis domum remittuntur: reliqui ab obſidione milites ad vnum miſere trucidati. Hic fuit magnanimi Loſoncii ſociorumque calamitoſus quidem, at gloria perpetuitateque memorabilis exitus. Præcipui horum Alphonſus Peteſius Kiſcampo, qui erepto è cuiuſdam Turcæ manibus Chriſtiano, dum eundẽ perimit, in Chryſium amnẽ temere delapſus, aquis ſuffocatus erat. Adfuit & inſignis Bathiá-

Temeſuari expugnatio 1552.

Obſidio Zygethi, 1556. Bathiani Farcas, Stanislaus Stricelok, Simon Forgach, iuuenis in excurrendo dexter, conuellendiſque hoſtibus mirus artifex: qui adhuc ſuperſtes fines cuſtodia patriæ tuetur: & alii non minus fortes, familia maiorumque agnatione clari: qui Loſoncium extreme ſunt ſecuti: pulchramque petiere per vulnera mortem. Ferdinandus tantæ cladis nuncio, valde cum Caſtaldo Bathoreoque territus, ingemuit aperteque condoluit: nec tanti exempli oblitus, filias eiuſdem herois permiſſione omnium bonorum auget: nomen vetuſtiſſimæ familiæ maſculæ vſurpandum, velut maribus, concedit, eamq; conditionẽ in poſteros eorundem producit: vt Loſoncii poſteri vel quouis alio genitore ex filiabus eius prognati appellentur: ne cum occidione optimi, & eius cognominis ſolius reliqui præclariſſimi & inauditi Loſoncii propugnationis exemplum aboleri queat. Conſecuta eſt hunc acerbum caſum Lippæ quoque receptio, Quinqueeccleſiarum ac Solimoſii amiſſio. eodemque anno infanda illa ad Palaſtum Eraſmi Teufelii ſtrages. de quibus alias. M. D. L I I.

De obſidione Zygethi anno 1556. Narratio, auctore Ioanne Sambuco.

POST grauiſſimam & omni poſteritatis memoria dignam Agriæ defenſionem, de Regis & communi ordinum regni totiuſq; adeo Chriſtianitatis voto ac ſententia, internuncii & pacificatores ad Turcam deliguntur, Antonius Verancius & Franciſcus Zay: qui obſeruantia & muneribus placata Tyranni voluntate, rebus patriæ feſſis tandem requiem impetrarent. Dum hi amplius biennium abſunt: Thvigon Baſſa, qui Budæ id temporis præerat, iniuriarum à ſuis illatarum immemor de damnis, quæ ipſi à Zygethenſibus, Babocza, aliiſque vicinis Quinqueeccleſiis locis accepiſſent, queritur: ea re non pacem oſtendi aut peti: ſed violari ius gentium, ac debitam induciis fidem, teſtatus. Qui quidem non omnino cauſam iniquam fouebat: quod vulgo Haydones à ſtipendio liberi, ex rapto viuerent: multas hoſtium nauiculas intercipe-rent: ſed Rex eiuſmodi latrones vagos ac prædones, à vi prohibere vix commode potuit. Tandem noua quadam permotus iniuria, decem millium exercitu coacto, Capos Vyuarum, defectione ſociorum, capitur: Babocza nihil grauius experta, proditione ſe dedit. Idem fore de Zygetho ſperans, egregie fallitur. Etenim illam,

illam, præfecto adhuc Ladiſlao Kereczenio obſeſſurus, ad colubrinæ iactum caſtra facit: acceptoque per medium tentorium magni ponderis globo, retroceſſit: quo noſtris omnis metus demitur: ac inanis Turcarum admiratio efficitur. Bis enim leuiter congreſſi, trecentos Turcas animoſe necarant. Atque conſtituerat Thvigon Zygethenſes tormentis quoque aggredi: niſi hortatu ſuorum & periculis conſtantiaque noſtrorum, ne Cæſaris in ſe iram infecta re deuocaret, perterritus, conſilium mutaſſet. Conſequens hyems pace dubia nihil hoſtiliter edidit: donec Cæſar ex Perſia reuerſus, qui & ipſe antea Regem non ſemel de crebris iniuriis monuerat, ineunte vere, Alybaſſam in Vngariam expediit: ac iniunxit, Budam niſi Zygetho prius capto minime ingredi auſit. Qui Baſſa in Sirmia aliquandiu moratus, Regi obſidionem ſuperbiſſime prænunciarat: reſponſumque tulit, non de iure id ipſum facturum: cum ſuos interpretes apud Cæſarem habeat: veruntamen, ſi aliter nolit, ad defenſionem ſe coactum deſcenſurum. Baſſa ſubito accitis ad obſidionis ſocietatem aliis, XX. Maii, cuſtodiæ arcis & oppidi Marco Horwarth Kereczinio ſublecto, præfecti DeruisBego Quinqueeccleſiarum, AmharBego Baboczienſis, NazusBego Coppanienſis, veteranorum ingenti numero, contra Zygethum, ad interuallum vnius milliaris, conſidunt: ac de ratione obſidendi, reque bene gerenda, inter ſe ſolicite conferunt. Neque enim eos latebat fortitudo, & præſens propugnatorum, quorum vim toties experti fuerãt, animus. & decreuerat Marcus, ſociis iureiurando in omnes euentus ſibi obſtrictis, integra fide iſtic aut mori, aut impetum velle ſuſtinere. Mouebant hoſtes non parum loci quoque ſitus, & munitiones. Etenim Zigeth ab Antemo quodam genere ac opibus illuſtri poſita in loco plano eſt, eoq; paludoſo: quæ à Septentrione lacum adiunctum habet: vnde triplici foſſæ ac vallo arcis, itemq; oppido, aqua opportune circumfunditur. Ad Occaſum ſatis amplum ac frequens oppidum, & illud ſubterraneis cuniculis importunum cernitur: propugnaculis pſertim duobus arx non parũ tuta: aggeribus etiam ſubitariis, de virgultis terra coactis, ad ſpeciem plus, q̃ neceſſitatem, exſtructis formata. Præſidium non quidem firmum admodum, ſed tamen vſu cognitum & exercitatum, duorum milliũ inerat. Equites CLXXX. horum dux Sebaſtianus Vylaky; reliqui pedites, & ſclopetarii expediti: quibus præibant Benedictus Topordy & Iacobus Ra- *Obſidio Zigethi, 1556.*

Digitized by Google

Obſidio Zygethi, 1556.

douan Vayda. Haud igitur ad oppugnandum temere feſtinans: colonos primum omni inuectione commeatus, & acceſſu ad noſtros, vt fieri ſolet, arcet. Non illi tamen ſemper conatus ſucceſſere: ſed noſtris omnib. ſaluis, repreſſi, & pleriq; interfecti ſunt: Mox præſentia Aly Baſſæ confirmati: qui X. Iunii ad luſtrandum Zygethum, nõ exiguis ſecum adductis copiis, aduolarat: ſed noſtri, vt animati eſſent, declaraturi, literas deditionem ſuadentes conuellunt: ac emiſſis vndique militibus, prælium à meridie in noctem extraxerunt. Haud parum ea pertinacia cõmotus Baſſa, de plaga meridionali tertio poſt die, arcem cum oppido circumuentam, nouem maiorib. tormentis aggreditur: ſed eo quoq; die ac ſequenti, nullo de noſtris deſiderato, quid animus & dextræ fortium iſthic heroum valeant, inimici obſeruarunt. Nocte obſidionis quarta, multa cura & labore ſua caſtra textis, ceſpitibus & terra inæquata hoſtis permunit: ac luce proxima propugnaculum minime contemnendum, quod Keſas Baſtiam vocant, colubrinis ſuis machiniſque vehementer infeſtat: dumq; ſe cupidius extra caſtra eiicit Rodouanus, cuius præcipue virtus in defenſione conſtitit, quinquaginta ſclopetariis expeditis, quamplurimis vitam eripuit. In oppidanis vt magnum eſſe præſidium ac ſpem obſeſſis aduertit; eodem die pilis flammam inferentibus, multas ædes ſepium luto inductarum ab Ortu magnam partem exuſſit: arcis portam, & murum exteriorem prope templum ſine mora quatit. Sed labor omnis eius eluſus ac irritus fuit: niſi quod duo pedites tunc, & biduo poſt quatuor occiderint. Expugnato & ſolo æquato iam dicto propugnaculo, ac porta ipſius oppidi orientali: Gregorius & Michael Bykſith pilulis conficiuntur. Vigeſima prima Iunii nocte, beneficio Lunæ, ab Occaſu iuxta molas frumentarias, de limoſis glebis terra & ſimilibus ex vſu tormentorum opera extruit: In quæ noſtri mane, omnibus machinis & globis non minutis, ea vt ipſum commoditate arcerent, ſine aliquo euentu conati ſunt.

Eodem die ad eripiendum oppidum ſe omni vi & artibus comparat. Et quia iam ante illud multo maxima parte ruinis vaſtarat, viamque igni patefecerat: completis paulo ante ingenti ſtrue lignorum foſſis, quæ vix decem millia plauſtrorum ſuſtinuiſſent, quater in oppidum penetrat totieſque reiectus, materiem noſtri ſtatim incenderunt. Quinto demum, cum pertinaciſſime fureret, noſtri in

arcem

Digitized by Google

arcem ſecedunt. Aduerſarii oppido vtcunque potiti, ibidem ſua vexilla contra arcem paſſim erigunt: vallari opere ac foſſis cuncta circumducunt. Et quoniam iſtic hærere diutius ſine maximo noſtrorum periculo nequiuiſſent: ſupplicatione ab inſeſſis publice decreta, ſacriſque rite peractis, occulta quadam & hoſtibus ignota via erumpunt: ac hoſtem oppido iterum feliciter, octingentis ſublatis, exigunt: vbi Naſus Begus Zancziacus terribilis Coppanienſis, cum aliis aliquot Begis, interiit. Quin etiam Amhat Begus ſclopeti vulnere diſceſſit: viuus etiam captus Agha. viginti nouem inſuper capita præciſa, inque arcem illata. Non tamen hoc ipſum ſine noſtrorum clade & moleſtia contigit. Etenim genere ac virtute nobiliſſimi quidam equites non ſine luctu & communi omnium dolore amiſſi: quos inter præcipui, Georgius Macedonay, Georg. Palady, Ioan. Hagmaſy, Ioan. Hozthory, Georg. Zekel vna cum Vayuodis, & peditum non paucis ductoribus, occubuere. Vulneratus etiam tum Rodouanus cum aliis quibuſdam fuit: ſed opinione celerius curatus, ſtrenue rem geſſit. De Coppanienſi Zanczyako illud obiter addendum; fuiſſe hominem vaſto corpore, & Herculis prorſus audacia: qui cum auidius cædi cum aliquo ſucceſſu eſſet intentus, & ne quidem alios decem metueret: quidam ex Haydonibus, velut Dauid contra Goliad, minimus, ſaltu in eum ex improuiſo facto, gladium incuruum per medium abdomen & totum ventrem eius inflixit: vt exanimatus inteſtina ſimul ederet. XXII. Iulii turrim hoſtis interioris arcis, quæ Occaſum ſpectabat, atque adeo cunctas munitiones inuſitatæ magnitudinis tormentis quatuor, aliiſque minoribus, haud ſine morte quorundam è noſtris, grauiſſime concutit: ac ſub noctem, prope defenſaculum Henyey, extra tamen oppidū, aggeres eiicit: nocteq; obſcura, machinis æneis inductis, eandem turrim, cum porta lapidea, &, qui intercedebant, parietes proſternere, ac in planum deducere contendit. Inde aliquo ſucceſſu rem contentus vrſurus ex aduerſo arcis, pro porta oppidi, longe lateque vallare, & mirabiliter ſe firmare incipit. Duo ſolum aperta loca, quibus ſe emittat & recuperet, reliquerat: alterum ab Occaſu, molendinum verſus, ſub aggere, quo aqua ex palude, velut alueo, in oppidi & arcis foſſas intus lignis expleturus, & margini æquaturus, materiem operoſe congerebat. Hac occaſione tutius XXIV. Iunii totum diem ſulphureo puluere ac globis

Obſidio Zigethi, 1552.

Obſidio Zigethi, 1556. in defenſores, quibuſdam peditibus occiſis, ſæuiit. Die ſequenti, eodem ipſo modo, aliquot peditibus ereptis, foſſam aquaticam, in qua non exigua noſtris ſpes relinquebatur, turbant: vtque locus in ſicco deſtitueretur, omnes ſategerunt. Triduo poſt alio aggere & vallo è regione arcis excitato, vniuerſas communitiones labefactare ac diruere ſuo vulnere decreuit: vbi proxima luce quinque ſclopetarios è noſtris ſuſtulit. Quinque interpoſitis diebus, cum aliter ſe profecturum diffideret, interfectis Georgio Kiſdezy, Demetrio Theſſeny, & Petro Petrudy: ingentem vndique materiem è duobus angulis laborioſe cogit, qua foſſam arcis expleat. Sed quod ille ab Ortu comportarat, hoc eſt, viginti millibus plauſtris, Deo propitio, & ſacris perpetratis, obſeſſi; larido, pice ac puluere compactis variè pilis totum exurunt. Quam ille flammam prohibiturus, ſeptingentos non ſine Chriſtianorum etiam ſanguine amittit. De noſtris, quorum gloria & virtus inprimis conſtabat, moriuntur Nicolaus Gernel eques, Stephanus Balogh decurio, pedites non obſcuri ſex: paulo poſt etiam Franciſcus Keſas vita fungitur. Vbi igitur cuncta ex ea parte hoſtis fore vana præuidet: conſilium idem nocte proxima repetit: & ab Occaſu xx. millibus plauſtris, vt aiunt, ligna conuecta, in foſſam contra angularem molem deturbat. Sed ibi quoque Deo immortali volente, conatus ſubdita flamma conſumpti, ac hoſtium quadringentis extinctis: è noſtris cadunt Lazarus Nagh, cum aliis duobus, Martino Radouany adoleſcente, ac Valentino Thoty. Die ſequenti, multis eius promiſſis atque illecebris denuo à noſtris refutatis, quod arcem humilem ac plano in loco vluoſoque ſitam videbat, iterum in foſſas ligna cum terra, vt facilius in muros euadat, obnixe deiicit; & ex aduerſo duorum angulorum terra plenos corbes aliaque texta ordine triplicato erigit: quæ ſuper ſaccos pariter completos imponit: ibique ſpaciis ex commoditate ſclopetorum relictis, Ianizari ex alto in noſtros crudeliter agebant: & qui faces arci ſubiicerent, paſſim latebant.

Non ſecus ab Occidente contra alterum angulum, eodem modo loculis aptitudine ad eiaculandum ſibi conſtitutis, X. Iulii Ianizari fuere moleſtiſſimi, & quidquid ſpacii foſſa inter eos angulos tenebat, terra induxerant: ibidemque Caſparum Bathaſeghy grauiter vulnerant. X I I. Iulii per noctem ex oppoſito arcis lignis ac terra

terra colles proponit, vnde omnis generis vi tormentorum ad *Obſidio Zi-*
expugnandum incumbat. Mane interiorem arcem cum eiuſdem *gethi, 1556.*
operibus, & exteriorem vna cum propugnaculis euaſtat: non paucos virtutis ſpectatę equites ac pedites fortiſſime obnitentes eripit: ac ſi vnquam antea, tum certe fuerunt totos quinq; dies, haud ſine damno ſuorum, telis noxii: vt à Rege, ſimul & Comite Palatino Thoma Nadaſdy ſubſidium rebus afflictis implorare fuerint coacti. Verum noſtri quoque poſtea ingens Turcarum illud ex terra & aculeis tumentibus opus, ad portam, quo illi refugiebant, editum, muralibus tormentis, vbi ſeptem noſtri pedites ceciderunt, ſerio ſternunt: dum penitus molem deiecerint: adeoque ligna, quę non cepiſſent decies mille currus, foſſis ingeſta, duobus in tanta vi è noſtris ibi relictis, concremarunt. Die vigeſima continuus tormentorum vſus, pilarumque coniectus vtrinque durauit: dumque ita ſtrenue ſeſe noſtri obiectant, vigeſima prima die nocte tormenta & machinæ hoſtium Quinqueccleſias verſus commouentur: & Baſſa, occaſione Babocz ienſis obſidionis oblata, de qua alibi dicetur, eo recurrit.

Cæterum vigeſima ſexta die eiuſdem menſis, cum noſtri liberatos iam ſe, refectis ſubito maximis ruinis, putaſſent: ecce ad obſidendum, accepta memorabili ad Baboczam clade, animum hoſtis reiicit: & à Septentrione prope ſyluam Hazerduu dictam conſidit. Cuius caſtra tormento omnium maximo Zygethenſes tecto metu pertentant: ac eruptionibus crebris numerum hoſtium proſpere minuebant. Quo ipſo die, militari audacia & ſingulari certamine MARTINVS HORVATH quendam Turcum glorioſe ſuperauit: eiusque capite à ceruice liberato, incolumis ad ſuos rediit. Dum hęc fiunt, nihilominus ab ortu hoſtis ex inſidiis & latebris furenter & latebris furenter agit: ſed omnis victoria noſtris incruenta euaſit. Poſtremo quaſi noſtros animis deiecturus, vniuerſa caſtra & furorem Aly Baſſa vigeſima ſeptima Iulii ſub caſtrum admouet: ſed hi audaciſſime rem defenſuri, penes Baſſal ſe effundunt, ac feliciter pugnam edidere. Neque tamen cœptis inimicus abſtitit: ſed velut obſidionem continuaturus, aggeres ſubitarios erigit: pilæ magnum arcis ſpacium pertundunt: nunc extrema minatur: nunc aureos montes, libertatem amicitiamque Cæſaris memorant: ſed citra moram noſtri congreſſi, ac

Digitized by Google

Obſidio Zigethi, 1556.

fugientes inſecuti, cædem auſpice Deo luctuoſam illis faciunt. Sequenti die iterum cominus cum illo noſtri agendum rati: octo horarum certamen contrahunt: nec vnquam ex combuſto & iam deuaſtato oppido intra arcem compelli potuerunt: & ſi quando in deſerta opera hoſtis cum ſignis incurrebat, ilico reiectus, in caſtra ſua & latebras complurimis amiſſis repellebatur. Quamobrem idem nocte proxime ſequenti, non deſertum ac indefenſum fore Zigethum arbitratus: quod per eos quinque dies vnicum tantum è Chriſtianis cæſum audierat: obſidionem ſoluit: tormenta & omnis generis machinas bello idoneas de locis aufert: ac vniuerſus exercitus fugæ modo Quinqueeccleſias properat: noſtri vero plus quam decem millia in ſe globorum excuſſa, diligenterque collecta, ſeponunt.

Atque hic fuit exitus & finis, quæ initio longe maiorem vim ac periculum minabatur, obſidionis: ideoque metu, quo magno tenebantur, liberi, & obſidione graui à Deo exempti Zygethenſes, ſum̃o ſuo patrono & defenſori cœleſti gratiis rite peractis, non parum laudis merito ſibi compararunt. Iam vero qui ex noſtris paſſim & promiſcue ceciderint, ſingulorum nomina vt referantur, non duco neceſſarium: illud conſtat, hoſtium ad duo millia, & amplius cæſa: de noſtris vix centum & ſedecim extinctos. Hæc breuiter, quid ſingulis fere diebus geſtum fuerit, notaſſe ſufficiat: cuius omnis victorię ac laudis, ſecundum Deum, ac pientiſſimum Regem Ferdinandum, maximam partem induſtriæ Marci Horuath iure tribuendam cenſeo. Qui etſi globo ictus, quem teſtem adhuc voluntatis pręclaræ in crure defert, aliquantum valetudinarius fuerit: quod tamen ſua virtute ac neceſſitate dignum exiſtimabat, nihil vnquam prætermiſit, aut neglexit. Quem non iniuria ſibi quidam
locis qui periculoſis cum auctoritate & cuſtodia præſunt,
ad imitandum proponere queunt, & gloriam
regiis auctam pręmiis comparare.

MDLVI.

Rerum

Digitized by Google

Rerum contra Turcas in Pannonia ad Baboczam & Sigethum Anno M. D. L V I. *geſtarum Narratio,* *Res ad Zigethum geſta,1556.*

Auctore

Wolfgango Lazio *Regio hiſtorico.*

CVm inducias quinquennio elapſas Turcarum tyrannus Ferdinando Regi renuntiaſſet vt qui iam pridem patefacere ſibi viam omnem in Auſtriam, Stiriam, atque Carniolam cogitaſſet: extemplo munitiſſimum caſtrum, haud procul Quinqueccleſiis ſitum, Sigeth nomine, quod ſolum in medio hoſtilis agri in fide Regis virtute pręfecti manſerat, obſidione cingere cœpit Calendis Aprilis, Anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto. Quod vbi Regi inclyto allatum eſt: qui tum aduerſus contumacem quendam in Comitiis Hungarię proſcriptum, & qui in Tranſyluania res nouas moliebatur, iuſta arma parabat: Comitiis prouinciarum ſuarum hinc inde tranſactis, qua potuit celeritate atque fide, oratores etiam petitum auxilia ad proceres Germaniæ, qui tum apud Ratiſponam conuenerant, miſit: Et ne mora præſentibus obeſſet, collecta ex cenſu pecunia, & quod in proprio fiſco ſupererat inſuper elargitus, militem duobus in locis ſcribere pergit: dato negocio Nicolao à Bolwila Alſatiæ impigro homini: vt per Sueuiam ac lacum Acronium legionem peditum (Regimentum vocant) in verba adactam, magnis itineribus Viennam deduceret. In Auſtriam interim aliam Theodoricum Marcellum ſcribere iuſſit. Ipſe cum paulo ante prouinciarum ſuperiorum in OEniponte, Auſtrię vero inferiorum apud Viennam, & Hungarorum Poſonii conuentum abſoluiſſet: nondum elapſo Aprili, Pragam Boemię maturauit: vt in communia belli conſilia, ſuppetiaſque tam neceſſarias, eius quoque regni incolas pelliceret. Id cum feliciter ac magnis ſudoribus, ac infra dignitatem etiam corporisque vires tandem confeciſſet: nihil antiquius habuit, quam vt obſeſſos in Sigeth caſtro, quam primum obſidione, quæ iam in multam æſtatem trahebatur, liberaret. In eius conſilii exitum, equites cataphractos iaculatores (quos Nigros nominant) ad ſummam CCC. ex Auſtria contractos, & leuioris armaturæ Hungaros (quos

Digitized by Google

Res ad Zigethum geſtæ, 1556.

(quos Huſſeros vocant) pene mille, in Hungariæ mediterranea prę̨miſit: vti ad Caniſiam in finibus Styriæ & Hungarię peditem prę̨ſto!arentur, & quos prouinciæ cæteræ Auſtrię armare equites iuſſæ fuerant.

Dum hæc in Pannonia ſecunda aguntur, THEODORICVS MARCELLVS cum ſua legione & equitibus Hungaris, grauisque armaturę Germanis haud paucioribus D C. aduerſus Bebecum, qui Auſtriæ agrum vlteriorem infeſtum reddere haud deſinebat, pene ſub exitum Maii menſis, mouit, & ex itinere aliquot in finibus Caſſouiæ ac Cepuſii munitiores Bebeci arces in deditionem accepit. Quo tempore, adulto iam Iunio, altera etiam legio, quam Boluuilerus ex Sueuia adduxerat, ſe cum vtriuſque generis equitibus ad Caniſiam coniunxerat: & nulla interpoſita mora in hoſtilem agrum tranſgreſſa adſcitis leui Hungarico equitatu, & perpaucis admodum grauioris armaturæ Auſtriacis equitibus, & Styrenſibus, Baboczam munitum caſtrum, quod ſuperioribus annis Turcæ nobis eripuerant, quatuor milliariorum interuallo à Segetho diſſitum, obſidere cœpit: eo conſilio, vt hoſtem ab obſidione Segethi remoueret. Cui etſi conſilio euentus reſponderit; animaduerſum eſt tamen poſtea, haud ſine periculo id noſtro factum. Quippe, vt fit, vbi de exploratorum fide dubitatur, prius ad Baboczam Turcæ conſpecti ſunt: ac machinæ loco edito, & vnde commodiſſima in noſtros erat iaculatio, locatæ fuerant: quam fama in caſtra de ſoluta obſidione Segethi perueniſſet. Cuius rei vtpote ſubita trepidatio magnum attulit terrorem: tempeſtate præſertim tormentorum obrutis noſtris impeditisque ordinibus: & quod eques lę̨ſis equis, aut omnino etiam ſublatis, haud parem audaciam ad præliandum conferre videretur. Ibi in eo ancipiti caſu Comes Serinius Croata, qui Turcas primus aduerterat, & procurſando præludium prę̨lii fecerat; vir omni expectatione virtutis bellicę ſuperior: NADASTINVS item ac PETHIVS Hungari, cohortati expeditioris armaturæ equites, ne victi metu tempori deeſſent: docent, quantopere regni communisque ſalutis interſit, ſi adſiſtentes Germanis memorabilem eo die de hoſte victoriam referrent: cuius memoria magnam ſibi auctoritatem, magnosq; ſpiritus in re militari adiicerent. Nec minori animi præſentia, eo in conflictu

& Bol-

Digitized by Google

& Bolvvillerus pedites ſuos allocutus, vt parem virtutem ad cōmunem neceſſitatem conferrent, cæterorumque famam facinoraque, & locum imitarentur, rogabat: victoriam facilem ſæpe numero ex rebus difficilimis accidiſſe: accomodarent animos modo, ac corpora pro patria & auita nationis gloria obiicere periculis non horrerent. Itaque cum toto die extracta pugna eſſet: & ad virtutem noſtri nihil reliqui feciſſent: non ſemel denique in proximas paludes, quas ſtagnās aqua Rynniæ, fluuioli efficit, Barbaros conieciſſent: poſtremo tamen deſtituti puluere tormentario, & quod expediri in his turbis machinæ Regiæ, quæ procul aberant, citra diſcrimen non poſſent, cedere Turcis coacti: qui & numero, & loci commoditate ſuperiores fuerant: quorumque res ob expeditas exoneratasque feliciter machinas haud dubie firmiores tunc erant, pedem ſenſim referre occipiunt. Ne tamen pauoris opinionem hoſti darent, quando in eam fortunam res recidiſſent: capientibus id conſilij ex tempore ducibus: Babocz am caſtrum, quod diximus à noſtris obſidione fuiſſe cinctum, ex diſceſſu adorti ſunt, ingētibus animis: & non ambigitur, ſi pulueris tormentarii tum copia adfuiſſet, vel tunc circumdatis ceu ad ſpectaculum Turcis, expugnaturi caſtrum fuiſſent. Ita accidit ſæpe numero, vt fortuna ad vtrumque victoriam transferat, quo bellum extrahatur: animoſque nunc horum, nunc illorum ad virtutem accendat. In eo diſceſſu accidit res incredibilis: quod non omnino trecenti equites Auſtriaci (quos Nigros vocant) cum vniuerſa pene Turcarum multitudine congredi auſi: dum nunc eminus, nunc cominus exploſis ſclopetis inſequentes à tergo morantur, cædem ingentem fecerint: coniectiſque in fugam hoſtibus, adiuuantibus leuis armaturæ equitibus Hungaris, viam ſalutis ſuis primi oſtenderint. Ita ſine iactura Czorgam reducitur exercitus: machinæque omnes incolumes ex via recipiuntur. Deſiderati ſunt tamen ex noſtris, qui eo die ad veræ laudis famam contendebant, præter gregarium militem plerique magno loco viri; ex quibus præcipui, & quorum nomina poſteris celanda non reor: Nicolai Bolvvileri frater Germanus, adoleſcens ad magnam virtutem expectatus: Steinprēnius Alſatus Præfectus caſtrorum: Sigerſdorfius Tribunus peditum Styrienſium: quorum duo primi ictu tormenti oppetiere: tertius iugulatus dicitur. Egenolphus Cellenſis, ciuis ad lacum Acromium, ſigni vnius Germanici Tribunus, non quod primus in diſceſſu eſſet, ſed quod ante ordines in oppugnatione Baboczæ, milites ad virtutem hortaretur, cum aliquot aliis ſui loci laudiſque ſtrenuis

Res ad Zigethū geſta. 1556.

q homi-

Res ad Zigetkū geſtæ, 1556.

hominibus, gregariiſque milites, ad ſummam, vt putant, CC. in ſeruitutem longe fœdiſſimam ceſſere. Occiſorum, quos CCC. aut paulo minus autumant, Barbarus maiori ex parte capita præciſa ac longis contis affixa, Segethinis poſtea exultans, nequicquam oſtendit: vt opinione ceu relatæ victoriæ animos tandem obſeſſorum expugnaret. Sed nec hoſti incruenta illa victoria fuit: ſi modo victoria appellanda eſt: in qua maiori ac meliori parte exercitus amiſſa, captis primi nominis Satrapis, loco inſuper cedere coactus eſt: vſque adeo vt cognitum poſterius fuerit explorata à transfugis fama, nunquam alios æque tot bellatores viros Tyrannum amiſiſſe, quos adhuc deplorat. Ipſum præterea Baſſam, cæteroſque omnes Turcas inſolito terrore perculſos, ex illo nouo genere equitum Nigrorum, quos patrio ſermone Diabolos nuncupant: pluſque ignis euomere illis, globoſque coniicere vnum in plures ſuæ gentis ab experimento condunt, quam acinacibus ſuis nocere olim Chriſtianis potuerunt: quos tanquam deinceps inutiles è conflictu abieciſſe quidam memorantur. Dum hæc ad Baboczam fiunt; interea factus certior Rex Ferdinandus de reducto atque incolumi exercitu, deque virtute cuiuſque ſingulatim cum inquiſiuiſſet, quot laboribus periculiſque perfunctus quiſque foret; Comitem Serinium præſertim & Bolvvilerum peditum Legatum, qui eo in conflictu ſclopeto in pede percuſſus fuerat, Othonem Henricum à Puechaim, item Rubrium & Gilium Auſtriacos, qui equitatum trecentorum duxerant, ob res præclare geſtas, & quod conſenſus militaris in hoſce vt primos victoriæ auctores ſalutiſq; cuſtodes inclinaret, liberaliter proſecutus ſermone & ſcripto, ornamentis condignis condecorauit: & ad exitum belli intentus Boemos & Morauos excire pergit: qui tum forte mille equites iaculatores, quos Nigros vocant, in Morauia armabant, deſignato delectus loco ad Straczniζam, haud procul Auſtriæ Hungariæque finibus; ſimul filium Ferdinandum Auſtriæ Archiducem, è Praga, vbi regiam is tenet, euocatum, huic tantæ atque adeo repetitæ expeditioni Imperatorem deſignat, quo ex auctoritate nimirum animi militum confirmarentur; ac in ſpem certam victoriæ optimus quiſque excitaretur. Qui antequam copias omnes apud Viennam educere in aciem potuit; Turcæ Segethum caſtrum denuo, ac eo quidem grauiori obſidione cingere pergunt, quo ceu exploratam ſe iam victoriam habere confidebant; oſtenſiſque his, de quibus diximus capitibus occiſorum, in leui prælio tanquam ſpoliis quibuſdam atque trophæis, nunc amice ad de-

Digitized by Google

ad deditionē, nunc decuſſis parietibus, geminatiſq; oppugnationibus hortabantur. Sed eluſit omnes hoſtis tam atrocis minas Præfecti virtus (nec nomen quidem poſteros celandum reor, Marcum Croatam vocant) qui quantumuis fame affligeretur, penuriaq; non ſolum cibi, ſed pulueris quoque tormentarij laboraret; ad extremum nihilo magis tamen languido animo, cognita hoſtis calliditate; quod alij mortales rebus proſperis facere conſueuerunt; is neceſſitate adductus, ac pene deploratis rebus auſus eſt: quippe vltro facta eruptione, ad dimicandum cum præſidio ſuo proceſſit. Quod cum ſæpe, & id quidem feliciter tentaſſet, relatis identidē in caſtrum opimis ſpoliis, ac præda non contemnēda: ad poſtremum Halybaſſam coegit, qui Turcicis copiis præerat, & nullam partem nocturni temporis, tot menſibus, Segethinis conceſſerat; tot fruſtra exploſis globis; omnibus parietibus caſtri nequicquam quatefactis: vt diffidens rebus ſuis, cum prius in omnem partem mente atq; animo traheretur, minaſq; Tyranni formidaret; cuius dubio procul victima foret, ſi re infecta recederet, proiectiſq; omnib. rationibus, de diſceſſu conſiliū caperet. Ferunt Barbaro inſolitam Segethinorum virtutem, multiſq; retro annis non auditam audaciā lachrimas excuſſiſſe: adeo aduerſus opinionē expectationemq; omnem Segethi obſidio potentiſſimo hoſti ceſſerat. Quod vbi fama explorata ad Regem inclytum fuit perlatū; qui conſultando cum ſuis, nullā omnino eo bello intermiſerat operam: filium (de quo ſupra diximus) Ducē expeditioni deſignatū, vt grauiori bello occurreret, antequā nouæ ex Turcia, Seruia, Boſniaq; copiæ confluerent, maturius ad exercitum cum ſupplemento mittendum exiſtimauit. Qui ſub exitum Auguſti menſis, adſumpto equite Boemico Morauicoq; quem diximus in delectu ad Stracznizam mille numerū expleuiſſe; adiunctis etiam tribus ſignis peditū Auſtriaci nominis, ac nouis maioribuſque machinis, quas è Praga adduci curauerat; inuocato prius publica ſupplicatione numine diuino: quod cum omnibus caſibus belli, tum præcipue pro nomine & gloria eius pugnantibus adeſſe ſemper conſueuerat: egreſſus Viennam (quod felix & fauſtū ſit) ipſo ſolenni D. Bartholomæi Apoſtoli die, nō ſine lachrymis multorū, quas partim cōmiſeratione partim vi lætitiæ emiſerant: ꝙ tantum viderent Principē pro ſuis laribus ſaluteq; ſubditorū ſe deuouere: tametſi propter machinas tardiori agmine incedere cogeretur: primo tamen Septembri ſine omni maleficio eorum, per quos tranſibat, Comitatum videlicet Sapronienſem & Caſtri ferrei, ad

Res ad Zigethū geſta, 1556.

Digitized by Google

Res ad Zigethū geſta. 1556.

exercitum peruenit: qui ad Caniſiam in finibus Stiriæ hilaris aduentum eius in armis expectabat: progreſſuſque obuiam inſtructa acie, more militari, atque exoneratis cum machinis omnibus, tum ſclopetis ſingulorum, publicam eo die lætitiam teſtabatur. Erant in exercitu Archiducis celebres viri complures gloria rerum geſtarum: quorum Burggrauius Miſnenſis Henricus Dominus à Plauen, qui partem Boemici equitis ducebat, totius exercitus ſignifer conſtitutus fuerat: Carolo Czeretino & Barcouio reliqui equites Boemici Morauicique parebant. Cæteri, Franciſcus Comes à Turre, Iulius Comes Hardeccenſis, Erenricus à Konigſberg, Ioannes à VVeyſpriach, & alii complures ex nobilium Baronumque ordine, conſultanti principi operam dabant. Nec defuere, qui propriis ſumptibus huic tam honeſtæ neceſſariæque expeditioni nomina darent, è quorum numero & Fuggerus Antonii filius fuit, quinquaginta equitibus comitatus: qui omnes nullum non periculum cum tanto principe adire, nullumque adeo laborem ſumptumque ſuſcipere detrectabant: quo rem Chriſtianam, aduerſus tot ſeculis victorem crudelemque ac communem patriæ hoſtem, adſererent. Itaque cum in ſpem certam erectos Princeps ſingulorum animos videret: ne mora præſentibus noceret: Bolvvilerum, altero ab aduentu ſuo die: cum legione ſua, & equites Auſtriæ cataphractos cum aliquot alis expeditioris equitatus, ad præoccupandum munimentum Karothnam, trium miliariorum ſpatio ſeparatum à Babocza, præmittit: Qui in omnem euentum ac fortunam intenti, ingentibus id animis adgreſſi, primo ſtatim inſultu expugnant: tantoque ardore ſæuitum tunc fuit in illos, qui ibi præſidium agitauerant, Turcas Hungaroſque (vt multi coniiciunt DC. numero) vt iugulatis omnibus, vix duo in captiuitatem rapti fuerint. Hic rurſus Bolvvilerus egregii facinoris famam conſecutus eſt: cum pene ſine ſanguine, viginti modo deſideratis, abſque etiam operibus vllis locum natura munitum, præſidioque probe & machinis firmatum, momento temporis, cepiſſet. Ferunt à militibus aurum in ventribus Turcarum diſſectis tum repertum fuiſſe: quod illi deſperatis rebus, ne Chriſtianis cederet, re ſubita deuorauerant. Ita Karothna à noſtris recipitur: cuius rei fama perculſa reliqua, quæ in Babocza, S. Martino, Gereſgalio, Calamancia atque Sallia excubabant, præſidia omnia victa terrore, ſuccenſis caſtris, ac machinis corruptis effuſa fuga abeunt Quinqueeccleſias: vbi hoſtis ſubſidia ex Hungaria, Seruia, Thracia & Boſnia conuenire dicebantur. Sequitur

tum

tum eadem veſtigia fortunæ tam lætæ, qui Segethi præfectus erat, Marcus; ac cum præſidio ſuo ad S. Laurentium, Salliamque vſque, ac pene etiam ad ipſa mœnia Quinqueecclesiarum excurrit: occupatis iis, de quibus locuti ſumus, munimentis: ingentique præda abacta, ad ſuos victor reuertitur. Eiuſdem expugnationis occaſione, ingens etiam facinus auſus Adamus Gallus Germanus, qui Iaurinum ad confluentes Arrabonis tuebatur, cum ſuo præſidio & aliquot alis leuioris Hungarici equitatus, ſecus Danubium, Strigonium vſque depopulatis circum agris, excurſionem fecit. Quod noctis ſilentio adortus, prius inflãmauit: quam Turcæ ſomno ſepulti, id intelligere poſſent: quibus in ſtratis vt plurimum vagabundiſque per cæcas vias trucidatis, optimam prædam triumphans Iaurinum abduxit. Cuius præterea paulo ante eodem in bello alterum perpulchrum ſtrategema, non æque felicem habuit ſucceſſum: quippe centum rhedis Hungaricis, clam hoſtibus egreſſus Iaurinum, magnis itineribus Albam Regalem maturauerat: Neque ambigitur, ſi non ob nundinas frequentior tunc in ſuburbiis populus confluxiſſet, ſimili Albam audacia occupaſſet: abductis nihilominus aliquot millibus iumentorum, vt profectionis operæ precium faceret, incolumes ſuos in præſidium ex via reduxit. Ita accidit interdum, vt prudenter inſtituta pleraque, nullum tamen conſilii exitum conſequantur: nempe, quo bellum extrahatur, animos nunc horum, nunc illorum ad virtutem accendente fortuna. Sed redeo, vnde digreſſus ſum, ad Karothnæ videlicet expugnationẽ. Quam vbi nunciis Ferdinandus Archidux cognouiſſet: qui caſtris promotis ex Caniſia ad Czorgonem, Bolvvilerum cum maiore exercitus parte ſequebatur: lætus his belli primitiis, cum ſuis de reſiduis etiam conſultando cogitabat. Qui tametſi animos haberent, vlterius progredi, ac cætera in vicinia ante paucos annos amiſſa munimenta Veſprinium Cupoſuyuarum ſcilicet recipere; neque eo tam remiſſo & languido animo quiſquam eſſet, qui non grauiora etiam perferre vellet: non eſt tamen viſum, inconſulto parente inclyto Romanorum rege quidquam facere, aduerſus hoſtem præcipue omnibus dolis inſtructiſſimum: & qui vndique ex omnibus pene Pannoniarum Mœſiarumque ac Croatiæ latibulis excire militem dicebatur: atq; inſtructa iam acie à Quinqueeccleſiis Calamanzem vſque obuiam procedere auſus fuiſſet; ductis ſecum ingenti numero moleque machinis: exploratores inſuper complures in noſtra caſtra præmiſiſſet: qui LX. millibus armatorum exercitũ Tur-

Res ad Zigethũ geſta, 1556.

Res ad Zigethū geſta. 1556.

cicum conſtare, capti affirmabant: de quibus & poſtea, cum Chriſtiani fuiſſent, publice ſupplicium ſumptum fuit. Ne tamen remiſſius adminiſtrare hoc tam pium tamque neceſſarium bellum Archidux videretur, donec à parente certior fieret; Carolum Czerotinū, Bohemorum Morauicorumque equitum catafractorum ducem, cum ſuis exploratoribus circum loca vicina præmiſit, qui hoſtis conſilia ſpecularetur: ac ſibi technas nectere, & in armis eſſe viderentur; & quonam itinere intenderent, ad ſe primo quoque tempore referret. Is pacato agmine ad Segethum vſque excurrit: deque neceſſariis rebus ac Principis mente collocutus cum loci Præfecto: cum & rem frumentariam intuliſſet vberem, machinaſque plures nouas adportaſſet: paucis in hoc conſumptis diebus ad Archiducem reuertitur. Quo itinere haud procul abfuit quin in hoſtium inſidias incidiſſet: & iam ſublatis excubiis res in periculo vertebatur: ni ex priſtina bellandi conſuetudine conſideratior dux, totam eam noctem in ſtatione equitem tenuiſſet: Ita ſine damno ad Archiducem Czerotinus reuertitur: qui iam ſecunda caſtra, vt diximus, ad Czorgonem haud procul Babocza præmunierat, in omnem pugnæ euentum intentus, ceu mox exploratæ victoriæ finem impoſiturus: cum literis à parente certior factus, quid ſibi deinceps agendum eſſet: ne in diſcrimen exercitum ſuæ fidei commiſſum daret; diligenter ſecum perpendebat; frigore brumali primum omnium ex anni tempore incidente: penuria deinde rei frumentariæ quotidie magis increbreſcente: cum & militum corpora morbis ac laboribus, & vt prius æſtu Solis immodico, ita nunc gelu inſolito confecta, in regione Germanis ſemper aduerſiſſima, non ſatis ad profectionem longiorem idonea viderentur: Turcas denique ad Calmanzam lentius agere animaduerteret: qui non ſane magnam ineundi prælij audaciam præ ſe ferre viderentur: quod apud illos quoque ex ſuperiorum menſium depopulatione annona grauis eſſe cæpiſſet, & memoria facinorum à Nigris equitibus ſuperiori menſe editorum; tot inſuper amiſſis eo bello ſtrenuiſſimis viris (quorum vel Segethinos ſeptem millia occidiſſe ex transfugis auditum fuit) animos præter conſuetudinem remitterent: Itaque ſatis & ad gloriam ſui nominis, & regni vtilitatem factum arbitratus: ſi liberato Segetho, propter quod expeditio primum omnium eſſet ſuſcepta; ac cæteris ſuccenſis ſoloque æquatis munimentis, Babocza, Gereſgallio, S. Martino, Salliaque: quo patefactum iter Segethinis maneret ad commeatus inuehendos; victorem exer-

citum

Digitized by Google

citum, antequam iniuria illum cœli magis adfligeret, incolumem reducere ſtatuit: & longe chariſſimo parenti rationem rerum geſtarum reddere, qui apud Viennam cupidiſſimo animo filium reducem operiebatur. Toccaia expugnatio, 1564.

Ad cuius reditus commoditatem atque ſecuritatem iam antea Drauum amnem, ad confluentes Mueræ, nauali ponte iunxerat: per quem traducto exercitu, vt paluſtria loca ſecus Mueram euitaret, memor quod ex ſecundis rebus milites licentiam ſibi ſumere poſſent, immoderatius peccandi in miſeros colonos, bipartito eo incedere voluit. Cuius partem Bolvvilerum ac Czerotinum ſecus Arrhabonẽ fluuium in ſecundæ Pannoniæ agro, per eius confluentes, & Altenburgum ducere præcepit, ad Lythaæ pontes in auſtriæ Hungariæque finibus poſitum oppidum, vbi luſtrationis locus & dies dictus fuerat: Ipſe cum equitatus altera parte, & præcipue his, qui in comitatu ſuo fuerant, Hungaris præterea leuis armaturæ equitibus, è Kakherſpurgo Styriæ, vbi machinas ad ſequentis belli opportunitates reliquerat, per fines Styriæ, Hungariæ & Auſtriæ, Viennam maturauit: quo ſub exitum Octobris incolumis tandem peruenit.

De Expugnatione arcis Toccaiæ Anno M. D. LXV.
Narratio Auctore Ioanne
Sambuco.

CVM Ioannis Regis proles, Turcica cum Ferdinando Cæſare pace comprehenſus, in officio, nonnulla etiam affinitatis ſpecula, perſiſteret: vix eiuſdem pientiſſimi Cæſaris morte audita; ſuo ne, an maleuolorum conſilio, data (vt quidam aiunt) non minima per præfectũ Zathmarienſem Melchiorem Balaſſam infeſtandis Vaydæ pagis, decimiſque vinearum præter morem & conuenta exigendis cauſa: dum idem à cuſtodia fuit abſens; pacem violat: rebelleſque Zathmarienſes, accito Stephano Bathore de Somlyo, eius ſe ditioni aſſerunt.

Vayda Bathoreum, quem ad hoc non impigrum ratus eſt, quod antea id oppidum eius fuiſſet, cum paucis opportune ſubmittit, atque ingentem Balaſſi theſaurum, quem ex Riuulis confecerat, vna cum coniuge eius quatuor liberis concipit: non leui ad futuram obſidionem præſidio firmat: præſertim repertis iſthic

Tocaia ex pugnatio. 1564

iſthic munitionibus ac tormentis noſtrorum aptiſſimis. Cauſam Vayuodiani etiam non veriti obtendere, factumque excuſare: nihil eos periurij admiſiſſe; perfugam Balaſſi conſiliorum ſuorum & arcanorum præſidem, à Ferdinando inique, contraque decorum pacis ac leges receptum: indeque illum temerarium eſſe: odium è vicinia, effundere in eos ſolitum ad frequentes querelas nihil remedij factum. Hinc non ſperatum ciuile incendium, hoc diuortio inter optimum & conſtantiſſimum Imperatorem Maximilianum & Tranſſyluanum extitit: iuſteque ille motus, iam biennium fere vindictam tanto ſceptro congruam, non abſque magnis & alio conuertendis potius (ni cauſa & maieſtas cogerent) ſumptibus, duce Lazaro Schuendio, perſequitur. Valde inſolens fuit Maximiliano de capto Zathmaro nuncius: nec id à Vayda potuiſſet vnquam ſperare: vt tot beneficiis affectus; patrocinio non leui apud Ferdinandum parentem ſemper à ſe commendatus, & ſæpe excuſatus: hanc patrono gratiam referret. Luctus publicus erat: nōdum cadauer bene refrixerat: curarum moles intolerabilis: de pecunia pacta mittendaque Conſtantinopolim varia grauiſque deliberatio: de componendis Imperij negotiis, Comitiiſque ex more edicendis cogitatio: fratrum quoque ex teſtamento (quę leniſſime & facillime inter ſancte educatos & dicto ſemper audientiſſimos fuit) compoſitio: ſororum nondum matrimonia concluſa, & alia incūbebant: cum ille iniuria publice prouocare incœpit: ac omnibus conatibus tanto Cæſari per occupationes aliquam notam labem aſpergere. Sed non inermem neque imparatum inuenit: nec Senatus eius, quem inique nulloque ſuo merito irritarunt, bene expendit. Itaque cum præfectus huic vlciſcendæ iniuriæ, belloque ducendo idoneus præ ceteris Schuendius duceretur: hunc Cæſar, conſenſu regis Philippi, euocat: negotij reiq; proſpere citoque gerendæ omnem molem imponit; & quo minus is de nondum viſis regionibus, nec de inſuetis ſibi Vngaris dubitaret: addit Andream Bathoreum, cuius laudes cuiusuis veterum præconia ſuperant: itemque Melchiorem Balaſſam gnarum & in aduerſariorum rebus diu verſatum: tertium Gabrielem Perenium, qui fidus in omnibus & copioſus fuit comes. Exercitum ſine mora Lazarus Germanum non mediocrem in Scepuſienſem agrum deducit; augetur is Vngarorum fortiſſimorum numero, è præſidiis quoque euocato. Et quia Tocaium arx natura, arte & in Tranſſyluaniam aditu commodo, firmiſſima potiſſimū coniiciebatur, brumęque vis vrgebat celeritatem; neglectis aliis

leuio-

Digitized by Google

leuioribus in itinere caſtellis, hanc vt Schuuendius aggrediatur; à Balaſſa & aliis perſuadetur: cuius hic breuiſſime ſubiicio auſpicatam & ſubitam expugnationem. Pridie igitur Calend. Februar. M. D. L X V. nomine Maximiliani ſecundi Præfectus rei ſummę Schuuendius, mentis conſiliorumque Cæſaris bellicorum intime conſcius, adeoque ſummus in Vaydam iniurię vlciſcendæ damnique dati Imperator, FranciſcumPopendorfium cum tormentis aliiſque militię adminiculis neceſſariis, quibus is præerat, addito illi in tutum peditum ſigno, Caſſouia in oppidum Crunzium præmittit: vbi ipſum cum vniuerſo exercitu commode opperiatur. Itaque Calendis Februarii Schuuendius cum turmis equitum peditibusque diuina ſeſe ſpe commouet: eodemq; die Cruntzium peruenit: poſtero, vt expeditiores & coniuncti omnes ad obſidionem proficiſcerentur, ibidem ſubſtitit. Tertio die vniuerſæ copiæ Tocaium verſus promouent, proximeque ſequenti ad agrum & arcem, vt fit, præmiſſis velitibus Vngaris & Germanis ad explorandum ac male habendum dimittit: ac vt pro arce oppidulum Kereſtur, ad commoditatem rei gerendę, & acerrimum frigus à militibus fere nudis arcendum præriperent, in mandatis omnia perueſtigantibus & peruolitantibus Lazarus dedit. Quod noſtrorum conſilium etſi Tocayenſes impedire ſuo præſidio aliquoties, & oppidulum pro arce flamma corrumpere fuerint adniſi: re tamen vix tentata, fortiter à noſtris, & non ſine illorum cęde, ad portas noſtris vſque inſequentibus, fuere repulſi: eoque oppidulo obtento, facilius ſe ad expugnandi rationes inſtruxerunt. Nocte propter fluuium Bodrog aggere eiecto, tribus ad infeſtandas luto obductas ſæpes æneis apte inductis; die quinto defenſacula & turres, vbi pręcipua propugnandi ſupellex hoſtium extabat, decutere noſtri vehementer cœperunt: atque oppoſitis propius noſtris propugnaculis, eoſdem diuexare. Ea ipſa luce in colliculo ad Bodrogium amnem duobus extructis è terra molibus, inuectisque machinis quatuor ingentibus, in nudatorum ſtationes glandibus iteratis, tutiore hoſtem loco deturbant. Poſtero die ad eundem fluuium omni opera vallisque ſe noſtri præmunire pergunt: verum ob vim hyemis, terra ad opus importuna, foſſorumque penuria minimum proficiebatur: infracto tamen animo labore pertinaci ampliatis aggeribus, machinę imponuntur: cœcumque ac inſidiis promptum contra arcem fit munimentum.

Toccaia expugnatio 1564.

r Sexta

Toccaica expugnatio 1564. Sexta eiuſdem menſis, nocte intempeſta, inter Tibiſcum & Bodrogium alius excitatur vallus: cui maximis tormentis cauetur: hocque opere prior agger dilatatus ea ratione fuit: vt quinque muralibus mane ſequenti arcem frangere potuerint: illamque ſubſtructionem,& ad Bodrogium molem productam minacemq;, quæ præcipue ſpem impunitatis alebant hoſtes, noſtri duob. è locis totũ diem,cuniculis ſubiectis, deiecerunt: eadem via ſcalis & incurſioni aditus ita communitus eſt: vt eadem fortaſſis, vel inſequente die, modo niuium perpetua iniuria ventoq; inimico non fuiſſent prohibiti,in ipſam arcem inuaſiſſent. Vltra Tibiſcum ſeorſim Balaſſa egeſto tumulo,ſibi proſpexerat:aditusq; omnes & vias equitib. Vngaricis Vaydonibusq; inſederat:ſed duabus tantum mediocrib. ſerpentariis obſidionem premere iuuareq; potuit. Nec vero Gabriel Perenius,commoditate riuuli è Bodrogio amne circum Tockay à Nemethio circumfuſi, ceſſauit: variisq; inuentis fidelem expeditamq; operam contulit. Nona & decima die Februarii cum obſeſſi vndiq; grauiter ſollicitarentur: inſignis illa & vaſta præruptaq; moles procumbit: hianteque magno loco ad inuolandum, qui non putarant alteram eſſe in receſſu arcem,noſtris animus datus: remq; non ſine cæde ſua,paruo emolumento,vſi erunt: dum, cuius auſpicio ante omnia debebant moliri, Schuuendius arcano militem in foſſas tutumque reuocauit, inq; ſtationes priſtinas redegit: quod præpropera feſtinatione peditum ea irruptio infauſta cruétaq; acciderit: dum aliter,q̃ dux præmeditatus cum mora erat,iuſſeratq;,mœnia inuaſerant. Decimo die, à meridie hora ſecunda, quia vniuerſam fortaſſis oppugnationem vimque extremam adactum iri Nemethius, gener Emerici, Balaſſa veritus eſt: qui arcem alieno iure, tutelęque à Scherediis nomine,propriam vſurparat,cumq; præſidio tenebat:ad Schuuendium ſupplex mittit,orat:à tanta denique vi furoreque deſinat: ſpacium de deditione compoſitioneque cogitandi permittat: ſed conditionibus id nullis, nec temporis mentione, quamdiu conſultare velit, additis expreſſiſue. At Schuuendius Chriſtiani ſanguinis & commiſerationis memor, ad Solis vſque obitum, ſpacium concludendi concedit. ſed cum dilato reſponſo,fraudulenter non animo pacificandi, ſecum agi videret: noſtri repetito auxilio cœleſti, ſummis conatibus impreſſionem fecerunt: maximeque munitam inſanamque ſtruem illam, terraque ingeſta molem,

vnde

Digitized by Google

vnde acerrime reſiſtebatur, vna cum tormentario apparatu eripuit: inque abditam arcem, quæ foſſis, aqua, parietibusque cingebatur æquatis, ſuperſtites à ſtrage depulerunt. Quem in receptum etſi propugnator eo conſilio cum reliquiis ſe corripuerat: vt noſtris, quomodo cœperat, negocium lethale faceſſeret: eiuſque animi omnibus e faſtigiis & foraminib. palam ſerioq;, haud ſine noſtrorum ſanguine, ediderat indicium: conſiderata tamen victoria, ſucceſſuq; noſtrorum recenti, qui exteriorem arcem cum machinis occupatã tenebant: eademq; ſubſidia contra ſe obiecta compoſitaq; videret: præſertim eadem nocte muris ſine interuallo verberatis: cunctis in ſe adminiculis conuerſis, turriq; demoliendæ comparatis: denique hoſtes vocem precibus innixam, quod propoſitum tenere nequirẽt, extulere; cœpto vt ſuperſederent, colloquium noſtri admitterent, obſecrant: eſſe quod ſc. illis aperire velint, nec ingratum nuncium adferre. Quo illis à Schuuendio dato, aliquot egreſſi, Præfecti ſui Nemethii mortem ſignificant: ſclopeti vulnere ſecundum tempora accepto, pridie nunciant confectum: idcirco ſe diutius neque poſſe, neque velle eſſe pertinaces: & ſi pactis mediocribus poſſint, ab armis & defenſione deſiſterent, deditioniq; locum relinquerent. Ibi Lazarus ad ſummam cum illis tranſigit: licere hoſtibus ſolo gladio accinctis, aliaque omni ſupellectile bonisq; relictis, excedere. Quam victi accepere legem: inſuper eorum additũ precibus; licere illis herum ſuum, quo vellent, ad ſepeliendum deportare. Excedunt igitur ad CCCL. ſed magna parte vulnerati: ſacramento religioneque non violanda obſtricti: ne per id bellum aduerſus Cæſarem vllo modo & prætextu ſtipendia facere auſint: Atque ita Tocaium à Ferdinando antea bis, nunc à Maximiliano tertio receptum: præſidio frequenti, neceſſariisque impoſitis; ingenti omnium ad vſum parandorum ibidem copia reperta, tenetur: nec vllas trans Tibiſcum minas horret: quod firmiſſimum ſit propugnaculum; expeditumque in Tranſyluaniæ fines commeatum præbens: eaque loci natura, vt aquarum inundatione, hoc eſt, Tibiſci Bodrogiique confluente circumplexa, facile vim inſidiasq; externas auertere omnes poſſit. Nec ſane vnquam antea ita inſtructa ad reſiſtendum: nec tam valida oppugnatione (ſingulari Dei beneficio, primisque Cęſaris huius belli auſpiciis ſecundiſſimis) atq; nũc fuit recuperata. Siquidem Zathmarum hoſtis ſibi metuens, deſeruit: paulo poſt Ere-

Tocaia expugnatio 1564.

Digitized by Google

Giulæ exitium. 1566. dodium quoque, per Georgium Bathorem vix hoſtiliter tentatum, viis & aditu impedito receptum eſt: & progreſſus, (niſi vana ſpe de pace à Vayda per Stephanum Bathoreum legatione allata: dum ad maiores ſeſe apparatus in noſtros fortaſſis confirmarent) facillimi in Tranſyluaniam patuiſſent. Huius omnis victoriæ, aliarumque honor grateſque DEO Opt. Max. debentur perpetuę: quo ſine euentus omnes ſunt infelices. M. D. LXV.

De Giulæ exitu, Anno M. D. LXVI. *Narratio, Auctore Ioanne Sambuco.*

GIVLAM Bertah Baſſa, vi ſumma & ope niſus, omnino ſibi expugnandam, rebus Orientis pacatis, & ad offenſam noſtram comparatis, depopoſcerat: imo iampridem ad Zolnock familiaritate Kereczenii ſpem deditionis, eiuſque potiundæ haud obſcure deuorauerat. Mouerant eum nonnullæ ad tantum opus onuſque cauſæ: quod multis locis & partibus ſuos cruentiſſime paſſim acceptos tractatosque à Pannoniis cognorat: ac niſi tempeſtiua expeditione, qua leuia & anguſta quædam obſtacula velut auerteret, præcaueret; nullum interuenientium impedimentorum fore modum putabat: tum intellexerat ipſum Sultanum herum ſuum fruſtra iterum Zygethum aliquando tentatum, cum dedecore & capitis diſcrimine tertium impediturum: deque eo triumphum ad grauem ætatem, velut ſuarum præclare geſtarum rerum coronidem additurum: vti cuncta expedita per Hungariam poſteris forent: & in oras viciniamque Stiriæ ſimul & Germaniæ irreperent, veſtigiumque ponerent. Coacto igitur Bertah ex omnibus Natolię, Cappadociæ, Mœſiarum ditionibus vſitato milite: aucto eo paganorum quoque & tumultuariorum numero ad octoginta millia, Giulam aduolat. Caſtris metandis oppidi ſitum, Chryſio amne per foſſas tutum, definit. Primis conatibus lente omnia remiſſeque agit: conſilia noſtrorum explorat: vt amnem riuulis auertat, in ſicco oppidum deſtituatur, machinationibus accurat. Non diu ceſſandum ratus, amnem traiicit: obductiſque defenſaculis & prætextibus ſeſe ad foſſas valloſque proripit: è latebris noſtros infenſius petit: oppidanos ita exercet: vt diu furorem ſuſtinere ſe, abducta aqua, vix ſperare potuerint. Nihilominus ita reſiſtunt,

ita

Digitized by Google

ita leuioribus concertationibus occurrunt: raro vt ceſſerint, ſuoque periculo illi noſtros elicuerint. Sed quinta obſidionis luce, cum ſeſe noſtri impares perpetuis laboribus fatigari ve quererentur: in laxiorem & exteriorem ſe arcem, quatuor portis inſignem, textis ſepibuſque terra cohibita, & aggeribus circumfuſa, nihil ſibi metuendum, ſi intro ceſſerint, æſtimabant. Succendunt igitur oppidum: & nihil opportuni iſthic hoſti relinquentes, ex arce vehementius agere, inſultare, cædibus miſcere omnia occipiunt: vt hoſtium numero diminuto, horrendas minas & lanienam, ſi furere noſtri perrexerint, breui ſenſuros Turcæ dictitarint. Sed Turcam præbita ſpes deditionis animabat: conſcios, non diuturnam fore depugnationem; ſi pacta clam inchoata cum Ladiſlao Kereczenio valitura eſſent. Vtinam ad extremum per præfectos & nonnullos conſilii participes, eam præſidiariis virtutem animorumque præſtantiam exercere licuiſſet. Sed metu inani ab fidei deſertoribus vulgo iniecto, falſiſque rumuſculis de Zigetho occupata inſtructo: omnes videlicet adhuc obſeſſos: à Germanis nunquam ſubſidio liberatos: Schwendio negotium cum Daco & Tartaris futurum: Cæſarem ad Iaurinum caſtris motis laboraturum: Turcas vltro pacem offerre: aquæ ſubductam eſſe commoditatem: ſpectare iſta cuncta eos debere: ni ſanius & mitius quid cogitarint, ad omnium perniciem obſidionem exceſſuram. Hortantur ea re fraudulenter ſubordinari gregarios: ſæpe ad colloquia clam foras proreptant: vincunt bonis verbis, vti de arce quoque exteriore deſerenda ſenatum habeant: quo ſi ſe receperint, ſuaque conduxerint, tutiora omnia futura: eiuſque etiam opinionis eſſe Schwendium & Cæſarem iubere aſſerunt. Leges ad ſpeciem vocat præconis de conſtantia retinenda, omnis vt ſuſpicio cordatioribus eximeretur, promulgatæ conſiunt: ne ſcilicet vllæ literæ telo aut alia arte emiſſæ vel intromiſſæ accipiantur: ne quiſquam, ſi vitam amet, verbum de deditione cogitanda proferat. Sed falſæ, non veræ rigidæque fuerunt hæ leges, corruptæ vitio Præfecti, renitentibus palam æquioribus: inprimis vicecapitaneo Ioanne Gyzio & Stephano Glythi, peditum ductore, & aliis: qui dolum pridem ſubolfecerant: cæteroſque ad immotam fortitudinem firmabant: ſentire ſe quidem neſcio quid relaxationis in præfectis aiunt: Deo tamen votum iuſiurandum, & gloriæ officioque, quo inauctorati eſſent plus, quam cuiuſquam blandis & lenibus verbis, debere: à depugnatione

Giula exitus, 1566.

Giula exitium, 1566. auerti ſe patiantur, orare. Quibus monitis haud parum profeciſſent: niſi cæca quædam peruerſaque ratio præfecti, promiſſaque vana plus apud imperitiores potuiſſent. Semper, vt à multis audiui, Keneczenii ambitus, & ea præfectura Giulæ, tot muneribus, & precibus ob lucri amplitudinem expetita obtentaque ſuſpecta eſſe cæpit: præſertim quod affinitate Chriſtophori Bathorei, cuius ſororem priore matrimonio ſibi adſciuerat, ac Reguli Tranſyluani ſe tueretur. Non obſcure præ ſe tulit: eam eſſe vt authoritatem Bathorei apud Ioannem Sigemundum; huius, apud Solymanum: vt, ſi aduerſi quid Giulæ ingrueret, ſe eorum auctoritate & vinculo, citra omnis dedecoris labem, auerſurum: imo ſi vellet, hoſtium arma ſibi adiuncturum, & quiduis obtenturum. Quapropter cum Giula firmiſſimo equitum & peditum veteranorum præſidio munita, cunctiſque ad neceſſitatem & manus affluentibus copioſa eſſet: nec aliquid metuendum ſibi miles putaret: quod nullam vim integra interiore arce, ſeſe foris, præter aliquot loca patefacta, conſpicerent: tamen perſuadentur, vt in arcem vetuſtiſſimam quadrangularem tegulis latericeis, vnica pro porta turricula prominente, ad nullam offenſam conſtructam, confugerent: ibique ſecuritatem ſuiſque incolumitatem omnem ponerent. Res omnis ſuſpicionem intelligentibus auxit: digreſſus frequentes, clandeſtini commeatus diſplicuere: præſertim ad propugnacula ruinis hiantia: itemque aliquot dierum vtrinque admiſſa à vi ceſſatio. Sed pertinaciter probiores conſtant: vitam cum hoſte ſe permutaturos potius, quam vllo indicio in vllam deditionis rationem demiſſuros profitentur: idque ſe dextris comprobaturos: addunt, ſeſe denuo ſchedulam in caſtra hoſtium emiſſam deprehendiſſe: in auctorem lege capitali inquirendum, nec vlli parcendum. Ilico factum de ſchedula Præfectus excuſat: eſſe in hoſtibus exploratorem ſuum tutum Noſosky: quem ad colloquium ſalutare neceſſariumque acciuerit: ex eo ſe nuncium lætum accepturum: non vllo dolo animoque ſiniſtro ſe id commiſiſſe: meliora ſperent: ſeque vt purgaret, ilicet per præconem horrendam vocem iterandam: quicunque deditionis vel temere meminiſſet, correptum intra & extra muros, verberandum, laqueoque puniendum fingit. Cauſas vtcunque prolixius recitatas alii accipiunt: ſed inter ſe murmure agere: capita, vitam pro patria, Rege deuouere: circumſpecte agendum,

Digitized by Google

dum, inque omnes partes & angulos oculos coniiciendos dicere. *Giula exitium, 1566.*
Paulo poſt ſparguntur voces aduenturum Bathoreum: Bertah Baſſam amicitiam polliceri: integram, ſaluam Giulam manſuram: nec ſe cupere aliud, quam vt citra dedecus obſidionem laxet: dimiſſum iri præſidium conditionibus, quibus velint: ſatis eſſe depugnatum: nouem ſeptimanis inſanam vim expertos: Ambatum Temeſuaro ſcripſiſſe obſides dentur: cuncta fauſta mitiaque ſenſuros. Quibus quidem pollicitationibus quid non obiectum fuit? Nihilominus conſciis non nullis etiam Germanis (vt aiunt) res, obſiſtentibus nequicquam potioribus, in deditionem ornatam verbis, & promiſſis tolerabilibus: at poſt cæde cruenta exituque miſerabili præſtitis, datur. Perſcribuntur miſſis Kereczenio purpuris, & aliis literæ legeſque deditionis à Turca: intermittuntur Matthias Kereczeni cum aliis obſides, dum per Bathoreum cuncta definiuntur. Sed oblata incolumitas merito præfectum cum ſociis fefellit, ex diſciplina moreque Turcorum veteri. Nam vix ad X M. paſſus, reliquiis dimiſſis; relictis illic tormentis armiſque; ſarcinis in onerarios currus elatis: ecce Ianizari è latebris noſtros complectuntur: ſanguine, præda omnia replent; paucis admodum elapſis: quos adhuc præſtans virtus commendat: inque viuis, vt Ioannem Gyzium & Stephanum Fewlduarium, tenet. Ita perfidia pœnas in auctores redegit. Nam ſecunda die Septembris, arce ſuperiore nullam vim experta, deditur: cuius exitium quinta poſt die Zygethi amiſſio, cum triduo ante Solymanus ibidem animam euomuiſſet, fortiſſimique Nicolai Zerinii mors immortali memoria digna, conſecuta eſt. Cuius Herois exemplum vtinam bonus Kereczenius ſibi ad conſtantiam propoſuiſſet: priſtinæque ibidem virtutis memor, decus ſuorum, ſpemque præmiorum eſſet intuitus. Sed tamen tanta iactura, non exigua parte ſubito præterque omnem ſpem, per Comitem Eccium Salmenſem reſtituta ſartaque fuit. Is enim cum longius malum diſceſſurum, ſuamque cuſtodiam Iaurini in anguſtias coactum iri proſpiceret: memor Zerinii & ſui officii, aſſumpto Achate ſuo Georgio Thurio, Veſprimium cum Tata ab hoſte recuperat: vias & aditus infeſtos obſeſſoſque ad Iaurinum celeriter expedit: agros & fines cultoribus propagat: ad proſpiciendas & auertendas inſidias, ita inuia purgat: vt omni metu agricolas, & nobilitatem tot annis preſſam, opibus & proſperitate

tate

Digitized by Google

Zigethi expugnatio. 1566.

tate auxerit. In reditu Maximiliani II. qui ſexaginta mille exercitum ex vniuerſæ Chriſtianitatis ſocietate, Italicis, Gallicis principibus, & Germanis (in quo ad XVI. M. circiter equitum fuere) inſtruxerat, vti Zygetho ſuccurreret: nuncio caſus dolenter accepto: præfectoque Albenſi paulò antea intercepto: & capite Zerinii ad Iaurinum in caſtra miſſo, pompaque curato: cum Iaurinum rediiſſet; per Croatam, vt ferunt, ſubdito igne; damnum mercatoribus incendio ad ducenta millia aureorum datum: conflagrarunt ad centum ægroti & infantuli. Cumque ſua Maieſtas XIV. Auguſti hinc Vienna ſe mouiſſet: menſe Septembri, ſalua rebus & comitatu, Deo duce, dempto paſſim metu & periculo hoſtium, eodem rediit. Sed de his & Zygetho alibi copioſius dicetur M. D. LXVI.

Ioannis Sambuci de Zygethi expugnatione anno M. D. LXVI. *Narratiuncula.*

SOLYMANVS vltima ſenecta vindictam & aliquot iniurias perſecuturus; finem vt aliquando bello Pannonico imponeret: cum ei Tranſſyluanus in via, comitatu amplo & muneribus, ſe vt tutela quaſi abſolueret, priſtino tamen patrocinio foueret, occurriſſet: ecce ducentorum millium exercitu ad Drauum conſiſtit: cuius eluuies tam eſt importuna: vt viciniam ad mille paſſus interdum lacunis paludibuſque fœdet inundetque. Ponte igitur iam antea mandatu Tyranni, ſubditorum opera ſubitaria & promiſcua, longe ſtrato: ſexta Auguſti, præfectis caſtrorum Mechmeto, Hazan Bego, Karan Bego, Boſnenſi cuſtode, ad Soccloſium, prius Budenſi Orozlam-Bego ſtrangulato, aperte ab regione S. Laurentii imminet: cumque locum vdis & caricoſis impedimentis difficilem proſpiceret arcem duobus munitis oppidis & ſuburbanis, poſt totidem intus latentibus arcibus, & præſidio Zerinii dudum noti, aliiſque fortiſſimis heroibus, moleſtias ſibi præbituros Mahometo dixiſſet: primis diebus velitationibus noſtros fatigat: tormentiſque continuo in nouum oppidum directis, ita ſepes & cophinos exaggeratos concutit conuellitque: vt noſtri cedere, à ſe ſubiecta flamma, inque veterem ciuitatem fugere compulſi fuerint: quo vbi ſe iniecerunt ad vim inſecuturam depellendam mire ſe firmant: ad omnes aditus inſtruunt, ne quid furor hoſtium temere noceat. Interea propugnaculum ingens, terra effoſſa inque aceruum congeſta, quo machinas ſubleuent, e-

que

que alto in noſtros ardentius agunt, Turcæ procurant: vnde pluri- *Zigethi expugnatio, 1566.* mum damni, ac poſtea ruinarum manauit. Quare Ianizari ad inſultus vallo, cratibus & virgultis per paludes ſtratis, ad mœnia interiora, viaſque moliuntur: ſæpe dimicant, tamque inſane conatus vrgent: vt defenſores iam tum loco moturi, vehementer turbarint, metuque perculerint: dum XIX. die maius quoque oppidum importunitate ac vehementia ſua obtinerent, præcipua noſtrorum iactura: qui ſubſidii externi ſpem omnem dudum & alleuationis abiecerant. Tum certe præcipui milites ac Wayuodæ, vna cum omnis generis machinis, & ad ſuſtinendam obſidionem annona copioſa, periere. Hinc ſpe maiore ab oppugnatoribus concepta; dum nihil ad victoriam intermittunt: XXVI. die impetum in arcem exteriorem è propugnaculo foris emunito egeſtoque, faciunt: viam iniquam, lutoſam & vliginoſam quibuſcunque modis ad commoditatem explere & connectere inſtituunt: cumque ibi tanto furore dimicatum aliquot horis fuiſſet: eluſi hoſtes Baſſam cum innumeris aliis duobuſque ſignis cohortium, amiſere. Sed animos noſtris addiderat Zerinii præſentia: cuius dextera cum acynace, cruore hoſtium madebat. Hæc victoria, ſi quid aliunde foris auxilii admitti intro potuiſſet, noſtroſque à perpetuis iniuriis recreare: haud parum ad obſidionem producendam, dum Cæſaris caſtra propius acceſſiſſent, recentique milite laſſos fatigatoſque Turcas aut ſubmouiſſent, aut prorſus depuliſſent, opinionis ſpeique attuliſſet. Sed aduerſo fato cuncta illis mora & fatigationibus accidêre: intrepide tamen Capitanei omnem ſociis metum excutiunt: mortem ſibi propoſitam à Deo perpetua gloria enunciarunt. Donec ſeptima denique Septembris die, hoſtis numero ſuo, & recentium militum manu ſubinde obiecta, fretus: & quod celeritate ſibi opus eſſe, ob Maximiliani II. accurſum, videret: inſanis fulminibus propugnaculum præcipuum maioris arcis verberat: partibus diſſoluit: paſſim per texta & mœnia foramina ad conſcenſum pertundit: poſtremo ignem iniicit: quo correptis intus fere omnibus locis, ad pulueris vſque nitrati turrim, & conſumptis: primum Zerinio & ſociis fumus & ardor animum infregit: extremoque periculo in interiores receptus confugiendum animaduertunt. Sed eo quoque flamma penetrante: tandem ſubſidiis cunctis & ſaluis viis remiſſis, Zerinius concione ſuorum pectoribus vltima

Digitized by Google

Zygethi ex-pugnatio, 1566. tima corroboratis: exiliendum ex intima quoque arce cenſet: proque portis & foſſis ibidem fortiter cadendum. Quem conſtantiſſime heroes ſecuti, paucis ſuperſtitibus habitu mutato, reliquis: pulcherrima morte, exemplum poſteris, ſuique immortale deſiderium ediderunt: memoriam triumpho cœleſti conſecrarunt. Ita Solymano, qui triduo ante ſtomacho facto, & nonnullo metu tacto, luce exceſſerat, Zygethum ſuorum triginta millium occaſu, vitaque propria conſtitit: cuius obitus tectus, tacituſque ad inaugurationem vſque filii Selymi, prudentia cati MEHMETI permanſit.

De expugnatione Sigethi, totius Sclauoniæ fortiſſimi propugnaculi, anno M. D. L X V I. *Narratio M. Samuelis Budinæ Labacenſis. Ex Croatico ſermone in Latinum conuerſa.*

QVo animi ardore, & qua ſæuitia immaniſſimus Turca in miſeros Chriſtianos debachetur: & quam inſatiabili non ſolum furore, regnandique cupiditate, ſed etiam perpetuo & immortali odio motus, ipſos affligat opprimatque, ex magnitudine rerum ab ipſo geſtarum, neminem eſſe credo qui non intelligat. Cuius rei ſingulare documentum eſſe poteſt Arcis Sigeth, & arte & natura loci munitiſſimæ (nam vndequaque paludibus circumdata, & veluti immerſa, in finibus Sclauoniæ ſita eſt) expugnatio: quam non ita pridem ipſe Turcarum Imperator Solymannus ingenti cum exercitu obſeſſam & grauiter afflictam, non tamen ſine magna ſuorum clade, occupauit, ſuamq; in poteſtatē redegit: vt ex ſequenti narratione videre eſt.

Anno igitur poſt Chriſtum natum M. D. L X V I. Comes Nicolaus Serinius nobili & illuſtri loco natus, ex ſpeculatore quodam de Turcis certior factus, qui ad eum X V. Iunii venerat, exercitum Turcici Imperatoris prope Saraieuum ſe vidiſſe, qui ſe ad duo milliaria in longitudinem extendat, quem ipſemet quoque à longinquo inſecutus ſit: famam vero paſſim ſpargi, ipſum ad Sigeth vel Egar inuadendum expeditionem hanc ſuſcepiſſe: ad eamque rem ſe iam pontem apud Petram Vradinenſem Danubio iungi curaſſe: Nō multo poſt alius quidam ſpeculator ex Quinqueeccle-

Digitized by Google

eccleſiarum vrbe venit, literas ab alio quodam exploratore adfe- *Zigethi ex-*
rens: in quibus perſcribitur, Imperatorem reuera cum copiis egre- *pugnatio,*
di: ignorare autem ſe, quo vel ad cuius arcis oppugnationem. Hunc *1566.*
è veſtigio tertius ſpeculator ab Eſſeko, quod eſt ad Drauum amnem oppidum, ſubſecutus narrat: aduenisse iam eo belli quendam Præfectum, quem Begum nominant: qui præmiſſus ſit ceu prodromus, vt Drauum nauigiis traiiciat: cum eo quoque totam Boſnam Carambeium, hoc eſt, eius loci præſidem & belli ducem appuliſſe, atque in Sclauoniæ regione ex alia parte Draui infra Moſlauiam conſediſſe: quo autem tendere velint, ſe ignorare.

Poſtea etiam quartus explorator acceſſit: indicans, ſe prope Eſſekum fuiſſe, ibique multa nauigia ſupra ad portum, qui Ottonus appellatur, aduerſo Drauo tranſuehi Sicloufchum verſus vidiſſe: eo etiam in loco audiuiſſe, Begum, qui ex Imperatoris exercitu ſit præmiſſus, eius animi eſſe, vt Drauum nauibus ſuperare & apud Sicloufchum conquieſcere cogitet: ibi etiam maiores ipſum copias præſtolaturum ſe certo ſcire aſſeuerat: quo porro ſeſe recipere velit, omnes latere. Tandem alius ſpeculator ex Turcarum caſtris aduenit, pro certo affirmans: exercitum apud Ottonum conſcenſis nauibus Drauum tranſire: eoſque Turcas, qui tranſuecti ſunt, è veſtigio Budam contendere, & apud Sicloufchum pernoctare.

His itaque ſtrenuus & celebris Comes Serinus XVII. die Iunii cognitis, & quod Turcæ abſque vlla interpoſita mora ſeſe vltra Drauum recipiant, atque foris ſub arce Sicloufcho paſſim in agris nocturno tempore conueniant, ibique requieſcant: conſilium init, & mille pedites cum quingentis equitibus, vt fortunam experiantur, ablegat. Quibus tamen antea Caſparum Alapianum, Nicolaum Cobacum, Petrum Bathſchatiziam, Wolfgangum Praprutouitſchium, vna cum peditum ductoribus ſeu præfectis, quos Vayuodas vocant, præmiſit, mandans, vt fortunæ aleam tentent: & ſi quos Turcas inuenerint, prælio decernant, manuſque conſerãt: ſi vero eos deprehẽdere nequeant, vt tunc ciuitatẽ Sicloufchum expugnatione inuadant, aut incendant, omniaque diripiant. Cumque noſtri iam Sicloufcho appropinquaſſent; pręmittunt ad arcem ducentos pedites, & equos centum: quibus ſaltem iniunctum fuit,

Zigethiex pugnatio, 1566.

vt ſi Turcæ fortaſſis ſub pratis & planicie de equis deſcendiſſent, quamprimum reliquis ſignificarent, omniaque circumſpicerent, & ad ſuos deferrent. Et poſtea quam infra Silouſchum ventum eſt, recta ad Turcarum caſtra feruntur: vbi Machmet Begus vel Præfectus belli ex Theari conſedit: quem Imperator non multo ante ex aula ſua aſciuit: ipſique Theari Sanſakh, id eſt pomum aureum, quod vexillo apponi, & ab ipſo Imperatore Turcico, belli ducibus, tanquam ſignum beneuolentiæ, & ſummæ in milites poteſtatis dari ſolet, prope Byzantium contribuit: vtque exercitum tanquam prodromus præcederet, Drauumq; traiiceret, & in Quinqueeccleſiarum tractu immotus conſiſteret, mandauit: vbi omnes copiæ congregari, & Drauum ſuperare poſſent: præterea ne alio inde ſe transferret, donec ea de re Cæſaris mandatum acciperet, ſedulo fuit præceptum. Rebus ita conſtitutis, impetum noſtri in ipſos faciunt, ſummoque mane eos cædunt & diſiiciunt: magnumque Turcarum numerum interficiunt: quorum multi in ipſis paludibus & loco ſalebroſo arbuſtiſque conſito, nudi propemodum & interulis ſolum cooperti, fuga ſalutem ſibi quæſiuere. Præfectus etiam belli, quem Begum vocant, grauiter vulneratus, & fuga dilapſus, in eo lacu ſeu limoſo agro periit: Ipſius porro filius, & cum eo tres Turcæ, viuus in poteſtatem & manus noſtrorum peruenit. Auri deinde & argenti copiam, tentoria & equos noſtri vna cum opimis ſpoliis conſecuti, incolumes lætique arcem Sigeth maximo cum lucro repetebant: Turcicis inſuper rebus præſtantiſſimis & pecunia, octo Camelos, ſexaginta equos & quinquaginta mulos clitellarios onuſtos adduxerunt: atque ſex plauſtra omnis generis ſpoliis, quæ à Turcis adepti eſſent, impleuerunt. Nobiles etiam Sigethani oſtro & auro contextis veſtibus, & tunicis precioſis pellibus ſuffultis indutis, ſummo animi cum gaudio Sigethum reuertebantur. Eripuerunt præterea hoſtibus duo rubei coloris ingentia, quæ ſecum attulerant, ſigna: in quorum extremitate ſeu cacumine, loco ferri, cuſpis in pertica ex puro argento, latitudine vnius manus & deaurata, affixa fuit: In ipſa quoque haſta, cui vexillum apponi ſolet, equino colore tincta, vna cum argenteo globo ſeu ſphæra, pomi inſtar, quod S C H A N S A K nominant, dependit. Similem certe victoriam & ſpolia eiuſmodi longo iam tempore noſtri de hoſtibus vix reportarunt. Secunda die Iulii ipſe

Digitized by Google

ipſe Muſtapha Boſnenſis Baſſa, & Baſſa Sokolouitſchius, vna cum tota Boſna, & Baſſa Carambeius, Drauum Ottouum verſus traiecit, & apud Sicloufchum infra Hardanaium conſedit. Septima die Iulii aduolat explorator ex Belgrado ſeu Alba Gęca: Turcarumque caſtris perhibens, Imperatorem eo veniſſe, & naues aduerſo Drauo recta ſurſum duci: in eoque loco ipſum prope Sicloufchum, pontem naualem, ex ſcaphis & lintribus confectum, Drauo ſuperinſternere, atque ad expugnandum Sigethum proficiſci cogitare: curare quoq; pontem illum, quem Danubio iunxerat, rumpere atque diſiicere. Deniq; ex Quinqueeccleſiarum vrbe aliæ mittuntur literæ: quibus ab ipſo Naſut Aga, id eſt, Capitaneo, qui paucis quibuſdam militibus præeſt, Comiti Serinio perſcribitur: *Iam belli quendam inſpectorem, qui ſcilicet militem cogit, & ducis ipſius copiarum vices aliquando gerit, (Czauſchiũ ipſi vocant) eo aduenisse: ipſiq; Hamſam Bego ab Imperatore mandatum attuliſſe, vt ſe quamprimum ad Drauum recipiat, ibiq; pontem inſtruat: quod niſi fecerit, curaturum ſe, vt ante ipſius ædes palo affigatur: iniunxiſſe etiam, vt per pagos & paſſim, palis ſanguine aſperſus circumferatur.* Sic itaque ille non procul ab Ottouo pontem fabricare cœpit; quem quidem iam ſatis longe antea & commode conſtruxerat: ſed aqua cum impetu magnaque vi ſuperueniens nocturno tempore, omnia diſrupit & abſtulit: neque eo in loco eum vlla penitus ratione figere poterat: hinc ergo longius, & infra Drauum alio progreſſus, opus rurſum proſequitur: quicquid autem bidui ſpacio parauerat, id omne aqua vna nocte diſiecit. Quo ex loco in tertium vlterius prope Eſſekum profectus, periculũ de ponte fabricando fecit: ſed illic omnem rurſus operam luſit: nec propter aquarum vim efficere quidquam potuit. Hac igitur de cauſa Czauſchium ad Imperatorem ablegat: exponens, quomodo inundatione & multitudine aquarum impeditus, pontem Drauo ſuperinſternere nequeat: ſe quidem nec conquieuiſſe hactenus, nec vlli labori in eo peperciſſe. Imperator hoc Begi nuntio cognito, Czauſchium ipſi cum linteo ſeu mantili Turcico, in cuius extremitate aureis literis ſcriptum erat, *Sultan Solyman remittit, perq; ipſum edicit, vt pontem quocunque in loco, & quacunq; ratione poſſit, confeſtim ſupra Drauum iungat: qui niſi ad ipſius vſq; aduentum ſit exſtructus; ipſum ex vna parte pontis in ripa, illo ipſo linteo ſtrangulatum atque ſuſpenſum iri.* Hoc vbi Hamſam Begus percepit: celerrime ea ipſa hora ad Drauum denuo infra Eſſekum contendit: atque omnia nauigia, ad eamque rem opportuna

Zigethi expugnatio. 1566.

Zigethi expugnatio 1566. ligna deduci curauit: & mox infra Eſſekum opus ſtrenue inchoatur: quod vt eo commodius abſolueret, omnes vectigales ruſticos, qui Turcæ tributum pendunt, & qui ſe ipſi ſua ſponte ſubdiderunt, & reliquos omnes, nemine excepto, imo & ipſos nobiles, & qui munus & officium aliquod ſuſtinent (Spachias vocant) ad laborem cogit atque compellit. Ipſe quoque Begus nullam omnino moram nectendo, nec interdiu, nec noctu conquieſcit vnquam, donec effecto ponte Drauus conſtratus fuerat: quem per prata, paludes & ſtagna in longitudinem vnius milliaris deduxit: idque omne decem dierum ſpatio effecit. Linteum porro, quod HamſamBegus ab Imperatore miſſum acceperat, NaſufAga ſeu Capitane⁹, qui HamſamBegi, dum aberat, locum Quinqueccleſiis ſuſtinuit, clam domino Comiti Serino Sigethum tranſportari curauerat. Die XX. Iulii, Boſnenſis & Carambeius Baſſa, Sicloușcho caſtra mouent, & Quinqueccleſias perueniunt: inde Budenſi Baſſæ in ſubſidium profecti, Albam Regalem veniunt: hos poſtea HamſamBegus ſtipatus omnibus Spachiis (ſeu nobilibus) comitatur, & Quinqueccleſiis, ſummo cum incolarum mœrore ob abitum ipſius, diſcedit. Eadem die Anatoliæ WeglierBegus (id eſt, ſupremus in Oriente belli dux) primus omnium Draui pontem tranſit: quem dein AlkaiBaſſa (hoc eſt, alius quidam militiæ præfectus) & VrumeliBeglerBegus (id eſt, ſummus belli Imperator, earumque regionum Præſes, quæ vltra mare Ægeum ad nos ſpectant) inſequuntur: inque planitiem ſeu agrum Muhatſch conſidunt, ibique Turcico Imperatori figunt tentoria. Poſthæc ipſemet Imperator Sultanus Solymannus ſuperato Drauo illuc peruenit: eoque in loco caſtra metatus, conſilium de re aggredienda capit: & aliquot ibi diebus, donec exercitus omnino tranſiret, lęto animo commoratus eſt.

Prima Auguſti die Turcarum Imperator ex agro Muhatſch ſe commouit, & ad Sigethum contendit. Tertia autem die non procul infra Silouſchum appulit: ibi Oroſlanum Budę Baſſam capite plectit. Quarta porro die Quinqueccleſias, & quinta, ad D. Laurentium, non procul à Sigetho, peruenit, ibique ſua caſtra poſuit. Sub id fere tempus D. Nicolaus Comes Serinus, inter nobiles, equites & pedites, reliquoſque milites & ſtrenuos viros, vt omnia ordine fiant, diſpicit & procurat. Cumque iam reuera certior eſſet factus,

ctus, Turcicum Imp. conari Sigethum obſidione cingere, vidiſſetq; ingentes illius copias appropinquare: in arcem interiorem Capitaneos, copiarū pedeſtriū ductores ceu Vayuodas, Nobiles, equites & pedites: vna cum vrbis ciuib⁹, cęterisq; omnib. qui tunc temporis in arce & ciuitate Sigetho fuerant, ad ſe conuocat: ipſisq; exeuntibus, vrbis portas occludere iubet: qui vbi omnes in interiorem arcem conueniſſent, ipſemet Comes Serinus, medius inter ipſos in platea minoris arcis conſtitutus, omnes hac propemodum oratione allocutus eſt: Mei fratres (inquit) qui ſub Cæſ. Maieſtate ſtipendia meretis, viri ſtrenui, militesque fortiſſimi; En iam certo videmus ſinguli, Turcarum Imperatorem ceruicibus noſtris imminere: eaque ipſa exigit neceſſitas, vt nos paremus, & intrepido animo noſtrum totiuſque Chriſtiani orbis nominisque hoſtem præſtolemur: qui inſolenti animo, & temerario auſu, ſuis viribus incredulorumque hominum multitudini fidens, in nos arma ſumpſit. Nos autem ſpem & auxilium noſtrum in Deo collocamus; qui nos nullo negotio defendere: ipſos vero ratione facilima peſſumdare atque reprimere poteſt. Alacriter ergo ipſius aduentus à nobis eſt expectandus: nec deterrere nos debent vires aut copiæ ipſius ingentes. Nihil enim dubitamus, DEVM OPT. MAX. ſi precibus veris eum inuocauerimus, opem nobis ſubminiſtraturum, atque clementer adfuturum. Danda autem inprimis eſt opera, vt vnanimes & fideles exiſtamus: ne vlla inter nos ſimultas vigeat: ne inimicitię aut odia alantur: ne alius contra alium inſurgat; ſed omni ſtudio enitendum, vt potius apud nos omnes honeſtas locum habeat: & ſumma cum concordia & beneuolentia hic vna degamus: quamdiu diuinæ id viſum fuerit voluntati. Hac itaque de cauſa, mei fratres, non abs re, ſed ſumme neceſſarium eſſe arbitror, vt inprimis & ante omnia iureiurando nos deuinciamus; & initio fidem demus ſupremo etiam magiſtratui noſtro: & huic afflictæ prouinciæ conſtantiam & integritatem ſancte promittamus. Primum autem ego iurabo: idem vos poſt me facturi: ne ego vobis, aut vos mihi, vllum diffidentiæ locum reliquiſſe videamini. Iuramētum ergo nunc meum auditote. Ego Nicolaus Comes Serinus promitto Deo Opt. Max. inprimis, dein Sac. Cæſ. Maieſtati Domino & magiſtratui noſtro ſummo, & huic miſerę Prouinciæ, poſtmodum etiam vobis militibus & ſtrenuis viris iam hic congregatis:

Zigethi expugnatio, 1566.

Ita

Zigethi expugnatio, 1566.

Ita me Deus Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, Sancta Trinitas, & vnicus Deus, adiuuet: me vos nullo vnquam tempore deſerturum: immo vobiſcum victurum & moriturum: & omnia ſimul, quæcunque inciderint, ſeu bona, ſeu mala paſſurum. Iam etiam ipſa ratio exigit, vt vos idem pręſtetis, erectisq; duobus digitis, Deo interpoſito teſte, promittatis. Poſt vnuſquiſque veſtrum ſuo Capitaneo in ipſa porta ſuam iuramento fidem dabit. Quare, vt ex vobis quilibet hęc verba, pręeunte ſcriba, clara voce, eleuatisque duobus digitis, dicat, ſedulo inſpiciemus: atque in eum, qui forte iſta facere aut effari recuſabit, grauiſſime animaduertemus. Is enim nobiſcum ad extremum vſq, perſeuerare minime cogitat: nec veri hominis, ſed proditoris nomine merito cenſendus eſt: quem etiam hac de cauſa è veſtigio cōprehendi iubebimus. Eſto itaque veſtrum iuramentum hoc: Nos omnes ciues, equites, & pedites, militesque ſtipendiarii Cæſ. Maieſtatis, iuramus primum Deo Opt. Max. poſthac Chriſtiano noſtro Magiſtratui, huicque Prouinciæ noſtræ, & Domino noſtro Nicolao Serino Comiti, ſancteque affirmamus, nos, vt fideles & morigeros decet, obedientiam omnem præſtituros: cum ipſo etiam nos victúros, mortemque oppetituros conſtanter pollicemur. Audite præterea, quid vos ſcire velim, ſi fortaſſe interea temporis mors ingrueret, meque è medio tolleret: meo loco vobis hunc familiatem meum Dominum Caſparum Alapianum conſtituo: vobiſque impero, vt ipſi pareatis, ſummumque honorem tanquam mihi ipſi exhibeatis: & ſi quę vobis mandata dederit, ea diligenter optimaq; fide exequamini. Animaduertite porro in iſta capita; ſi quis equitum aut peditum Capitaneo ſuo aut Tribuno obedientiam recuſauerit, aut imperium quacunque tandem ratione detrectauerit, ipſumque vi aut ſtricto gladio adoriri conabitur, interficitor. Deinde ſi epiſtolam quis Turcicam acceperit aut legerit, ſtatim occiditor. Qui autem literas per ſagittam immiſſas, aut alio in loco depoſitas inuenerit, vt Capitaneo ſuo confeſtim eas exhibeat, hic porro vt igni tradat, ſerio edico. Et quoniam ſtationes ſeu loca per Capitaneos, Vayuodas, & Tribunos, quibus quiſque manere excubiasque agere debeat, diſtribuentur, ſi forte aliquis nobilium aut etiam reliquorum, quicumque is fuerit, deprehenditur, qui abſque venia & ſcitu Capitanei ſui, Vayuodæ, Tribuni vel Decurionis, loco ſuo diſceſſerit, abſensque fuerit; is ſine vllo habito iudicio repente ſtrangulator. Qui

vxorem

Digitized by Google

vxorem ſeu matrem habet, huic cibus & potus, reliquaque neceſ- *Zigethi*
ſaria, in locum ſuum ab ipſis transferri & præberi poterit: ipſe autem *expugnatio*
in ſtatione ſua immotus maneat: illi porro, cui nec mater, nec vxor *1566.* "
eſt, cibus in mea culina præparabitur: quem ille, vt per Tribunum "
ſuum accipiat, commodis & certis horis curabitur. Vini quoque iis, "
qui non habent, cuilibet in ſingulos dies ſextarius (ſeu menſuræ "
quarta pars) cum cum pane, aceto, & ſale dabitur. Iſtis vero qui vxo- "
rati ſunt, & tamen panibus carent, ſuillam carnem atque farinam, vt "
ſibi panes ipſi conficiant, ſuppeditabimus. Denique ſi duo occulta "
quædam conſilia tractare, & muſſitare inter ſe deprehenſi fuerint, "
ambo recta ſuſpenduntor. Et ſi talia quis forte vel audierit, vel vide- "
rit, nec familiaritatis cauſa indicare ea voluerit: abſq; mora eodem "
ſupplicii genere cum ipſis mulctator. Poſtremo qui alteri vel terun- "
cium furto abſtulerit, ſubito ſtrangulator. "

Hanc itaque ob rem, maiorisque obſeruantiæ & timoris gratia Comes Serinus crucem in Sigethi arce maiori, prope portas poni iuſſit. Dein militem quendam pedeſtrem, eo quod gladium in Vayuodam ſtrinxerat, eque vagina eduxerat, in platea magnæ ciuitatis, capite mulctauit. Eo quoque in loco Comes Serinus Mahomet Agam Capitaneum, propter inſignem eius perfidiam & enormia flagitia, quæ in via Sigethum iter faciens, perpetrauerat, pœna capitis affecit: idque maioris reuerentiæ & timoris cauſa ab ipſo factum eſſe, cenſendum eſt. His peractis, Comes Serinus omnibus nobilibus militibusque pedeſtribus, degentibus in maiori oppido, imperauit: vt ſuas ędes demoliantur & diruant, paleamque exportent, comburantque: in noua autem vrbe habitantibus, vt ſtramen tectis eximant, inque domos transferant: quo ciuitas, quę lignis ſaltem & ſepibus cincta fuerat, eo melius conflagrare poſſet, mandat. Poſteaquam igitur Comes Serinus hac ratione omnes auctoraſſet, militięque ſacramento obligaſſet: illic toto cum exercitu & militibus manſit: quorum qui armis geſtandis tractandisq; idonei erant, in vniuerſum duo millia, trecenti & alii quidam plures, mulieribus tamen liberisque exceptis, memorabantur. Triceſima prima Iulii die, ipſe Vrumeli BeglerBegus & Akansky Baſſa, cũ XC. millibus Turcarum adueniunt, & prope D. Laurentium, vno milliari à Sigetho conſidunt. Eo ſe quoque ex caſtris centena Turcarum millia conferunt: & è veſtigio ea ipſa adhuc luce cum

t noſtris

Zigethi expugnatio, 1566.

noſtris ab exortu die vſque ad meridiem intra ſepta velitario certamine dimicant: rurſumque in caſtra ſub noctem quietis cauſa reuertuntur.

Prima die Auguſti Wegler Begus & Akansky Baſſa iunctis illis XC. millibus Turcarum, totoque exercitu inde ſoluunt, ſeque apud Simelchouum quarta parte vnius milliaris ab arce in quodam colle ſeu monte, non procul à Sigethi vineis diſtante, demittunt: ipſoq; diluculo ad ſepta cum noſtris dimicatum veniunt: cumque acriter à meridie ad veſperam vſque pugnaſſent, ex Turcis plurimi tormentis manuariis interfecti deſiderabantur. Hunc ergo in modum ſingulis diebus ter Turcæ appropinquabant: donec eo ipſe quoque Imperator aduenit. Quinta die Auguſti Weglerbegus & Akanski Baſſa vna cum exercitu de colle illo, quem Imperatori ſuo delegerant, vacuumque pro eo reliquerant, ſecedunt, & ſua circa arcem caſtra locant. Eo ipſo die Lunę, in colle, ex quo ſe Wegler Begus & Akanski Baſſa Simelchouum verſus receperant, Sulthani tentoria ſeu papiliones figuntur. Sequenti die Martis, qui fuit ſexta Auguſti, Imperator ipſe copiis & tota manu comitatus, ſubſequitur: ipſumque collem, qui Sigethanis vineis adiacet, occupat: ibique cum ſtatiua collocaſſet, ſuaque caſtra metatus eſſet, quieſcit. Reliquus autem exercitus & milites arci ita denſo agmine imminebant, eamque circumſedebant: vt tentoria ſe mutuo attingerent: nec quiſquam arcem ingrediens, propter immenſam hoſtium multitudinem, conſpici poterat. Eadem quoque die in omnibus ſeptis & mœnibus vſque ad noctem grauiter dimicatum eſt: Soleque occidente, Imperator omnes machinas bellicas & bombardas, quas ſecum aduexerat, diſplodit atque emittit: Ianitſchari etiam, cuſtodes corporis Imperatoris Turcici, quorum ipſe, vt ſibi ſemper præſto ſint, aliquot millia in ſua aula alit, genus hominum bellicoſum, & ſagittandi peritiſſimum, ſua tormenta manuaria eiaculantur: vnde talis ſtrepitus & fragor exaudiebatur: vt tonitrua quis cœlo deſcendere arbitraretur. Poſt hæc magna voce, & ingenti clamore in omnibus Turcarum caſtris cœptum eſt ter H a l l a, id eſt, D e v s, acclamari: idque in ſignificationem proſperi ad Sigethum Imperatoris Turcici aduentus. Chriſtiani è diuerſo in arce Sigeth nomen I e s v s exclamabant. Septima Auguſti die Turcæ ex planitie & agris getras ſeu cophinos virgultis contex-

tos,

Digitized by Google

tos, terraque impletos, ad Nouam vrbem præmittunt: aggerem Zigethi expugnatio, 1566.
deinde iaciunt, & vallo foſſiſque remuniunt: quibus mox tormenta & bombardas ſuperinducunt occultantque: & noſtros, qui ſe intra ſepta iuxta portam Nouæ ciuitatis extructa continebant, aſſidue petunt. Eo tamen die ipſi propter crebra noſtrorum tormentorum fulmina efficere nihil poterant; ibi etiam Ianitſchari, cum prius ad ſepta ſeu terminos acceſſiſſent, acriter cum noſtris dimicant: atque ex noſtris vnus ſaltem, illorum autem multi in eo conflictu perierunt. Hac ipſa die Comes Serinus omnia ſepta, hortos & arbores comburi atque amputari, & vtriuſque ciuitatis portas, quæ dein terra repletæ atque munitę ſunt, ſecari iuſſerat. Veſpere itaque eius diei, Iouisque mane & ſero, Turcæ aggerem iacere pergunt: Ianizari ſe foſſis ingerunt, & terra, vt ab iniuria bombardarum tuti eſſe poſſent, cooperiunt atque occultant. Octaua Auguſti die Iouis, Turcę ſummo mane Nouam ciuitatem tribus in locis petere ac concutere incipiunt: Ianizari etiam ſuis ſclopetis rem tentant: & in vtramque vrbem ſine intermiſſione iaculantur. Poſthæc ipſe Aliportuk aggerem iacere, munitionemque nocturno tempore infra arcem interiorem, prope regium hortum, recta in ipſa palude ſeu foſſa arcis moliri, eoque maiora tormenta ſtatuere pergit.

Nona Auguſti die Veneris, ipſo diluculo, idem Aliportuk, qui Imperatoris terra marique bellicarum machinarum & munitionum Præfectus fuit; quinque maioribus tormentis, & aliquot bombardis fulminat, arcemque Sigethi interiorem petit: tantumque ea die aſſiduis tormentorum ictibus profecit: vt iam in ea turrim & æreas campanas concuſſerit atque fregerit. Incepit ſummo mane machinas diſplodere: nec ad veſperam vſque conquieuit: & licet aliquantulum deſtitit, tamen paulo poſt iterum perrexit, perque totam noctem ſine intermiſſione detonuit. Hæc vbi Comes Serinus eadem die Veneris ſero vidiſſet, plurimoſque ex ſuis interire tormentis cognouiſſet: Nouam vrbem ſub ipſo crepuſculo incendere, eamque penitus igne delere: veterem porro ſeu maiorem ciuitatem occludere iuſſit. Decima Auguſti, quæ fuit dies Saturni, Turcę vetus maiusue oppidum tribus ex locis, maioribus tormentis petunt: Ianizari vero aggerem iaciunt, & vallo terraque effoſſa ſe munientes, propius ad id accedunt. Machinas quoque in

t 2 Nouam

Digitized by Google

Zigethi expugnatio, 1566.

Nouam ciuitatem,quę incendio conflagrauit,deduci curant: quib. deinde eo ex loco veterem vrbem verberare atque concutere pergunt.Eadem die Turcæ & ipſius Aliportuk aggere, lignis, ruderib. & terra cratem ſeu pontem, quo per paluſtria loca eo commodius tranſitum conſequi poſſent,conficiunt. Ad hęc ipſi trabes & ligna præferebant. quibus tecti,viam ſtrauerunt:& de die in diem ſemper propius ad arcem acceſſerunt.Omnes autem Turcæ in hoc,vt quam citiſſime cratē illam ſeu pontem, per loca paludibus referta, conſtruerent,incumbebant:nec eorum vllus labore ſeu onere illo ſubleuatus erat:imo cuncti ad geſtanda ligna & arbuſta compellebantur,opereq; perficiendo occupabantur.Cameli quoque,equi clitellarii,& muli,nullo vnquam tempore quieſcebant: ſyluæ porro & agri omnes,Turcis,equis,camelis, & brutis animalibus pleni refertique conſpiciebantur. Erant itaque ex duabus partibus crates à ciuitate verſus arcem confectę: in quibus vtrisque magna lignorum copia depoſita erat: cumque pontes ruderibus & terra fabricatos ſtatuiſſent,eosque prope mœnia deduxiſſent: caſtella quędam & lamitium,tanquam munimen aliquod ſeu ἐπιτείχισμα, ex ſaccis vellere & ſuccidia conſtipatis imponunt: quo Ianizari tecti opertique ſtabant: atque inde arcis mœnia ita petebant: vt in iis propter aſſiduos tormentorum ictus nemo in poſterum ex noſtris permanere potuerit. Decima nona Auguſti die Lunę, qui D. Bartholomæum præcedit,Turcæ magnam ciuitatem ceperunt,ſuamque in poteſtatem redegerunt:ibi multi ex noſtris fortes viri, qui intro in arcem aufugere, eque hoſtium manibus euadere nequiuerunt, deſiderabantur. Turcæ enim ipſos vſque ad pontem arcis præcurrebant: atque vt introitum prohiberent,ſumma ipſos velocitate anteuertebant.Quapropter qui mature ſe in arcem recipere nō potuerunt, foris omnes trucidati ſunt: inter quos erant Martinus Boſniack,Petrus Botoſch, peditum ductor ſeu Vayuoda,aliiq; complures ſtrenui & longo rerũ vſu induſtrii milites.In ponte etiam decrepitus ille Laurentius, Petrus Patha,Blaſius Diak,Georgius Mathiaſch, omnes Vayuodę, vel copiarum pedeſtrium ductores,miſere interfecti perierũt.Ibi quoq; Matthias Sceſchudi Vayuoda globo percuſſus , poſtea ſanitatem nunquam recuperare potuit.Finierunt inſuper in expugnatione vrbis vitam Rodouan & Franciſcus Dando Vayuodæ, aliique magni nominis milites non pauci: quos omnes hic ſcripto comprehende-

Digitized by Google

& recenſere non fuit integrum. Poſtquam ciuitas ingenti clade & ſumma cum iactura amiſſa eſt (Multi enim veteres Vayuodæ, & optimi peritiſſimique milites in ea interiere) maximo mœrore & triſtitia affecti, cęteri omnes in arcem ſeſe contulerunt, in eamque cum Comite Serino ſeipſos incluſerunt: Turcæ vero vrbem fortiſſimo præſidio tenebant, iamque in ea morabantur. Ad XX. diem Auguſti hoſtes quatuor in locis fulmina maioribus tormentis arci immittunt: ad eamque binas vias ruderibus, arbuſtis & terra præparant. Paludes enim & foſſæ tunc aquis deſtitutæ atque exſiccatæ erant: nec vlla penitus aqua in iis, præter limum & lutum continebatur. XXVI. Auguſti die Lunæ poſt D. Bartholomæum, Turcæ per crates ex aggere ipſius Aliportuk primum impetum in arcem interiorem faciunt, expugnationemque tentant: in qua plurimi Turcæ periere: noſtri autem ſigna duo ab ipſis conſecuti, intro in arcem abſtulerunt: & vna Miſerskium Baſſam bombardæ ictu interfecere. Ex eo loco Turcæ ſummo cum dedecore & ignominia abire ac ſecedere coacti ſunt: quorum ingens numerus paſſim ſub ipſis mœnibus & muris cum plurimis palis, quibus ad direptionem arcis inſtructi venerant, cæſus iacuit. In hunc ergo modum Turcæ poſt diem Lunæ ſingulis diebus magis magiſq; tribus in locis ex Haſerdia & duobus propugnaculis ſeu munimentis, vno prope portas exiſtente, altero monti contiguo, interiorem arcem oppugnant & affligunt. Secunda die Septembris Ianizari incurſione facta in arcem irruere cogitabant: ſed mutarunt conſilium: & nocturno tempore magnum propugnaculum, quod monti conterminum erat, ſuffodere cœperunt: cumque per tres totos dies ſtrenue laborarent, tantum inde terreſtris materiæ & ruderum extraxerunt: vt Ianizarus eo in loco pertranſire, & ad interiorem ſepem, vbi quendam ex noſtris in ipſo propugnaculo bombarda traiecit, penetrare, noſtroſque ſub terra contingere potuerit. Eo poſtea magnam exſiccatorum lignorum copiam, aſſeres, paleam & puluerem nitratum comportarunt. Quinta Septembris die Iouis, qui D. Mariæ virginis feſtum præcedit, Turcæ magnum propugnaculum, ceu munimen arcis maioris, ſummo diluculo incendunt: quod etſi per ſe vehementer arderet, impulſu tamen & flatu Auſtri, ignis magis magiſque creſcebat, inque arcem vſque deferebatur. Poſt hęc etiam trabes & ligna, quę illuc ad reparandos in propugnaculis circuitus & ruinas depoſita erant, in-

Zigethi expugnatio 1566.

Digitized by Google

Zygethiæ pugnatio, 1566.

cendio abſumuntur: ex quo deinceps domini ſtabula, cæteraque in maiori arce ædificia conflagrare cœperunt. In eo propugnaculo atque incendio, omnia Cæſaris magna tormenta ita diſpoſita erant, vt abſque reſpiratione iis quatuor ex locis detonarent. Adhæc Ianizari ſuis tormentis manuariis & ſclopetis arcem petunt: & crebris denſiſque ictibus inſtar pluuiæ in arcem globos diſplodunt: atque propugnaculum, quod portæ contiguum & vicinum erat, grauiter oppugnant. In eo autem propugnaculo, quod Nadaſchgoui appellabatur, irruptionem Turcæ faciunt, maximoque impetu in arcem feruntur. In iſta propugnaculi defenſione Comes ipſe Serinus præſens aderat, & acriter cum Turcis decertauerat: ita vt hoſtiles impetus fortiſſime propulſaret, eoſque bis arce expelleret atque eiiceret. Hoc in conflictu & certamine Ioannes Nauakouitſch occubuit. Cum ergo Comes Serinus ignem maximas vires ſumere, & iam prope ad puluerem nitratum, cuius ingens copia in magna exteriori arce iuxta portas minoris arcis erat, procedere conſpexiſſet: & quod propter ignis vehementiam, Turcarumq; immenſas copias iam vndequaque irruentes, in maiori arce longius morari non poſſet: ſe vna cum reliquis qui ſupererant militibus, quique elabi & aufugere inde poterant, in arcem interiorem contulit: eiuſque portas bonus ille Comes in tantas redactus anguſtias, claudere iuſſit. Foris autem cōplures egregii milites trucidati ſunt: mulieres & infantes multi, de quibus inter ipſos Turcas maxima cōtentio & lis extitit, in Turcarum caſtra captiui abducebantur. Poſt Comes capitaneis & peditum ductoribus ſeu Præfectis, quos Vayuodas vocant, vt loca, quibus quiſque ſtare, & excubias agere debeat, diſtribuant, præcipit. Mœnia namque exterioris arcis interiorem etiam cum ſuo muro complectebantur: hicque continuus quaſi & ab ipſis contentus conſpiciebatur: ita vt aliquis ex maiori arce in interiorem nullo negotio & abſque anfractu progredi potuerit. Interior quippe arx tantummodo in vna parte, ceu angulo magnæ arcis, poſita, nullum propter exteriorem ſeu magnam arcem, munimen vel propugnaculum habebat: nec aliud quippiam, exceptis vno aut altero conclaui, quod ipſe Dominus Comes inhabitabat, & domibus aliquot, in quibus puluis nitratus, omniſque generis bombardæ depoſitæ ſeruabantur. Cætera ædificia, in quibus commeatus & ſiliginis farina, auena, hordeum, caro ſuilla, & fumo macerati

piſces,

Digitized by Google

piſces, quorum omnium prope ineffabilis aderat abundantia, ſeruabantur, in maiori arce ſingula contenta erant. Remanſerunt ibi etiam quinquaginta dolia vino, trecēta aceto, & quinquaginta omnis generis leguminibus referta: earum denique rerum, quæ ad victum requiruntur neceſſaria, omnium inſignis aderat copia: quæ omnia in maiori arce relicta & igne abſumpta ſunt: hacque de cauſa nec noſtris, nec hoſtibus ea vſui & bono eſſe potuerunt. Amiſſa ſunt præterea in arce maiori omnia tormenta, quæ Turcis ceſſerunt: & quibus deinceps noſtros tamdiu petierunt, donec interiorem quoque arcem (ſicuti poſtea dicetur) ademerunt. In arce autem interiori, præter duo magna tormenta, duo mortaria (quæ *εἰχμοικεραυνόβολοι* dicuntur) & quatuordecim bombardas nihil erat reliquum: cæteris impedimentis & rebus omnibus hoſtes foris in exteriori arce potiti ſunt. De commeatu in interiori arce nihil propemodum aderat: præterquam mille modii Tſchargoniani triticea farina referti: quos Comes Serinus ex ſuis prædiis Tſchargonianis apportari mandauerat. Magna itaque penuria eo tempore, quo ad panem & potum, erat: & quidem talis, vt per hoc triduum mulieres & infantes fame ſitique extinguerentur. In exteriori porro arce vnuſquiſque militum, tam pedeſter, quam eques, victum & cibaria affatim habuit. Nemo autem quidquam ſecum in arcem interiorem auferre, nec multum de auro vel argento aſportando ſollicitus eſſe potuit. Omnia enim, vt dixi, incendio foris abſumpta ſunt: tantoque impetu & celeritate arx illa noſtris erepta, & à Turcis expugnata eſt: vt vix in interiorem arcem elabi atque aufugere potuerint. Quam poſtquam Turcæ occuparunt, multa vexilla in aggerem ſeu vallum arcis collocarunt: atque per duos Iouis & Veneris dies illic in maiori arce conquieuerunt: noſtri vero in parua ſeu interiori arce occluſi, & vndequaque obſeſſi ac circumuenti hæſerunt: nec Turcarum ad noſtros adhuc in arcem interiorem aditus vlli aut noſtrorum inde foras ad eos exitus patuit. Septimo die Septembris, hoc eſt, veſperi D. Mariæ virginis feſto, & ipſo mane circa horam ſextam, Turcæ coniecto in arcam igne, ædificia, in quibus Comes Serinus habitabat, in interiori arce contenta, incendunt: & ad expugnationem arcis omnes Imperatoris pedeſtres copiæ ſumma cum vi irruunt: Adhæc claſſicum canere, tympanis perſtrepere, & tubis infini-

Zigethi expugnatio, 1566.

Zigethi ex pugnatio, 1566. infinitis ingentem ſonitum edere incipiunt, ſignaque innumera in arcem maiorem collocant. Itaque tanta erat vndequaq; Turcarum multitudo: vt nec prata cerni, nec aquæ, nec arbores ex arce conſpici potuerint. Omnia enim plena Turcis, & ſub ipſis mœnibus referta erant. Interea arx vehementer & ſupra modum igne deuaſtabatur. Quod cum Comes Serinus vidiſſet, ſeque diutius in ea continere non poſſet: per cubicularium ſuum Franciſcum Scherēkum, veſtem holoſericam, aliamque tunicam ex ſerico non latam (Mantenam vocant) interulam & alia munda ſibi adferri iuſſit: atque ad omnes, qui tunc ſecum erant, in hæc verba locutus eſt: Nunc (inquit) non opus habeo veſtimentis grauibus, ſed leuibus ſaltem, & quibus abſque impedimento me commode & cum agilitate quadam defendere poſſim. Iniunxit etiam ſibi dari galerum ex nigro ſerico villoſo, auro intextum & ornatum, quem in nuptiis geſtare ſolitus erat: huic affixum fuit ornamentum quoddam aureum peculiare: in cuius pala precioſus lapis adamas, præſtantiſſimæ pennæ ab ardea deſumptæ continebantur. Deinde centum aureos nummos ſeu ducatos Hungaricos, quibus tamen nullus ex Turcica moneta admixtus eſſe debeat, adferri iuſſit: quos vbi Cubicularius attuliſſet, holoſericam tunicam ſcindi, eoſque inter goſſipium, quo illa contexta erat, & ſericum poni curauit: Et, hoc (inquit) ideo, me feciſſe vos exiſtimare velim: ne ſi quis forte hoſtium aut latronum meis me veſtibus exuet, dicat, ſe nihil prædę aut lucri penitus apud me inueniſſe. Præterea Cubiculario, vt ſibi redderet arcis claues, quas ille ſemper, dum arx obſeſſa fuit, in manu ſua & poteſtate habuerat, mandauit: eas cum accepiſſet, ſtatim tunicæ, in quam centum ducatos repoſuerat, ingerit: & ſuos in hunc modum iterum affatus: Reuera (inquit) mihi credite, quod dum manum hanc meam mouere, & gladio hoc vitam defendere licebit, neminem mihi centum iſtos ducatos & claues eripere patiar: Me autem mortuo, quicunque adeptus fuerit, eos habeto. Iuramentum ſiquidem iam Deo præſtiti, votumque nuncupaui, me per Turcarum caſtra nequaquam ductum, nec liberis digito demonſtratum iri. Denique ſuo ante dicto Cubiculario præcepit: vt ſuos curuos & inſtar falcis enſes (quas Sabl vocant) auro & argento decoratos ſibi porrigat: quos cum probaſſet, ex quatuor gladiis vnum, qui adhuc ipſius parentis erat, elegit: &, Hic vnus eſt (inquit) ex veteribus meis gladiis: hoc gladio ego omnium

mnium primo gloriam & honorem promerui, omniaque quæ habeo acquiſiui: & hoc gladio ego nunc ſingula, quæ Deus in me iudicio ſuo decreuerit, perferam. Sic gladium dextra manu accipiens, è conclaui ſuo ſe recipit: atque poſt ſe parmam ſeu peltam rotundam geſtare iubet: nullis præterea armis, nec lorica, nec galea ſe munire volebat: hoc addens, Deum protectorem defenſoremque ipſius futurum: ſe etiam ex Sigetho elabi aut aufugere nequaquam conaturum: ſed omnia cõſtanti animo, quicquid Deus voluerit, ſubiturum atq; paſſurum. Cumque è conclaui ſuo exiſſet, inque cauedium ſeu plateam interioris arcis veniſſet: omnes ibi iam milites, equites & pedites in procinctu ſtabant: eumq; loricis, galeis & clypeis tecti, euaginatis etiam gladiis, parato præſentiq; animo expectabant: & vbi arcem incendio, quod reſtingui amplius nulla ratione poterat, conflagrare penitus vidiſſent, nec lõgius in ea propter vim ignis & fumum morari ſe poſſe animaduertiſſent: cœpit ipſe Dominus Comes in hanc ſententiam, vt omnes eum exaudire & percipere facile poſſent, in platea arcis loqui: Mei fratres (ait) & ſtrenui milites: nunc re ipſa & ante oculos ſimul cernimus omnes, qua ratione nos Deus igne hodie puniat: igne nos hoſtes noſtri ſuperant & vincunt: nec tantum eorum nobis potentia & copiæ nocerent, quantum ignis & incendium damni dat, noſque peſſundat. Nihilominus tamen hanc pœnam à Deo Opt. Max. immiſſam patienti gratoque animo perferre nos decet: hac enim non ſolum ob noſtra nos peccata, ſed etiam ob prouinciæ huius flagitia punire voluit. Quapropter ignorare vos minime arbitror, quo pacto antea fidem meam vobis dederim; voſque mihi viciſſim ſancte & Deo interpoſito teſte per iuſiurandum promiſeritis, nos hic vna ſimul victuros & morituros eſſe. Et quidem ad hoc vſque tempus (Deo ſint gratiæ) nihil mali commiſſum, nec vlla inter nos proditio deprehenſa eſt: quod & nunc nulla penitus ratione accidere debet. Iam cuncti in præſentia videmus, quod in hoc loco longius moram protrahere & perſeuerare, etſi vellemus, non poſſumus: Idque tribus de cauſis: quarum prima eſt, quod hic flammis & incendio conſumimur: altera, quod noſtrum admodum pauci ſunt: tertia, quod commeatu caremus, vobiſq; infantes & mulieres fame ſitique pereunt. Cur igitur hic igne conflagrare volumus? Si nitote, exeamus foras in exteriorem arcem, ſtrenui milites: medium digitum hoſtibus oſtendamus, & cum

Zigethi expugnatio. 1566.

u his

Zigethi expugnatio 1566.

his fortiter manus conſeramus: vt poſt interitum & mortem quiſque noſtrum famam ſibi & gloriam comparet ſempiternam, quiſquis occubuerit, æuum cum Deo ſine omni dubio aget: cui vero vſura vitæ longius conceſſa fuerit, in eaque ſuperſtes manſerit, is ſummis laudibus nunquam non celebrabitur. Atque hac de cauſa ego omnium primus eſſe volo, & vos primo foras præcedere: & quod ego facturus ſum, hoc idem & vos facite. Certo mihi credite, Fratres dilecti, me vos ad rogum vſque non eſſe derelicturum. Poſt hæc ter IESVS exclamat: atque Cæſ. Maieſt. vexillum ipſi Laurentio Iuranitſch, vt id ſibi præferat, tradit, portaſque arcis aperire iubet. In ipſa autem porta machina bellica, quæ Mortarium vulgo vocari conſueuit, ferro in fruſta diſſecto referta, iacebat: quæ in Turcas paulo ante diſploſa atque emiſſa fuerat: vnde ſub ipſo fumo Comes Serinus nudo gladio & exigua parma foras progreditur: quem cum ſigno Iuranitſch præcedebat: reliqui porro milites, equites & pedites, quique adhuc ſupererant, omnes inſequebantur: ibique in ipſo ponte cum Turcis conflixerunt. Eo in loco Ianizari Comitem Serinum tribus in locis globo percuſſerunt: vbi etiam ex eo ictu, quem capite excepit, prolapſus in terram cōcidit. Quo facto, Turcę confeſtim ter HALLA, id eſt, Deus, exclamabant. Noſtri autem retro in arcem interiorem profugiebant: cumq; ipſos Turcæ vehementer inſequerentur, ipſiſq; ingenti furore incumberent, vna cum noſtris in arcē ſumma vi & impetu irruunt atq; feruntur. Iam murus interior & ipſa mœnia Turcis vndequaq; plena exiſtebant: vnde noſtros deſuper ruderibus & lignis vſq; ad internecionem feriunt, & acriter cum noſtris militibus pugnant: Hos omnes, exceptis his, quos aliqui galeris & pileis Turcicis tectos, aut ricis opertos, & veluti perſonatos abducebant, interfecerunt: infantes autem & mulieres omnes viuas ſeruarunt, captiuaſq; ſecum traxerunt. Hoc autē pleriq; omnes Ianizari, eorumq; maior pars, q̄ reliquorum Turcarum, fecerunt: cumque captiuum alicui eripere non poſſent, eum ipſi vi & ignominioſe præ manibus diſſecarunt. Eo arcis in loco, Turcarum & noſtrorum cadaueribus ita referta erant omnia: vt aliter quis, quam per funera mortuorum ire, eaque calcare & premere, arcem ingrediens, aut in ea ambulare volens, non quieuerit. Tanta etiam in ipſis mœnibus interioris arcis cæſorum interfectorumque hominum copia paſſim iacebat, vt ſanguinem quis ibi &

cruo-

Digitized by Google

cruorem haud difficile haurire potuerit. Periere autem ſub Sigetho (vt Ianizarorum Capitaneus Budenſis ex caſtris Sigethanis Budam verſus iter faciens in vrbe Tulnia retulit) Turcicorum equitum o-ctodecim millia. Ianizarorum ſeptena millia; quæ ſimul computata XXV. millia efficiunt: hi ſaltem libris inſcripti continentur: exceptis reliquis leuibus & vilibus hominibus, & iis quorum numerus ſcripto non eſt comprehenſus. Ex primatibus autem & ſummi nominis Turcis occubuerunt Miſerskius, Baſſa Alportuk, Baſſa Capitſchius (id eſt ſupremus Cæſaris cubicularius) & Baſſa Haſnadar (hoc eſt Cæſaris Camerarius, ſeu ærarii & rei nummariç præfectus) ex Capitaneis autem, quos Begos nominant, plurimi interfecti ſunt, quorum certus numerus ignoratur: quippe quos non ita magni faciunt, ceu ſeruos & captiuos ipſius Imperatoris. Hoc vero credendum eſt, inſignem ibi Turcarum copiam interiiſſe: dici namque vix poteſt, quam multi aſſiduis ictibus Sigethanorum tormentorum ceciderint, atque in expugnatione trucidati ſint: adhæc infinita cadauera paſſim in ipſis foſſis occiſa iacebant, vt inde in arcem vſque grauiſſimus fœtor teterrimuſque odor dimanauerit. Cæterum eductis ex arce omnibus Chriſtianis & Turcis, iam vtraſque arces, maiorem & minorem vna cum domibus, mœnibus, plateiſque tenentibus, ignis incendium ad puluerem nitratum, qui in turri quadam interioris arcis, fornici prope terram incluſus erat, peruenit: vetereſq; domos, quæ interiorem arcem continebant, à fundamentis euertit atq; diſiecit. Eo graſſante incendio, quam plurimi Turcæ cemento & puluerç interfecti deſiderabantur: &, quemadmodum ipſi Turcæ aſſerunt, eo ſaltem in loco plus minus tria millia, partim incendio abſumpti, partim ruinis ædificiorum ac lapidibus & tegulis perierunt. nam huius cladis cauſa, & calamitatis, per totum exercitũ ſummus clamor inſigniſque lamentatio peruagata eſt. Lugebat quippe extinctum ſuum patrem filius: pater filii interitum deplorabat: alius ob fratris mortem vociferabatur. Ea die Ianizarorum Capitaneus Domino Comiti Serino iam mortuo caput amputari, idq; ad Turcarum Imperatorem perferri iuſſit. Tanta autem calliditate ſupremus Turcici Imperatoris Mechmet Baſſa cum aliquot Veziris vſus eſt: vt neque ex inferioribus Baſſis aut Begis quiſquam, neque Ianizari aliique milites Solymanni Imperatoris ſui mortem, quarta adhuc die Septembris, poſt prandium circa horam primam, in loco Sil-

Zigethi expugnatio, 1566.

Zigethi expugnatio, 1566. chouio dicto, quarta parte milliaris à Sigetho diſtantis, prope vineas Sigethanas extincti, niſi expugnata iam arce Sigethi, & commonefacto hac de re prius per literas Selymo, Solymanni filio cognoſcere potuerint. Atque ne palam omnino fieret, aliiſque innoteſceret, idem Mechmet Baſſa Medicum, qui curam Imperatoris egit, nocturno tempore, ne mortem ipſius diuulgaret, clam trucidauit. Interea etiam mortuo Imperatore per ſingulos dies clangere, tubis & aliis Muſicis inſtrumentis perſonare, cibos coquere & apponere, tanquam ſi adhuc in viuis eſſet, iubebat. Poſt mortem autem Solymanni ſtatim ingens malum euenit: & vehemens tempeſtas validiſſimuſque ventus exortus eſt: qui omnia Turcarum Imperatoris tentoria diſiecit, & ea, quaſi alio ſecum rapere vellet, euertit: idem per reliqua omnia Turcarum caſtra, & ad Mechmet Baſſæ Sokolouitſchii papiliones flando progreſſus, omnem paleam & fœnum, quod in caſtris alicubi reperit, abſtulit, ſecumque rapuit. Eodem fere tempore mirum quiddam accidit. Nam Danubius inferius prope Tulniam ita turbidus, & arena lutoque mixtus conſpiciebatur; vt tridui ſpatio purgari, & lucidus reddi: nec vllus eius vſus (vt ipſi Turcæ & Tulniani ciues referunt) vel ad coquendum, vel lauandum aut bibendum eſſe potuerit. Octaua Septembris die Solis, Mariæ virgini ſacra, caput Comitis Serini inter alia Sigethanorum iam interfectorum militum capita, palo non tam longe à terra affigitur: & iactu vnius lapidis ab Imperatoris tentorio collocatur: circa etiam vndequaque ſigna ſeu vexilla Sigethana tranſuerſim cuſpidibus in terram fixis ſtabant. Sic ea tota die caput Comitis Serini in illa platea palo affixum conſpiciebatur. Nec enim Turcæ vnquam conquieuerunt: ſed ſine intermiſſione caput illud ſæpe dictum Comitis Serini, & reliqua Sigethanorum militum, quæ in vnum aceruum comportata congeſtaque erant, capita, ſpectatum contemplatumq; venerunt: ſingulis etiam Turcis, qui Sigethani militis caput ad Imperatoris, vel ſaltem illius loco Mechmet Baſſæ tentorium attuliſſent, decem aurei nummi ſeu ducati numerabātur. Nona Septembris die Lunæ, ſummo mane Mechmet Baſſa Sokolouitſchius, gener Imperatoris & ſupremus Conſiliarius, Comitis Serini caput Budā ſeu Salinum fratri ſuo Muſtaphæ Sokolouitſchio Budēſi Baſſæ mittit: q; cum accepiſſet, ſerico ſtatim inuoluit, ſubtiliq; lineo tegit: & per duos ruſticos Taurinū (q; à quibuſdam etiā Bregetum dicitur) in ca-

Digitized by Google

in caſtra noſtri Imperatoris ablegat: inde porro per Balthaſarum Batſchiani multis cum lachrymis, ſummoque mœrore, Tſchacaturnum delatum, ibique monaſterio D. Helenæ, in fornice ſeu Mauſoleo, quo Catharina prima ipſius vxor de Frangipanibus, felicis memoriæ, cum filia & duobus filiis incluſa quieſcit, tandem ſepultum, terræque mandatum eſt: Cuius animæ DEVS Opt. Max. in regno cœlorum æternam quietem largiri dignetur. *Zigethi expugnatio, 1566.*

Epitaphium aſſcriptum ſepulturæ in Tſchakaturn, eiuſdem Illuſtriſ. Comitis Nicolai Zrinii, &c.

ILLVSTRISSIMO COMITI NICOLAO ZRINIO, Torquati ex ſorore Nepoti, à CAROLO V. poſt Viennam obſidione ſolutam, quod in ea adoleſcens adhuc & Tyro multa & præclara confeciſſet, equo auroque donato; ad Budam & Peſtum pulchra per facinora ſumma cum laude probato: Croatiæ, Dalmatiæ & Sclauoniæ Bannato, Tauernicorumque Regalium in Pannonia Magiſterio ſingulari cum prudentia functo: copiis Cæſaris ad dextrum Danubii latus à FERDINANDO I. & MAXIMILIANO II. Imperatoribus Pręfecto: victis ſępiſsime, fugatis, cæſisque hoſtibus: infauſtiſsima poſtremum funeſtiſſimaque Sigethi expugnatione, cuius arcem contra innumerabilem Solymanni Turcarum Principis exercitum, facta eorum ingenti & memorabili ſtrage, diutius quam viribus par fuerat, defendit: defuncto ibidem Solymanno, totius orbis flagello pulcherrime abſumpto, bellicæ glorię fortiſsimo inuictiſsimoque Duci, de ſe publiceque B.M.P.P. Vixit annos XLIIX. occubuit VII. Septembris, Anno virginei partus M.D.LXVI.

EIDEM.

Hoſtibus vt vidit diris & cedere fatis
Credita virtuti mœnia celſa ſuæ:
Seruatæ à me olim, nunc me ſeruabitis, inquit,
Arces: & pugnans ZRINIVS *occubuit.*
I modo, te iacta quantumuis Roma: Liburnis
Et ſunt quæ mortem pectora deſpiciunt.

Digitized by Google

Zigethi expugnatio 1566.

Eidem Comiti Serinio, & prçſidio Sigettio,
Anno M. D. LXVI.

INuicti heroes, memorandi laude perenni:
Ah valuiſſe nihil vota, preceſq; meas!
Scilicet hoc noſtrum ſcelus & dementia fecit:
Veſtra quidem virtus inuiolata manet.
Corpora feſſa iacent: ſed fortia corda triumphant:
Nullaq; de vobis Turca trophæa tulit.
Veſtra fides non fracta minis, non fracta furore
Hoſtis, ad extremum perſtitit vſq; diem.
Mortali de ſtirpe ſatos cecidiſſe dolemus:
Sic tamen eſt ingens occubuiſſe decus.
At nos Chriſticolæ vel inani tempora luxu
Perdimus. & paucos publica damna mouent:
Vel male ciuili maculamus ſanguine dextras,
Sanguine Threicio quas rubuiſſe decet.
Fatalis ſtupor & furor impia pectora verſat:
Vota licet maneant, ſpes tamen ægra fugit.

Hieronymus Wolfius.

ZIGETHI HVNGARIÆ CLAVSTRI PRÆſtantiſſimi vera deſcriptio, & obſidionis eius epitome,

Ex Illuſtris Franciſci Forgachii Liberi Baronis in Gymes, &c. Cancellarii olim D. Ferdinandi Imp. per Hungariam, ſui temporis hiſtoriarum commentariis deſcripta.

TANDEM Solimanus Calendis Auguſti Sigethum peruenit. Arx atque oppidum erant foſſa tantum diſcreta. Riuus enim è proximo colle incerto alueo per plana decurrens, ſparſas faciebat lacunas, & cœcas foſſas: vnde effoſſa qua circum erat terra, immenſa latitudine paludi ſimilimam foſſam reddebat. Mœnia atque propugnacula ex arte, non ſaxo aut cocto latere, ſed triplici ordine cratium,

Digitized by Google

cratium, ferreis clauis vincliſque inter ſe iunctorum, duo & viginti pedes lata, ac media humo ſolida, quantumuis fortiſſimi muri vim habebant. Inerant pedites mille & octingenti; equites ducenti; ciuium centum & quinquaginta, qui vltro remanſerant, omnes Hungarici ac Illyrici nominis; mulieres ac pueri ad duo millia: Curulia tormenta ſexaginta: pulueris tormentarii & reliqui apparatus ingens copia. Nec aliud tam deſideratum eſt, quam militum copia: quo ſero animaduerſo, miſſa duo vexilla Germanorum remeauere, excluſa arcta obſidione. Expertum eſt, nullam munitionem humanorum corporum robore præſtantiorem. Eadem hyeme luſtrato per conſiliarios bellicos milite, ducenti equites vt ſuperflui dimiſſi: itidem pleriſque in locis præſidia erant imminuta. Mox tamen crebreſcente rumore hoſtili, mille pedites Hungaros conſcripturi, quanquam multa conquiſitione, vix aliquot inuenerunt. Haud obſcurum eſt, Gebehardum Belczer, bellici conſilii Præfectum (nouum officii genus recens inuentum) gloriatum ſuo conſilio annuis quadraginta millibus ſumptus fiſci leuaſſe. Sed hæc ſapientia clade Hungariæ conſtitit. At initium potiundi Sigeti ab oppido cœptum, quaſſatoque omnibus partibus vi tormentorum: ſimul foſſæ materia ac terra, lanæq; vi incredibili, cuius infinitam copiam, curruum camelorumque opera, ab ipſa vſque Thracia, exęquandis foſſis, conquiſita etiam tota paſſim Hungaria per Baſſam Budenſem, pari diligentia in hos vſus ſecum Solimanus adduxerat, complentur. Iam Turcæ ad oppugnationem ſuccedunt, pugnant, inſtant, pellunt ac pelluntur, trucidant atque trucidantur, cum ſuſtentatis aliquot arduis oppugnationibus, adferuntur Cęſari literæ Zrinii, caſtris apud Ouarum fixis, hoſtium immenſas vires, & ſuorum iam plurimis amiſſis paucitatem docens, conſilium ſe ab neceſſitate velle capere, vt oppido conflagrato in arce ſupremam fortunæ aleam experiatur. *Zigethi expugnatio, 1566.*

Sed diſſuaſum ab veteranorum primoribus, ſi ea Zrinio militum eſſet manus, qua Turcarum Tyranni infinitas copias ſuſtinere poſſet: qui priori quoque obſidioni præſentes meminerant etiam oppidum, quanquam minus tum validum conſeruatum, tractu belli multa euaneſcere, quæ obſeſsis ſalutem, hoſtibus perniciem afferre poſſent: etiam Cæſaris vires & Chriſtianorum auxilia ſibiipſi oſtentabant.

Decimo

Digitized by Google

Zigethi expugnatio. 1566.

Decimo quinto Calend. Septembris Solimanni iuſſu, viſus vniuerſus hoſtilis exercitus, per ingentia agmina diſcretus: quo etiam innumerę multitudinis oſtentatio metum propugnantium augeret. Subeunt muros; & tanquam ſtataria pugna, ac patenti campo, per immenſas murorum ruinas, & late foſſatum oppleturas, fit prælium ingens, & hinc atque illinc ſtrages: ſed aliis ac aliis non militibus, ſed exercitibus ſuccedentibus, noſtri impares numero omnes ſimul pugnare cogebantur: & non vnum, ſed multa pręlia capeſſere: donec ad extremum corporibus, viribus, ſpiritu deficientes, tantorum exercituum, tot præliorum impetu, diei labore perpeſſo ac ſuſtentato, inumbrante iam veſpera in arcem ſe reciperent. Conſtat octingentos ſuperfuiſſe, cum rurſus noua oppugnatio, noua laborũ facies, noua moles periculi inſtaret. A tribus ſimul partibus, tormentis dies & noctes propugnacula mœniaque petita: tres moles ingentium caſtellorum ſimilitudine, ſaccis terra ac lana completis, cuius multo maximam copiam ex vniuerſa prouincia congeſſerant, altitudinem mœnium egredientes, eaſdem ad partes mira celeritate conſtructæ: ſuper his delectæ Ianizarorum manus cum tormentis impoſitæ, nullum momentum foſſam, vallum, aggerem, aut munimenta introrſus moliendi relinquebant: donec vnō eodemque tempore, auerſo etiam riuo, ſciſſo repagulo aquarum, foſſis materia & terra repletis, ac cratibus deſuper impoſitis, ad muros ſubirent, acerrime oppugnarent, diem ac noctem iuxta infeſtam reddendo, vt perpetuo labore ac vigiliis conficerentur. Interea Solimanus fortunam ſuam conatibus ſuis infinitis non reſpondentem indigne ferẽs, ſtatuit conſtantiſſimum animum Comitis muneribus expugnare, & ſpe ampliſſimorum præmiorum ad deditionem arcis inducere. Sagitta igitur miſſa cum literis intra arcis mœnia, totius Illyrii Præfecturam & poſſeſſionem Croatiæ pollicetur: maximas opes & facultates, ingentia munera offert, ſi dedat arcem: vbi cum ne illud quidem ſuccederet, animumque Comitis nullis expugnari poſſe muneribus, aut belli necisque terriculamentis videret, aliam aggreſſus eſt viam. Acciderat enim, vt caſu quodam caperetur Tubicen filii Comitis maioris natu, ſub idem oppugnationis tempus; quo capto & in caſtra adducto, Imperator Solimanus immittit tubam: de qua dependebant depicta, vt moris eſt, arma eius, cuius tubicen eſſet: & literas in arcem, captumque filium Comitis illius tubę indicio docet,

monet-

Digitized by Google

monetque, vt arcem dedat: nihil amplius cauſæ ſupereſſe inquiens, cur adeo pertinaciter caſtrum defendat amiſſo filio: cum præſertim & eo anguſtiarum iam ſe redactum videat, nulla vt amplius ſpes ſit relicta arcis retinendæ: & ſi dedat vitam ſuam & filii conſeruaturum: ſin porro in propoſito perſeuerarit, filii caput ad portam haſtæ infixum, miſerabile ſpectaculum illico viſurum. At vero Comes, virtute & conſtantia animi incomparabili, non ſpe ampliſſimorum præmiorum, neque acerbo filii caſu, qui tamen aſtute à Turcarum Tyranno excogitatus erat, expugnari potuit: nec tam ad filii ſalutem, quam patriæ libertatem, & fidem Principi datam, reſpexit: ideoque incredibili animi magnitudine, in fide conſtanter perdurandum ſibi ſtatuit: ne reliquas Chriſtiani orbis prouincias vaſtandas hoſtibus obiiceret: neue hoc extremo facto rebus ſuis præclare antea geſtis turpem maculam inureret. Quin etſi longe grauius triſtiſſimo filii caſu exacerbatus, nullam tamen vocem animi ſui magnitudini ſuperioribusque victoriis indignam protulit: ſed ſingulos appellabat milites, hortabaturque, vti forti animo eſſent, inquiens: Meus priuatus luctus eſt caſus filii acerbiſſimus: vos memineritis Principi datę fidei, & pro patria ſtrenue vel cum honeſtiſſima morte pugnate. Quod ſi vos quoque mei miſeratio aliqua tangit: tanto acrius hoſtium crudelitatem vlciſcamur: neu vos moueat præſens calamitas: quæ tametſi, vt video, humana iam vitari non poteſt: attamen magna affectantem multa aduerſa perferre neceſſum eſt. Nec olim fortunæ quadam temeritate, ſed patientia, & virtute, maiores noſtri ex hoſtibus, aut præclaras victorias reportarunt, aut per glorioſam mortem immortalem ſibi laudem pepererunt. Eum in modum in pręſenti quoque mea calamitate, hæc nobis maxime optanda ſunt: vt morientes patriam noſtram in libertatem à crudeliſſima Barbarorum immanitate aſſerere contendamus: aut ſi id non detur, ſaltem hoc efficiamus, vt ita cuique omnium noſtrum in hoc caſu eueniat: vt per hanc occaſionem de toto orbe Chriſtiano præclariſſime mereamur: qua quidem re nobis maius à Diis immortalibus nihil dari poteſt.

Zigethi expugnatio, 1566.

Igitur Solimanus cum fruſtra ſe alias artes adhibere in potiendo Sigetho facile intelligeret, ferro extrema omnia tentare propoſuit: ideoq; periculoſiſſimum & maxime formidabile certa-

Zigethi expugnatio, 1566.

men, in quo de rei ſumma decerneretur, quarto Kalendas Septembris (decollatio IOANNI BAPTISTÆ infauſta Hungaris, fauſta hoſtibus erat) initium eſt: cum vniuerſus exercitus tam Aſiaticus, quam Europæus, cum ipſis Ianiczaris, totaque Prætorianorum omnis generis militum infinita multitudine, ad oppugnandam arcem incubuiſſet. Impatiens enim morę Barbarus Imperator, & irritarum oppugnationum, accenſus ſimul recordatione illius diei, quo & LODOVICVM Regem cum vniuerſo pene Hungarorum exercitu ad internecionem à ſe cæſum meminiſſet: felix ac fauſtum omen precatus; increpatiſque Viſiris expugnari iubet. Quin & ipſe ſenili corpore languens, priſci tamen decoris auidus, ſuis accendebat animos, Ianiczaris primo loco ſubeuntibus miſcetur prælium: fit atrox pugna: iam miſſilia miſſilibus, ignes ignibus, iam corpora corporibus, arma armis, vires viribus opponendo: ad extremum capto Ianiczarorum Aga, iiſque multa clade affectis, prælium excepere integri ac recentes: tum prǫlium redintegratum: iterumque aliis atque aliis ſuccedentibus agminibus, noctem totam & poſterum diem oppugnando continuarunt. Nec ideo noſtri remiſſius agere. Pridie Nonas Septembris eductis in conſpectum totis copiis, & diſpoſitis per turmas ac cohortes, parant prælium, materiam, ignem ac faces, egeſta antea terra, vi tormentorum diiectis iam roboribus ſubiiciunt: inde materia in anguſta arcis area, pro munimentis, & ad incerta fortunæ, vt in talibus oppugnationibus fieri ſolet, comportata, ignem corripuit: inde militum caſæ.

Itaque ſimul pro ruinis pugnando, cædendo, Turcis in vicem ſuccedentibus, noſtris vix ad ſuſpirandum ſpatio, denique vi atque flamma in interiorem arcem compelluntur; in angulo ſita, propugnaculi vicem habebat: intermedioque ponte multi obtriti, multi cęſi ac pręcipitati, hoſtium ſæuitiam perpeſſi ſunt. Iam peruentum erat ad ſummas rerum difficultates: iam cuncta obſeſſos præter vnam animi virtutem, conſtantiamque, (nam ſpes quoque ſera) defecerant: hoſtis crebro inſultare, vrgere, oppugnare: tandemque ſeptimo Idus Septembris, paratis omnibus, miſſilia tela ignem vomentia, propinquis tectis ingerere, ſcandere muros, omnibusque locis pugnare: poſtremum ferro

&

Digitized by Google

& flamma noſtri eo anguſtiæ redacti, patefactis portis, erumpendum ſibi in arcem exteriorem putarunt: ibique in orbem pugnando, pulcherrimi certaminis finem morte honeſtiſsima fecere. Vbi conſtans fama eſt, & omnium Hungarorum belli peritorum iudicio comprobata, arcis oppugnationem conſtantiſsimo animo Comitem vlterius ducturum fuiſſe: non aliter quam THEMISTOCLIS virtus præclara XERXIS ingentes copias ſuſtinuerat: & demum Zigethum orbi Chriſtiano conſeruaturum, interuentu Solimanni mortis, quæ tertia ab ipſa arce capta die contigit: niſi omnia vndequaque, tam ab extrinſecus, quam ab intrinſecus, flammarum vis, & ignium ingens copia, corripuiſſent: adeo vt cum tota flammis iam colluceret corriperetur-que area arcis, quas reſtinguere, conatune, quam effectu, grauius fuerit, incertum eſt, paucitate quoque ſuorum res fuiſſet corrupta. Zigethi expugnatio, 1566.

Vnica pars, qua ex arce in oppidum ponte ſatis longo itur, ab ignibus & flammis immunis erat: quæ tamen infinita barbarorum multitudine tenebatur. Quocirca non tam ferro hoſtili, quam flammarum magnitudine, & ſuorum ZRINIVS paucitate vulneribusque coactus, ponte iter adhuc præbente, in confertiſsimam & innumerabilem hoſtium multitudinem, Comes mox erumpere cum ſuis ſtatuit: cum iam ante paucos dies oppidum, in quo tota vis & robur munitionum Sigethi erat, ſuſtinendique hoſtis igne & ferro vaſtatum, prius ſolo pene æquatum, hoſti ceſsiſſet. Arx enim propugnaculi modo loco habebatur. Erupturus igitur Zrinius, ac terribile ſui ſpectaculum editurus; poſtquam rei totius ſumma deſperata fuiſſet: vt appareret, nullis rationibus contra trecentena (Tot enim qui minimum ponunt; qui plurimum, quingenta arma ferentium fuiſſe, tradunt) barbarorum millia, tam exigua vix trecentorum & maiori ex parte ſauciorum manu, oppugnationem arcis diutius produci poſſe, vimque ingentem ſuſtineri; concione militum aduocata prius in portam, qua ponte oppidum arci iungitur, (nam cætera omnia iam ignis erant) hunc fere in modum ſuos exhortatum accepimus: Quo in loco res noſtræ ſint, iuxta mecum omnes intelligitis, Milites. Quod ſi maiorum noſtrorum res geſtas in extremo hoc diſcrimine libeat paucis attingere:

Digitized by Google

Zigethi expugnatio, 1563.

neque nos certe ęquum erit ab illorum pręclare geſtis rebus in hoc acerbiſſimo patrię noſtræ caſu degenerare. Illi domi militiæq; multa profecto inſigniter geſſerunt: ſępenumero parua manu cum magnis legionibus hoſtium decertarunt: paruis copiis bella cum opulentiſſimis Regibus geſſerunt: conſtatque illorum egregiam virtutem inſignia facinora patrauiſſe. Cum igitur hodiernus ſupremus nobis itidem omnibus dies ſit: quo neceſſitas nos ita circumſcripſit, vt vel memores nominis Chriſtiani & immortalis gloriæ, datæ fidei Principi noſtro, pietatisque in patriam, decoris denique militaris, in quo hactenus omnem vitam noſtram non ſine laude (niſi fallor) exercuimus, pro patria fortiter moriamur: vel per ſummum dedec* & turpitudinem in manus hoſtium deueniamus: aut deniq; à flammis, quę cum omnia occuparint, imo in aream vſque caſtri peruenerint, huc anguſtiarum nos redegerunt, conſumamur: aut denique in miſerando mancipatu vitam morte acerbiorem & turpiorem exigamus: vos hortor, milites, vti forti atque parato animo ſitis: nec quanta vis hoſtium ingruat, veſtris animis proponatis: ſed quid præſens locus & tempus poſtulent, animo imperterrito examinetis: vbi quem virtus & arma non texerint, eum neque locus neque hoſtis teget. Etenim quod iam nobis præter arma animosque nihil amplius fortuna reliquum fecerit, æque ac ego Commilitones cernitis: eo nimirum res fortunasq; noſtras redactas, vt nequaquam poſſint corrigi. Nec enim pro decore vnico, ſed pro ſalute quoque patrię pugnabimus. Vbi qualiſcunque vis virtusque noſtra futura eſt, talem poſt ſummum hoc pręlium patriæ noſtrę ſtatum futurum, & noſtram ad Principes poſterosque noſtros memoriam tranſituram, cogitare debetis. Scitote noſtras nunc intueri manus Principem noſtrum; Europam & patriam virtutem noſtram aſpicere. Cogitate, hic nobis non tam vincendi poteſtatem, quam per glorioſam mortem oppetendi occaſionem datam. Hic nobis terminum laborum noſtrorum neceſſitas impoſuit: vbi omnibus inter victoriam mortemue certa deſperatione abruptis, aut vincere, aut vbi id fortuna nobis inuidit, in prælio potius, quam in fuga, nos mortem oppetere præclarius erit. In hoc igitur prælium ituri, memineritis vos decus immortale, gloriam perennem, libertatem, quam nemo bonus niſi cum anima amittit, atque patriam veſtram, quę vos genuit, in manibus veſtris portare. Igitur ne multi animas veſtras amittatis: neu capti

pti potius ſicut pecora trucidemini:quam virorum more, maiorum noſtrorum exemplo,ſtrenue pugnantes cruentam atque luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis,efficite. Quocirca animus, ætas, virtus veſtra, mihi tot periculis probata, me hortantur, vt ſperem, vos ſtrenuam mihi Duci veſtro & patriæ operam nauaturos: præterea neceſſitudo,quæ etiam timidos fortes facit. Qua exhortatione animi militum incitati, vnanimiter in hoſtē impetum facere ſtatuunt. Hinc tormenta ingentia, & machinæ repletæ portis,quibus infinita barbarorum multitudo ingruebat, admouentur. vbi admirandũ ſane hoc accidit:quod cum iã omnia eſſent deſperata,ſeque pugnę quiſq; in qua eſſet moriendũ, accingeret: miles quidã habens vxorem nobili genere & forma pſtantem,intra ſe ſtatuiſſet, eandem coniugem ſuam,ne in manus barbarorum perueniret,ipſe interficere. Id vt fœmina prudẽs animaduertiſſet,ſuppliciter deprecata maritũ, vitã impetrauit: dicens, impium fore, ſi maritus ſuas manus coniugis, quã tantopere adamaſſet, ſuæ ſanguine fœdaret: multo acerbius, ſi maritum coniux optimæ indolis pudicitiæ & formæ, in extremo diſcrimine deſereret, vel in mortis ipſo acerbiſſimo caſu. Scio, inquit, me tibi iuraſſe, minime te deſerturã, etiam in vitæ diſcrimine: quapropter omnino mortis tuę comes futura ſum: vt quos amor in vita cõiunxit, mors quoq; nõ ſeparet. His dictis veſte virili amictam maritus coniugem armis inſtruit,& iuxta ad latus ſiniſtrum collocat. Interea comes Zrinius amictus veſte holoſerica cærulei coloris, poſcit ſibi ducentos aureos dari per cubicularium: qui cum Turcoſos attuliſſet, in terram abiecit: hoc tandem dicens, ſibi cum Turcis non quidquam commune eſſe velle: iuſſitque Principis ſui aureos adferri: quorum centum ad dextram partem,centum ad ſiniſtram in veſte repoſitos collocauit quos præmium ſepulturæ illi, quiſquis tandem barbarorum corpus humaſſet, fore dixit: ſuprema hæc verba profatus: Sunto, inquit, ſepulturæ meæ præmium barbarorum alicui. Arma cum adferrentur, quibus corpus muniret, recuſauit: nihil illis ſibi opus eſſe dicens: vt qui iam videret pro patria ſibi extremum diſcrimen adeundum eſſe,& ſtrenue pugnando, illi vitam ipſam pulcherrima morte conſecrandam. Vexillo igitur ingenti inaurato, quod in vna parte inſignia Principis, in altera regni Hungariæ habebat, ſupremum Magiſtratus ſui inſigne, quo non ſolum Sigethi præfecturam, ſed quoque Generalis Capitanei partium regni Hungariæ cis

Zigethi expugnatio. 1566.

X 3 Danu-

Zigethi expugnatio, 1566.

Danubianarum Magiſtratum acceperat (nam & hoc officium geſſit) ſiniſtra manu prehenſo, dextra terribilem gladium ſtringens, mandat ſubito reſerari portas: quæ vbi panduntur, illico tormentorum maxima, iam ante ibi portæ admota & recondita, inflammantur atque collibrantur: inque oppoſitam Ianiczarorum, & confertiſſimam omnis generis multitudinem hoſtium, iuſſu Comitis emittuntur, in hoſtibuſque viam & tranſitum patefaciunt. Quorum tanta vis fuerat, vt pomum iniectum nequaquam potuiſſet terram, ſed caput hoſtile, propter infinitas barbarorum copias decidendo tangere. Vbi tanta ſtrages armorum hoſtiumque aream ante portas totam compleuit; vt prope difficilior tranſitus eſſet, per tot cadauera cæſorum hoſtium, quam per ingruentes & confertos hoſtes futura erat: incredibilis quippe hominum ſtrages puncto temporis edita eſt. Nam non pilis tantum tormenta, quibus conſtipata acies certa ac miſerabili clade lacerabatur, ſed etiam taxillis ferreis, variiſque metallorum fruſtulis, vſque ad ſumma ora compleuerant: quæ flammarum & pilæ impetu expulſa, grandinis modo, & tonitrui inſtar, in omnes partes lethali violentia diſpergebantur. Tandemque coorto fumo ingenti, Comes Zrinius reſeratis iam antea ſubito portis,

Vt leo magnanimus confertum fertur in hoſtem:

ſuoſque huncin modum alloquitur: Sequimini me igitur Ducem veſtrum, ſicut hactenus ſtrenue facere ſoliti eſtis: & efficite, vt ſimus

Hoſtibus haud tergo, ſed forti pectore noti.

Quibus dictis porta ad cædes & honeſtiſſimam mortem ruentes noſtri effunduntur. Comes autem, cum per confertiſſimos hoſtes ferro obuia omnia ſterneret, ac ſtrenue pugnando per pontem coniunctum portæ, per quem tranſitus erat à caſtro in oppidum, hoſtium armis iam ante aliquot dies captum, erumperet: terribileque ſui ſpectaculum edendo, exceptus globo ex ſclopeto, circa tempora, altero in ſiniſtro pectore, per Ianiczaros in ipſo pontis exitu, vbi iam terram attigiſſet, concidit. Fœmina etiam cuius paulo ante meminimus, ad ſiniſtrum latus mariti, fortiter cum barbaris dimicans occubuit, priuſquam maritus interficeretur: vbi tanto ardore animorum pugnatum eſt, vt ex trecentis hominibus non quatuor numero viui in manus hoſtium peruenerint: & qui quemque locus exceperat viuum, idem mortuum texit. Poſtquam infinitam hoſtium

Digitized by Google

ſtium ſtragem edidiſſent, omnes magnanimi occubuere: inter quos fuerunt nobiliſſimæ & antiquiſſimæ ſtirpis, Georgius Chaki, Ioannes Baiony, Andreas Byka, Petrus Farkaſſy, Georgius Kechkeſs, & alii complures, ex præcipua nobilitate. Nepos Zrinii ex ſorore, egregia virtute adoleſcens inſignis, Caſpar Alapi, viuus in hoſtium manus peruenit, & Franciſcus quidam Secretarius, ſimul & Cubicularius ille, qui ducentos paulo antea aureos Comiti iubenti, vt ſuperius dictum eſt, depromſerat: quæ hoſtium victoria, maxima & incredibili hominum clade conſtitit. Nec enim viui modo, ſed mortui quoque ab hoſtibus velut pœnas expoſcebant: cum in turrim quandam ſaxeam puluere ſulphureo & miſſilibus ignibus completam, deſperatis iam rebus, funiculos, igne ſuccenſos, arte collocaſſent. Igitur capta arce, cum innumera multitudo irrupiſſet: nec arcem modo atque oppidum oppleſſet, mixtis primoribus ex totis caſtris, ſed circum patentem campum: tum repente inflammatis puluеribus, diſiectis turri lapidibus, per omnes partes, miſſilia tela & ſaxa, quoquo verſum inciderant, confertiſſimos hoſtes magno numero conſumpſere: nec cominus tantum, ſed eminus etiam, eadem periclitantium ſors, dum ſaxa per aerem volitantia, igneſque miſſiles corriperent, obruerentque mortales, velocitate mali omne effugium præueniente, ſaucii, ſemineces, expirantes, ambuſti, artuſque diſcerptorum militum, cum ingenti ſtrage cæſorum, horrendum ſpectaculum viſebantur. Et conſtans fama eſt excepta quoque ex commentariis Imperatoriis Turcarum, hac oppugnatione vltra triginta millia Turcarum deſiderata. Vbi certe admirandum & illud accidit, quod cum ſpatio triginta quinque dierum infinitam multitudinem Barbarorum forti animo ſaucii plerique noſtri ſuſtinuiſſent: tamen non vnicum repertum fuiſſe, qui in tam acerbiſſimo vitæ diſcrimine, deditionis vel mentionem ſolummodo feciſſet: Omnes mori potius maluerunt, quam fœdari. Tanta in omnibus fides in Principem: tantus in patriam amor extitit. Atque hunc exitum clauſtrum hoc Europæi orbis habuit, cum Zrinio & cætero præſidio, reliquæ Hungariæ appendices tantum ſupererant, ſi priſcum imperium ſpectes, Giwla turpiter quoque amiſſa.

Zigethiex-pugnatio, 1566.

ILLVSTRI ET HÆREDITARIO A ZRINIO COMITI NICOLAO, Heroi incomparabili, Phœnici Hungariæ, non minus fortitudi-

Bellum Cyprium, 1570. & 1571.

titudine Heroica, quam honeſtiſſima morte, toto terrarum orbe notiſſimo, vt qui in oppugnatione Sigethana, quam XXXV. dierum ſpacio fortiſſime ſuſtinuit, contra potentiſſimum Turcarum Regem Solymannum, non ſolum ipſe pulcherrimo exemplo pro patria occubuit, ſed ipſum quoque Solymannum, nimia animi ægritudine, victor victo morte parentans, mori coegit, EMERICVS FORGACH BARO à Gymes EQV. Auratus, ac Comes Trinchinienſis, Gener Socero chariſſ. & B.D.S.M. pietatis ergò P.C.

Breuis ac vera Narratio Belli Cyprii inter Venetos & Turcas geſti anno M. D. LXX. & M. D. LXXI.

SELYMVS I. Turcarum Imperator cum oppreſſis Sulthanis Ægyptum occupaſſet: tributum, quod antea Sulthanis pendere Cypri reges in mercibus ſolebant, in octo millia ducatorum conuertit: tranquillamque Cypri poſſeſſionem Venetis tanquam vaſallis, pactione annui tributi obligatis conceſſit: tametſi octo millia illa Veneti non tributum, ſed honorarium munus ſolummodo eſſe volebant. At hic Selymus II. Cyprum à Venetis per fecialem repetens feudum regni Cypri, quod ſub pactione annui tributi hactenus poſſediſſent, iure eos amiſiſſe, idque ad Patronum & Dominum ſuperiorem recidiſſe adfirmabat. Quod contra fidem Domino feudi debitam, Veneti Cyprum hoſtibus Selymi, piratis Hiſpanis, patefeciſſent, qui prædam ex Cilicia abactam, permiſſu magiſtratus Veneti, in Cyprum conuexiſſent, ac vendidiſſent. Etſi igitur ſuperiores aliquot Turcarum Cæſares in inſula ſua Venetos toleraſſent: Selymum tamen quod ſuum eſſet ab eis repetere. Id ſi ſponte & volentes redderent, pacem non violatum, & Reipublicæ ac ſubditorum ſaluti optime conſultum iri. Sin recuſarent, Selymum armis eam nihilominus recuperaturum eſſe. Veneti, quamuis continua aliquot annorum caritate & penuria annonæ, & ſuperiore anno etiam naualis ſeu arſenalis ſui horrenda conflagratione grauiter afflicti & perculſi erant: tamen magno & excelſo animo reſpondent, nullam habere Selymum iuſtam cauſam eripiendæ Venetis Cypri, quam hæreditario iure iam centum annos tranquille poſſediſſent. Penſionem annuam, Ægypti Sultanis præſtari ſolitam, non tributum, vt Domino feudi debitum, ſed honorarium munus fuiſſe, quo gratitu-

Digitized by Google

gratitudinem ſuam, ſuperiores Cypri reges, erga Ægypti Sultanos benefactores & amicos ſuos, quorum ope Petrus olim Cyprum recuperaſſet, declarare ſoliti eſſent. Sperare ſe Deum iuſtæ cauſæ ſuæ adfuturum; cuius fiducia vim atque iniurias Selymi armis propulſare & Cyprum defendere decreuiſſent. Quo reſponſo Byzantium delato, omnes Veneti mercatores capti, eorumque merces depoſitæ, & Pialis maris præfectus, cum claſſe; Muſtapha cum exercitu terreſtri, per Aſiam & Ciliciam, ad Cyprum accedere iubentur. Venetiis interea Petrus Lauredanus Princeps Reipublicæ, ſub cuius imperio multæ triſtes calamitates acciderant, & grauiores imminebant, animi dolore & mœſtitia extinguitur, cui ſumma cum totius populi gratulatione & lætitia Ludouicus Moceniga ſuccedit. Summus Imperator belli aduerſus Turcas in Cypro gerendi conſtituitur Hieronymus Zanius, cruda viridique enecta fere octogenarius, qui Iaderam & Corcyram lente progrediens, dum reliquæ naues conuenirent, ocioſus deſidet. tandem Cretam verſus curſum dirigit, vbi Pontificis, Hiſpaniæ Regis, & Coſmi Florentiæ ducis auxilia expectare iubetur. Interea Pialis Turcicus Amyralis, Rhodo præſidiis munita, ad Macarium in Cypro Calendis Iunii appellit, & terreſtrem exercitum, ac equitatum Muſtaphæ in inſulam nemine reſiſtente tranſportat. Veneti Nicoſiam, quæ Regiæ & Archiepiſcopi ſedes proximis ſeculis fuerat, ſeptem miliaribus Germanicis à littore diſtantem, paulò ante vndecim propugnaculis, & præſidio circiter duorum millium militum Nicolao Tandulo, & Aſtore Baleonio ducibus impoſito, munierant. Hanc Muſtapha, potitus agro Cyprio ſine controuerſia, obſidet, & caſtellis circa vrbem pluribus erectis, acerrime totum menſem oppugnatam vi capit, & reparatis captæ vrbis munitionibus, ac præſidio impoſito, curſum victoriæ vrgens, die 16. Septembris Famaguſtam obſidere incipiebat. Quo die Chriſtiani cum ducentarum nauium claſſe ad Cretam hærentes, ignari eorum quæ in Cypro accidiſſent, tandem ab Heraclea Sentia ſoluentes, & paulùlum progreſſi, Ludouicum Bembum obuium habent, qui Nicoſiam amiſſam nunciat. Duces igitur, Hieronymus Zanius, Iohannes Andreas Auria, M. Antonius Columna, & cæteri concilio habito, diſtantibus ſententiis & ignauis conſiliis, tempeſtate inſuper horribili claſſem diſiiciente, omnem

Bellum Cyprium. 1570 & 1571.

y rei

[illegible] 1570. & 1571.

rei præclare agendæ occaſionem amittunt. Diſputant, autumno iam præcipitante, & imminente hyeme, periculoſam eſſe maris Pamphylii nauigationem: nuſquam, ſi quid ſecus accideret, tutos portus: Turcas victoria recenti elatos, animoſius pugnaturos eſſe, & portus amicos vbique habere. nec ex Cypro vlla ratione aut conſilio iam depelli poſſe. Se non ad recuperanda amiſſa, ſed ferendam opem, ne amitterentur, Venetis auxilio miſſos eſſe. Ea occaſio cum elapſa ſit, videri rectiſſimum, in Cretam & Sinum Adriaticum redire. Auria etiam ſibi à Rege Hiſpano mandatum eſſe dicebat, vt exeunte Septembri claſſem reduceret. Omni igitur recuperandæ Cypri conſilio abiecto, Chriſtiani duces, retro vela legunt, vbi tetræ ventorum procellæ, claſſem, priuſquam ad Cretam appelleret, denuo diſiectam duriter adflixerunt. Vbi in Cretam ventum eſt, Auria facultatem diſcedendi, & Regis ſui mandato, de mature reducenda Meſſanam claſſe parendi, à Veneto Imperatore petit & obtinet. Hunc aliquot interiectis diebus, relicto in Creta cum poteſtate ſumma Sebaſtiano Venerio, Hieronymus Zanius cõſequitur, cui Corcyram appellenti imperiũ Senatus Venetus ignominioſe abrogat, eumq; Venetias captiuum duci iubet. Sic toto anno inutiliter abſumpto, & infinitis ſumtibus à Venetis fruſtra ꝓfuſis, Chriſtiana claſſis, milite claſſiario, ducibus, armis, pecunia, cõmeatu inſtructiſſima, ſummã totius Europæ expectationem de ſe conceptam, diſcordibus & ignauis conſiliis, partim tempeſtatibus, partim lue peſtilenti, q̃ multa millia remigum & epibatarũ abſumpſit, fruſtrata eſt. Pialis, cum Auriã & Venetos ex Creta diſceſſiſſe per exploratores didiciſſet, Rhodũ, ac inde per Cyclades Bizantium rediit. Muſtapha, qui capta Nicoſia, curſum victoriæ vrgens, Famauguſtã oppugnabat, relictis in portubus & inſula præſidiis neceſſariis, militem in hyberna dimittit. Veneti vero, claſſibus ſuis, re infecta, domum reuerſis, Triumuiros capitales, inquirendis & puniendis omnibus quorum culpa in claſſe anno ſuperiore res bellica vitioſe adminiſtrata, & tanta clades ac dedecus Veneto nomini allatum eſſet, conſtituerant. Pacem cum Turcis per Iacobum Raggazonum, miſſum Conſtantinopolin ad Mahometem Baſſam, qui æquior Venetis videri volebat, fruſtra ſollicitarant. Romæ igitur confœderationem inter Pontificem Pium V. Philippum Regem Hiſpaniæ, & Venetos ſumma cura & diligentia procurant.

Digitized by Google

rant. domi pecuniam variis rationibus conficiunt. Corcyræ trire- *Bellum*
mes inermes reparant. Summam imperii Sebaſtiano Venerio Cre- *Cyprium,*
tæ præſidi committunt. Interea Pertai Baſſa, ſummus maris præfe- *1570. &*
ctus à Selymo conſtitutus, copias Turcarum nouas in Cyprum ex- *1571.*
ponit, & Muſtapha, terreſtris exercitus Imperator, acerrima obſi-
dione Famauguſtam cingit, quam pro Venetis M. Antonius Braga-
denus, Aſtor Balconius, Ludouicus Martinigus, Laurentius Teu-
polus, lectiſſimi duces, fortiſſime defendebant. Eſt autem Famau-
guſta, in orientali inſulæ ſinu, ad mare Syriacum ſita, non procul à
Conſtantia, Epiphanio epiſcopo clara, quam Salaminem olim à
Teucridis regibus aliquot ſecula habitatam fuiſſe exiſtimant.
Famaugüſta, per Henricum, ex Luſignana familia, Cypri regem,
circa annum Chriſti milleſimum ducenteſimum nonageſimum
quintum, amiſſa Ptolemaide (quæ dum à Chriſtianis teneretur,
emporium, in quo Orientis & Occidentis merces commutaban-
tur, clariſſimum erat) extructa & amplificata eſt, quam Venetis ac
Genuenſibus aliiſque Occidentis mercatoribus in Aſia negocian-
tibus, portum tutum ac domicilium, conceſſis immunitatibus at-
tribuit. Hanc natura loci & arte à Venetis munitam, potentiſſimus
Turcarum exercitus hoc tempore oppugnans, in eas difficultates
& anguſtias tandem fortiſſime ſe defendentes Famauguſtanos,
vndecim iam menſium oppugnationibus fractos & debilitatos,
& omni ſpe auxiliorum fruſtratos, redegit, vt pacta vitæ & bono-
rum, & religionis ſuæ incolumitate, & libera iis, qui vellent, diſcedē-
di poteſtate, vrbem Muſtaphæ dederent. Sed Barbarus violata
fide deditis data, duces & magiſtratus Venetos, cum comitatu
fortiſſimorum commilitonum ad ſe in tentorium venientes (qui-
bus acceſſuris nominatim ſaluum conductum promiſerat) o-
mnes trucidat, excepto M. Antonio Bragadeno, cui ter ceruicem
præcidendam porrigere iuſſo, aures & naſum ſolummodo amputa-
uit. Chriſtianos reliquos, fiducia pacis in caſtra egreſſos, circiter
trecentos ſimul iugulari iuſſit. Eos vero, qui iam naues in Cretam
abituri conſcenderant, ademptis omnibus bonis, vinctos ad tran-
ſtra relegat. Poſtridie vrbem ingreſſus, Teupolum ſtrangulari iu-
bet. Summo vrbis præfecto Veneto M. Antonio Bragadeno, au-
ribus & naribus mutilato, cum per loca vrbis celebriora eum ludi-
brii cauſa circumduxiſſet, & variis atrocibuſq; contumeliis vexaſſet,

Digitized by Google

Bellum Cyprium, 1570 & 1571. pellem tandem viuo, & conſtantiſſime ſupplicium immane perferenti, & Deum teſtem ac vindicem tantæ perfidiæ & crudelitatis Muſtaphæ, vocanti, detraxit. Dum hæc in Cypro aguntur, claſſis Turcica, vt Venetos à Cypro auerteret, mare Adriaticum ingreſſa, Dalmatiæ vrbes Venetis parentes terra marique infeſtabat. Chriſtianorum vero principum confœderatorum claſſis, lente in Sicilia tandem congregatur. cuius dux ſummus Ioannes Auſtriacus, Caroli V. filius nothus, Philippi frater, paulo ante Barcinone ex Hiſpania ſolués, Rodolphum & Erneſtum, MAXIMILIANI II. Imperatoris filios, Genuam ſecum tranſportarat. Inde Neapolim & Meſſanam profectus ſocios expectabat, donec Venetæ triremes quadraginta ex Creta reuocatæ, & aliæ ſexaginta octo, Neapolitanæ triginta, Panormitanæ duodecim, Genuenſes totidem Iohanne Andrea Auria ducente, Pontificiæ duodecim, Marco Antonio Columna duce: Melitenſes quatuor, ac cæteræ Hiſpanæ conueniſſent. Tandem die 4. Septembris Meſſana ſoluens & Salentinum Laciniumque promontorium legens ad Corcyram, inde Cephaleniam, & tandem in ſinum Naupacteum ſeu Corinthium, vbi Turcicam claſſem commorari intellexerant, ad Echinadas inſulas accedit. In Turcica claſſe duces præcipui, Ali Baſſa Amiralis, Pertai Baſſa, Luzalis Rex Algieræ, Hamſamus filius Barbaruſſæ, Sirochus Alexandrinus, & alii eminebant, quibus Imperator Turcicus, vt prælio nauali Chriſtianam claſſem adorirentur ac peſſundarent, ſeueriſſime mandarant. Congreſſi igitur cum Chriſtianis, in ſinu Corinthiaco, Nonis Octobris, Deo victoriam Chriſtianis memorabilem ac inſignem tribuente, Turcæ victi ac profligati, prætoria vi expugnata, Hali Baſſa trucidatus, & aliquot millia captiuorum ex Chriſtianis gentibus, quæ remos in claſſe Turcica ducebant, liberata ſunt. De qua victoria, paſſim in tota Europa, Gratiæ Deo, vt decebat, ſolenniter actæ, & publicis lætitiæ ſpectaculis editis, triumphatum eſt, tametſi veſtigium pedis nullum, de Turcici tyranni Imperio decerptum, victores occuparant. Turci vero, vniuerſum Cypri regnum, & multa Dalmatiæ oppida, ac in his Vlcinium & Docleam, à ſe expugnata, retinerent. Sequenti anno 1572. Veneti, potentiam hoſtis Turcici, à quo terra marique premebantur, conſiderantes, omnia ad bellum neceſſaria rurſus apparant. Sed cum in Belgico & Gal-

Digitized by Google

& Gallia ciſalpina noui tumultus Philippum Hiſpaniæ regem diſtinerent, & ſociorum auxilia iterum tardius accederent, & Ioannes Auſtriacus, circa Calendas Septembris demum adeſſet, & ſociæ claſſes circa Peloponneſum vix oſtendentes ſe Turcis, nulla re memorabili geſta, in hyberna rediiſſent: Veneti, ſe deſeri videntes, pacem cum Selymo inſciis ſociis fecerunt. De qua, cum varia multorum, pro cuiuſq; ingenio ac ſtudio, iudicia eſſent: Marcus etiam Antonius Columna, qui Pontificiæ claſſis dux, & Ioannis Auſtriaci, in ſummo totius naualis exercitus imperio, collega fuerat; vehementer eam ſe improbare, & Victoriam adeo nobilem aduerſus Turcas, conſtanti bello perſequendam fuiſſe, tum in familiaribus colloquiis, tum literis ad Vbertum Folietam veterem amicum datis, oſtenderat: quibus reſpondens Folieta, occaſionem inde ſumpſit de cauſis Magnitudinis Imperii & felicitatis Turcarum in bellis perpetuæ, prolixius diſſerendi, & ſapientiſſimis ſententiis ac verbis accurate elaboratam lucubrationem edendi. Quæ eximiæ ac ſingularis prudentiæ ac eloquentiæ ſpecimen eſt, lectu digniſſima, & cum eximiæ vtilitatis ac voluptatis fructu coniuncta. *Bellum Perſicum, 1577.*

Narratio belli Perſici inter Murathem III. Turcarum, & Mahometem Hodabende Perſarum Regem geſti, Auctore Henrico Porſio Iuriſconſulto.

DE BELLO Perſico in quinquennium continuum iam protracto, varios ac incertos paſſim rumores ſparſos memini, eoſque tales, qui grata quadam opinatione & aures & animos hominum ita compleuerunt, vt de crebris ac grandibus Perſarum victoriis, totidemque Turcarum cladibus, ac proinde labefactatis & accisis horum viribus, omnique adeo proſtrata potentia vulgo perſuaſum fuerit. Quæ opinio eo cupidius eſt arrepta & acceptata, quo gratior fuit, cum ea quæ cupimus, libenter audiamus & credamus: Corrigenda tamen, & ex animis euellenda, vtpote à veritate alienior, ac ſecuritatem pernicioſam aliquandoque pœnitendam inuectura, idque remedio veritatis, & ipſius hiſtoriæ probatiſſima narratione. Atque vtinam ita res haberet, eaque omnia quæ rumores iſti Turcis ominabantur, ſic comperta cerneremus: profecto fortunam iſtam non modo non inuidendam Christiano orbi aut ex-

Digitized by Google

Bellum Cyprium, 1570 & 1571.

pellem tandem viuo, & conſtantiſſime ſupplicium immane perferenti, & Deum teſtem ac vindicem tantæ perfidiæ & crudelitatis Muſtaphæ, vocanti, detraxit. Dum hæc in Cypro aguntur, claſſis Turcica, vt Venetos à Cypro auerteret, mare Adriaticum ingreſſa, Dalmatiæ vrbes Venetis parentes terra marique infeſtabat. Chriſtianorum vero principum confœderatorum claſſis, lente in Sicilia tandem congregatur. cuius dux ſummus Ioannes Auſtriacus, Caroli V. filius nothus, Philippi frater, paulo ante Barcinone ex Hiſpania ſoluēs, Rodolphum & Erneſtum, MAXIMILIANI II. Imperatoris filios, Genuam ſecum tranſportarat. Inde Neapolim & Meſſanam profectus ſocios expectabat, donec Venetæ triremes quadraginta ex Creta reuocatæ, & aliæ ſexaginta octo, Neapolitanæ triginta, Panormitanæ duodecim, Genuenſes totidem Iohanne Andrea Auria ducente, Pontificiæ duodecim Marco Antonio Columna duce: Melitenſes quatuor, ac ceteræ Hiſpanæ conueniſſent. Tandem die 4. Septembris Meſſana ſoluens & Salentinum Laciniumque promontorium legens ad Corcyram, inde Cephaleniam, & tandem in ſinum Naupacteum ſeu Corinthium, vbi Turcicam claſſem commorari intellexerant, ad Echinadas inſulas accedit. In Turcica claſſe duces præcipui, AliBaſſa Amiralis, Pertai Baſſa, Luzalis Rex Algieræ, Hamſamus filius Barbaruſſæ, Sirochus Alexandrinus, & alii eminebant, quibus Imperator Turcicus, vt prælio nauali Chriſtianam claſſem adorirentur ac peſſundarent, ſeueriſſime mandarant, Congreſſi igitur cum Chriſtianis, in ſinu Corinthiaco, Nonis Octobris, Deo victoriam Chriſtianis memorabilem ac inſignem tribuente, Turcæ victi ac profligati, prætoria vi expugnata, Hali Baſſa trucidatus, & aliquot millia captiuorum ex Chriſtianis gentibus, quæ remos in claſſe Turcica ducebant, liberata ſunt. De qua victoria, paſſim in tota Europa, Gratiæ Deo, vt decebat, ſolenniter actæ, & publicis lætitiæ ſpectaculis editis, triumphatum eſt, tametſi veſtigium pedis nullum, de Turcici tyranni Imperio decerptum, victores occuparant. Turci vero, vniuerſum Cypri regnum, & multa Dalmatiæ oppida, ac in his Vlcinium & Docleam, à ſe expugnata, retinerent. Sequenti anno 1572. Veneti, potentiam hoſtis Turcici, à quo terra marique premebantur, conſiderantes, omnia ad bellum neceſſaria rurſus apparant. Sed cum in Belgico & Gal-

Digitized by Google

& Gallia ciſalpina noui tumultus Philippum Hiſpaniæ regem diſtinerent,& ſociorum auxilia iterum tardius accederent, & Ioannes Auſtriacus,circa Calendas Septembris demum adeſſet,& ſociç claſſes circa Peloponneſum vix oſtendentes ſe Turcis, nulla re memorabili geſta,in hyberna rediiſſent: Veneti, ſe deſeri videntes, pacem cum Selymo inſciis ſociis fecerunt. De qua, cum varia multorum, pro cuiuſq; ingenio ac ſtudio,iudicia eſſent: Marcus etiam Antonius Columna, qui Pontificiæ claſſis dux, & Ioannis Auſtriaci, in ſummo totius naualis exercitus imperio,collega fuerat; vehementer eam ſe improbare,& Victoriam adeo nobilem aduerſus Turcas, conſtanti bello perſequendam fuiſſe,tum in familiaribus colloquiis,tum literis ad Vbertum Folietam veterem amicum datis,oſtenderat:quibus reſpondens Folieta, occaſionem inde ſumpſit de cauſis Magnitudinis Imperii & felicitatis Turcarum in bellis perpetuę, prolixius diſſerendi, & ſapientiſſimis ſententiis ac verbis accurate elaboratam lucubrationem edendi. Quę eximiæ ac ſingularis prudentiæ ac eloquentiæ ſpecimen eſt,lectu digniſſima,& cum eximiæ vtilitatis ac voluptatis fructu coniuncta. *Bellum Perſicum. 1577.*

Narratio belli Perſici inter Murathem III. Turcarum, & Mahometem Hodabende Perſarum Regem geſti, Auctore Henrico Porſio Iuriſconſulto.

DE BELLO Perſico in quinquennium continuum iam protracto, varios ac incertos paſſim rumores ſparſos memini, eoſque tales, qui grata quadam opinatione & aures & animos hominum ita compleuerunt, vt de crebris ac grandibus Perſarum victoriis, totidemque Turcarum cladibus, ac proinde labefactatis & accisis horum viribus, omnique adeo proſtrata potentia vulgo perſuaſum fuerit. Quæ opinio eo cupidius eſt arrepta & acceptata, quo gratior fuit, cum ea quę cupimus, libenter audiamus & credamus: Corrigenda tamen, & ex animis euellenda, vtpote à veritate alienior, ac ſecuritatem pernicioſam aliquandoque pœnitendam innectura, idque remedio veritatis, & ipſius hiſtoriæ probatiſſima narratione. Atque vtinam ita res haberet, eaque omnia quæ rumores iſti Turcis ominabantur, ſic comperta cerneremus: profecto fortunam iſtam non modo non inuidendam Chriſtiano orbi aut ex-

Bellum Perſicum, 1577.

tenuandam, ſed plenis buccis prædicandam, & ad Deum autorem grato animo referendam quis noſtrum, niſi improbiſſimus, negaret? Sed ne omnem vulgatis iſtis rumoribus fidem detrahere, ac tot hominum, qui illos vti minime dubios, aut diuulgarunt, aut probarunt, opponere autoritati me velle videar: fateor, multa quidem veritati congruere, plura tamen, & quod potiſſimum eſt, eneruati ac nutantis imperii Turcici perſuaſionem, à vero quam longiſſime recedere. Tantum enim abeſt Turcos eneruatos priſtinaque potentia exutos eſſe, vt pacem aliquoties per legatos Perſicos tolerabilibus ſane conditionibus petitam, vti conſtat, Turcarum Imperator reſpuerit, ipſoſque legatos inſolentius, ac præter religionem iſtius iuris gentium tractarit. Quod vtique facturus neutiquam fuiſſet, ſi Perſam viribus ſuperiorem, ſibique formidabilem agnoſceret. Dubium quidem non eſt, maximam multitudinem Turcorum, atque adeo vltra decem myriades, partim fame, partim in conflictibus periiſſe. Sed hæc iactura tanti apud ipſos non fit, vt eam vel querelis proſequantur, vel aliquam regni ſui inclinationem, nedum interitum inde metuant. Nam quanta gente valeat, qui magnam Africæ, maiorem Europæ, maximam Aſię partem tenet, facile eſt cogitare, cum numerus ſolummodo eorum, quos perpetuis ſtipendiis tam belli quam pacis tempore (licet non omnes officiis militaribus idoneos) alit, eoſque Chriſtianorum ſobolem, aliquot centena millia exæquet. Turcos natiuos, & hoſce non imbelles prætereundo. Iam vero, vt de mutuis Perſarum cladibus taceam, vter quæſo durante bello plus occupauit? vter alteri plus territorii (nam de hoc potiſſimum geri bellum videtur) eripuit? Perſa, quem Turcæ ereptum gloriari poſſit, ne agrum quidem aut pagum habet. Turca in ipſiuſmet Perſæ ditione interiore non modo caſtrum munitiſſimum, Cars nuncupatum extruxit, ſed regionem ampliſſimam diuerſis in locis (licet hoc belli tempore magna ex parte deſolatam ac deſertam) occupauit, atque etiamnum tenet. Quid? quod Turca pacem petitam aliter inire conſtanter detrectat, niſi prouincia Syruan ſiue Media, initio quidem belli à Turcis capta, ſed paulo poſt amiſſa, & adhuc in Perſarum poteſtate exiſtens: nec non omne id quod ſemel captum, ac pede ſuo, vti ait, contactum eſt (licet amiſſum poſtea) ſibi reſtituatur? Atque hic hæret aqua: ceſſitque in tantum Perſa, vt feudi nomine &

ne &

ne & tanquam vaſallus, ſeu beneficiarius poſſeſſionem prouinciæ illius petierit: quod nec ipſum Turcę adhuc ſatisfacit. Verum & hoc eſt; Perſam licet militum numero inferiorem, fortitudine tamen parem aut prope maiorem, cunctando magis hoſtem oppugnare. cum exuſtis ac vaſtatis longe lateque ſuis etiam regionibus intra receptacula tutiora ſe contineat, hoſtique anſam ſequendi ob longitudinem itineris, ac commeatuum aſportandorum difficultatem atque inopiam præcidat, aut longius euagantem carpat, inſidiiſque & plurimum pugnet: qua de cauſa prælia & conflictus rariores, plerunque tamen cum detrimento Turcarum euenerunt. Porro vt hiſtoria huius belli luculentius ob oculos ponatur, à primis occaſionibus cauſſiſque impulſiuis eam deducam, atq; ita referam, vti ea ab hominibus fide dignis: qui magna ex parte rebus geſtis interfuerunt, accepta, adeoque è ſecretis Turcorum explorata, ac temporis progreſſu conſtantibusque rumoribus veriſſima comprobata eſt: idque breuiſſime, cum ſingulas & locorum & rerum geſtarum circũſtantias exacte perſequi ſuperuacaneũ potius, ac laborioſum mihi aliis quamplurimis diſtricto negotiis, quam vtile aut neceſſarium ſit futurum. Ac primo quidem manifeſtum eſt, acerrimis atque implacatis odiis Turcos ac Perſas diſſidere, qui licet in hoc conueniant, vt Mahometum tanq̃ primarium ac præcipuũ Dei nuncium vtrinq; colant, eiusq; Coranum (ſed in aliquib. diuerſum) amplectãtur: tamen de numero Sanctorum ſiue interpretum Corani acerrime diſſentiunt, quorum Turci vnicum tantum, Ali nimirum: Perſæ præter hunc alios duos, Omar & Ebubegker magna veneratione tanquam diuos proſequuntur. Quę quidem præcipua diſſenſionis cauſſa eſt, vnde ſeſe mutuò vel infeſtioribus vel ſaltem non leuioribus odiis inſectantur, ac ipſoſmet Chriſtianos. Serpebat autem ante hoc bellum ſecta Perſica in Turciam quoq;, & Conſtantinopolin vſq; penetrabat, adeo vt Turcorum haud pauci tum aperte deficientes ad Perſam traſfugerent, tũ religioni illi clam fauerent. Cui malo primores Turci, & præcipue clerus, tempeſtiue occurrendum, grauiorisq; periculi cauſſam auertendam cenſentes, quibus potuere rationibus Imperatorem ad inferendum Perſis bellum, hæreſinque illam profligandam atq; oppugnandam, inducere conati ſunt, fingentes apparuiſſe ſibi viſiones (quibus illa gens multum tribuit) quæ inclinationem regno iſti atque extremam ruinam denuntient, niſi

Bellum Perſicum. 1577.

religio

Digitized by Google

Bellum Perſicum, 1577.

religio acrius defendatur, hæretici armis inuadantur, animæque iam ſponte in perniciem ruentes ſeruentur: atq; hoc Deum ita velle, nec cœptis in cauſa tam pia tamq; neceſſaria defuturum. Chriſtianos quidem corporum eſſe hoſtes: Perſas vero animarum quoque: ideoque bellum his omnino mouendum, quibus deuictis aut ſaltem debilitatis in Europæos abſq; vllo impedimento vires & arma conuerti poſſint. Hæc & alia diligenter Imperatori inculcabant ſacerdotes eius Imam & Hoggia: Quibus acceſſerunt Begorum in finibus Perſicis conſtitutorum de iniuriis & excurſibus hoſtium frequentes querelæ. Interim quoque Begus quidam, militibus aliquot pręfectus, ad Iſmahelem Schah Perſarum Regem deſciuit: cuius exemplum & alii plures ſecuti ſunt. Nec leues, imo fortiſſimos ſtimulos ſubdebat, facileque bellum ſuſcipiendum perſuadebat (quemadmodum rariſsima Turcis vbique pax eſt) huic genti propemodum peculiaris, dominandi ac imperii proferendi cupiditas, quæ ex tot tantisque maiorum ſucceſsibus ac victoriis orta, pro ſua potentia non infelices euentus Murathi pollicebatur. Itaque Muſtafam Baſſam, non ita pridem Cypro capta celebrem, virum peritia rei bellicæ inſignem maturique conſilii, ſupremum belli ducem deſignat, omnique imperio militari inſtruit, acinace quoque precioſiſsimo accingit, duoque vexilla regia tradit. Is 5. April. anni 78. Chryſopolin, hodie Scutari, ſitum in promontorio Damalico Aſiæ traiicit, ſolenniter ac honorifice à primoribus vniuerſæ aulæ deductus, reliquo exercitu diuerſis in partibus Aſiæ interioris ipſum expectante, qui poſtea congregatus bis centena millia adęquaſſe putatur. Continuatis igitur itineribus ſub initium Auguſti confinia Perſica attingit, & in vrbe quadam Aſſyrię, Arſrom vocata, ſubſiſtit, reliquas copias vndecunque excitas operiens. Eodem tempore Dogkmak Sultan, Princeps quidam Perſicus, deſignatus generalis Perſarum dux, (qui legatum quondam apud Selymum, regis ſui nomine egerat) confinia tenuit, viginti quinque millibus armatorum inſtructus, rebusque gnauiter aduerſus hoſtes gerendis intentus. Turcę interim Conſtantinopoli aliisque in locis proceſsiones frequentant, precationeſque ſolennes pro felici huius belli ſucceſſu celebrant. Accidit igitur, vt exercitibus haud procul diſiunctis, Dogkmak Sultan cupiditate ciendi conflictus ſępius excurrens hoſtem laceſſeret. Cumque aliquando in

Digitized by Google

do in Deruis Begum, qui prima Turcorum agmina ſeruabat, inci- diſſet, facile eum ad confli&tandum, vtpote paucioribus oſtenſis co- piis induxit. Incoato conflictu plures ſubinde Perſarum, reliquùsq; adeo ſuccedit exercitus, ac Turcos fortiter adoriuntur, & in tantas anguſtias cogunt, vt parum abfuerit, quin Deruius Beg cum ſuis o- mnibus fuiſſet oppreſſus, niſi Muſtafa Baſſa mature cognito pericu- lo tres alios Begos ſubmiſiſſet: quibus vnitis acris denuo pugna fuit excitata, tanto cum feruore, vt nec Perſæ cederent, quippe in certam victoriæ ſpem multis indiciis erecti, nec Turcæ, qui re- centibus ac iunctis freti copiis hoſtem iam defeſſum facile ſe op- preſſuros putabant. Fortiter quidem dimicantes Perſę ad veſperam vſque prælium protraxerunt, donec tandem & laſſitudine & pluuia ſuperueniente abſtracti receſſerunt, dubia vtrinque victoria. Tan- ta aliquantiſper virtute Turcas repulerunt, vt caſtris prope immi- nerent, feruntque ipſum Muſtafam ſemel atque iterum armatu- ram ſuam popoſciſſe, atque vniuerſum exercitum educturum fuiſſe. Verum & nox inſtans, & pluuia ſatis effuſa, progrediendi ani- mum mutarunt. Vtrinq; tredecim millia, vel vt alii quindecim, alii octodecim occubuiſſe, multo tamen maiore cum Turcorum inter- necione (inter quos aliquot Sangiachi & præcipui duces deſiderati, & mille quingenti circiter fuerunt capti) & literis & conſtanti ru- more poſtea confirmatum eſt. Poſt hanc pugnam in Auguſto men- ſe factam aliquandiu ex vtraque parte quieuerunt: qua de cauſ- ſa Dogkmak ſuſpicionem colluſionis cum hoſte apud nouitium Re- gem Mehemet Chodabende ferebatur incurriſſe. Succeſſit hic Iſ- maeli Schah, fratri ex patre Tamaſo, ſub auſpiciis huius belli vene- no, vti perhibent, à ſorore ſublato, decrepitus iam & viſu orbatus. Reliquerat Iſmael filium impuberem: vnde in Mehemetem tota belli moles vna cum regno deuoluta fuit. Eo tempore ſumma an- nonæ penuria in Turcorum caſtris incidit, vnde magna multitudo fame periit. Facto poſtea excurſu Muſtafa 300. Perſas cepit, omnes tamen obſcurę ſortis, quorum aliqui Conſtantinopolin fuerunt adducti. Vltra Pontum populi ſunt Iberi ſiue Georgiani, inter Colchida & Armeniam, Caucaſeis montibus circumdati, qui Chriſtianam quoque religionem amplectuntur, à Græca nonnihil diuerſam. Bellicoſi ſunt, ac diuerſis Regulis parent, totoque belli tempore non exiguas Perſarum Regi ſuppetias tulerunt. Horum

Bellum Perſicum. 1577.

Digitized by Google

Bellum Perſicum 1577.

aliqui confiniis Turcę vicini ſeſe in clientelam eius dediderunt. Interim Turci aliquoties excurrendo plures hoſtium ceperunt, quorum CCCC. aut D. vna cum prioribus captiuis Muſtafa truncari fecit, miſſis Imperatori duabus veſtibus Perſicis arte ac pictura eleganter elaboratis. Diebus hiſce prælium illud, cuius ſuperius mentio facta eſt, eo quod retulimus modo, confirmatum vulgo Byzantii fuit, Turcis ipſis acceptam cladem minime quidem diffidentibus, ſed de numero cæſorum diuerſimode ſentientibus. Plerique enim ex ſola ipſorum parte duodecim; adeoque quindecim millia cecidiſſe affirmabant: tandemq; noua per mercatores quoſdam Italos, Galatę contra Byzantium ſitæ tum commorantes, plurimaque & interdum ne veriſimilia quidem commentos, in Europam ſparſa, numerum iſtum, plurimorum cum aſſenſu duplo aut triplo auxerunt. Sub finem Septembris Turci haud difficulter, ac citra memorabile damnum occuparunt Tiflis, item Tſchaldung, vrbes ſitas inter Georgianorum populos, & Syruan: idque ductu Oſman Baſſæ, quem Perſę Demirogli ſiue filium ferri cognominare ſolent. His rerum occaſionibus Muſtafa de ędificanda arce Cars conſilium cepit. Sed hoc tanto difficilius effectum iri plerique credebant, quanto Perſæ grauiora pericula ac damna inde metuentes, cunctis id viribus prohibituri viderentur. Ita enim de extructione eius arcis perſuaſum erat, vt diceretur, totidem capitibus, quot lapidibus arcem illam conſtituram: quæ tamen abſque vllo impedimento, ſumma omnium cum admiratione poſtea erecta & abſoluta fuit. Interim vero cum exercitu mouet in Syruan, olim Mediam dictam, tum temporis ſub ditione Perſarum. Cæterum in eo itinere traiiciendus erat fluuius quidam, quem Perſæ, profectione illa per indicium intellecta, ſtipitibus ac truncis ſubdole compleuerant, ſummamque hoſtibus tranſmittendi difficultatem obiecerant, ita vt aliquot millia hominum & camelorum in traiectu perierint, partim ſubmerſa, partim ab hoſtibus aſtu capta & occiſa. Octaua die Octobris Mehemet Baſſa, ſupremus Vezirius Byzantii delectum egit ducentorum equitum, quos Beglerbego Wanenſi miſit.

Eodem menſe infeſtis armis concurrerunt Muſtafa Baſſa & Caraham Perſa, conflictumq; cruentum miſcuerunt, in quo decem vtrinque millia aut fortaſſe plura occubuerunt. Anceps fuit victoria,

ria, quamuis Turcorum cæſorum numerus iterum fuerit maior. *Bellum*
Paulo poſt Beglerbegus Wanenſis cum copiis ſuis ad Tauriſum *Perſicum,*
vſque excurrit, quæ eſt regia Perſę, prædamque ſatis ingentem *1577.*
coegit. Edicitur quoque Beglerbegis Damaſci, Alepi & Natoliæ, vt celeriter copias ſuas educant, ac reliquo exercitui coniungant. Muſtafa nihil deterritus clade ſemel atque iterum accepta progreditur, vrbemque ac totam prouinciam Syruan, Perſis cedentibus, magis quam reſiſtentibus capit. Hi ante potiora ſua bona auexerãt, vrbemq; ac alia oppida longo tractu ipſi vaſtarunt atq; exuſſerunt. Iamque ingruente hyeme de figendis hybernis cogitabat Muſtafa, & ſubſtituto Oſmano in Syruan cum præſidio decem millium, ipſe ad vrbem Arſrom redit. Allata tum fuerunt Conſtantinopolin 8. tympana Perſica, è poſtremo conflictu recepta: indiesque ſuperiora illa confirmabantur, quibus hoc addebatur: paucis diebus ante occupatam vrbem Syruan Perſas aliquantiſper, haud tamen exiguo ſuo cum damno reſtitiſſe. Tum temporis Tartarorum quoque Rex, Turcæ tributarius, auxilia obtulit, eaque fratre ſuo duce poſtea miſit. Beglerbegis, quos antea excitos fuiſſe diximus, quo minus expeditionem maturarent, obſtitit hyems, maiorque pars exercitus dimiſſa tũ fuit. Contigit autem, vt dũ ingenti commeatuum penuria exercitus Muſtafæ laboraret, aliiſque permultis difficultatibus premeretur, tumultus inter Ianizaros & Spahos (qui equeſtrem agunt militiam, noſtriſque nobilibus ęquiparantur, ſuntque horum ordines quinque, ſtipendiorum diuerſitate diſtincti) coortus fuerit, minus tamen cruentus, ſparſęque paſſim querimoniæ, & conuitia iacta in Muſtafam tanquam auarum, ac priuatis ſolum commodis, poſthabita militum cura, intentum. Augebat inuidiam & indignationem clades ſociorum toties ſub infelici Muſtafæ ductu ingeminata.

XXIX. Decemb. duo Curſores Conſtantinopolin venerunt, affirmantes, Perſas ingenti numero in Syruan reuerſos, prælium que cum Turcis geſſiſſe. His Caytam Baſſam cum aliquot millibus ſuccurriſſe quidem, ſed in pugna cecidiſſe. Mature quoque aduentaſſe Tatharani copias, ſine quarum ſubſidio parum abfuerit, quin ad vnum omnes trucidati, ipſaque vrbs in manus Perſarum redacta rurſum fuiſſet. Oſman Baſſan in periculis haud leuibus conſtitutum viriliter ſe hoſti oppoſuiſſe, dum ſuppetiæ ſecutę ſint.

Bellum Perſicum, 1577.

Eo in prælio decem millia occubuiſſe, victoria penes Perſas ſtante. Captus fuit Perſa quidam Sulagk Huſſaim, qui ad Mehemetem Baſſam perductus indicauit, cladem vtrinque fuiſſe exęquatam, licet poſtea ſecus compertum ſit. Rebus ita vertentibus noua edictio facta eſt in Aſia minore, & Caramania, olim Cilicia, euocatique ſunt ſubito octo Sangiacbegi (qui ſub ſe habent tum equeſtres tum pedeſtres copias, noſtris æquiparandi Comitibus) Imperator quoque tercentum tormenta, à falconibus denominata, pariterque argenti vim magnam ſubminiſtrat. Perſa nec ipſe rerum gerendarum immemor, copias indies adauget, & quantumuis ſera iam hyeme L X X X. circiter millia cogit. Cumque Tartari ingenti multitudine ſeſe Turcis coniunxiſſent, pręlium vtrinque acerrimum fuit commiſſum, in quo X X X. millia Tartarorum ac Turcorum trucidata perhibebantur, capto ipſorum duce, fratre ipſius Regis. Oſman Baſſa infelicem expertus pugnam fuga ſibi conſulit, auectis ſecum quibuſdam tormentis, & ad Georgianum quendam Schemhali dictum, qui paulo ante ad Turcam cum aliis defecerat, confugit, cuius filiam in vxorem poſtea duxit: hinc exigua cum ſuorum manu ad Demircapi ſiue portas ferręas, in anguſtiis Caucaſi montis ſitas, ſeſe confert. Ea victoria potiti Perſæ prouinciam Syruan integram receperunt, vrbemque tum opibus tum munitionibus inſtructiſſimam diripuerunt, ac propugnacula à Muſtafa extrui cœpta deſtruxerunt, muriſque nudatam toto deinceps belli tempore, retinuerunt & adhuc tenent. Turci quidem eam cladem extenuare ſunt conati, ſed pluribus indiciis atque nunciis eam haud vulgarem fuiſſe conſtat. Vtque hoc primo belli anno plura, ſequentibus rariſſima prælia & conflictus contigerunt: ita Turcorum clades in vniuerſum L X X. fere millia æquaſſe, tam eorum qui in præliis, quam qui fame perierunt: Perſa vltra viginti quinque millia ad ſummum non amiſiſſe perhibetur. Anno ſequenti L X X I X. Turcarum Imperator omnibus viribus redintegraturus iſtud bellum, per Aſiam & Græciam, totumque tractum ad Albam vſque Gręcam ſub veris initium ſeuera cum interminatione Beglerbegis, Baſſis, ac Sangiacbegis edicit, vt copias mature cogant atque educant: & diuulgatum eſt aliquoties, fieriq; viſa præparatio, ipſummet Imp. egreſſurum: q tamen animādi cauſſa potius atq; alacriores reddendi Turcos ad ſequendum bellũ admodum odioſum, fiebat.

Quo

Quo edicto exciti Baſſæ quoque Hungarici, Budenſis præſertim & Temes Warienſis, haud exiguas copias inſtruxerunt. Allatæ fuerunt etiam literæ Beglerbegi Wanenſis, quæ tum prælii ſuperioris, tum captæ vrbis Syruan narrationem antea commemoratam continebant. Eodem tempore Weywodis Moldauiæ ac Walachiæ iniunctum fuit, vt frumenti iuſtam quantitatem ſubminiſtrarent, per Pontum Euxinum in partes illas tranſportandam. Tartarhan quoque per literas requiritur, vt exercitum quam ocyſſime rurſum conſcribat, mittunturque ipſi duo acinaces ingentes ingentis precii, cum aliis nonnullis muneribus 9. Martii 4000. Spahi ſiue equites, ac 5. millia Ianizarorum Conſtantinopoli de nouo mittuntur: eodemque tempore Beglerbegus Damaſci, filius Mehemetis Baſſæ copias ſibi ſubiectas educit. Triremes quoque plures in Ponto Euxino & Morea (olim Pelopōneſo) ad eundem finem inſtruuntur: Tantum apparatum dum Turca moliretur, Perſa quidem de mediis ineundæ pacis cogitare cœpit, quam nec Turca auerſatus fuiſſet, niſi ea vtrinque æmulatio & autoritatis tuendæ ratio extitiſſet, qua neuter pacis petendæ manifeſtus voluit eſſe author, ne alteri cedere videretur. Itaque bellum denuo inſtauratur. Captiuitate fratris ſui intellecta Rex Tartarorum, de eo liberando cum Perſa agit: cui hic reſpondit, ita demum illud futurum, ſi pacem Turcarum Imperatori æquis conditionibus perſuaſerit. Sed obiit ille poſtea in captiuitate: qua de cauſa Tartarus tum iuſſu Murathis, tum quod fratrem vlciſci vellet, denuo expeditionem ſuſcipit, adiutus ab Imp. ſubſidiis haud mediocribus. Nam & militem, & pannorum quantitatem haud exiguam, cupri quoq; centenarios 100. argenti clitellas 50. ex redditibus Cairenſibus ſiue Ægyptiis accepit. Ipſi Regi donata eſt materia veſtiaria ex aureo & argenteo texto, ſerico & holoſerico, nec nō acinaces precioſiſſimi: Tranſportata item fuerunt arma omnis generis & tormenta per Pontum Euxinum, mandatumq; Regi, vt aut ipſe, aut præcipuus quidam Tartarorum exercitum duceret. Aprili menſe rumor vbiq; ſpargebatur, coactis à Perſa ex omni ſuo regno ingentes copias, eaſq; confinia iam tenere ideoq; Imp. rem ipſummet promoturum, & exercitui coram affuturum, quod præſentia ipſius tum plus animi ſuis, tum terroris hoſtibus eſſet allatura: Serioq; deliberatum & pene concluſum fuit, vt ſaltem pedem è Thracia moueret, quaſi in Caramaniam profecturus. Arrectis itaq; tunc omnium ani- *Bellum Perſicum, 1577.*

Bellum Perſicum. 1577. mis & auribus, proque tanto apparatu grandia ac miranda expectantibus, inſperata in exercitu de Muſtapha diffidẽtia eſt exorta, quam inobedientia comitari ſolet: & agitata ſunt conſilia de obtruncando eo. Inuidiam ei tantam conflauit auaritia nimia, vti ſuperius dictum, & ſegnior commeatuum procuratio. Perſæ igitur valido cum exercitu progreſſi vrbem Tiflis antea Iur vocatã, & priore anno à Turcis captã, obſidione cingunt, adeoq; coanguſtant, vt obſeſſi cõmeatuum omnium penuria ad mactandos mulos, equos & canes adigerentur: parumq; abfuit, quin vrbs in extremis iam periculis conſtituta caperetur, niſi Damaſci Beglerbegus tandem ſuccurriſſet, qui conflictu excitato Perſas repulit, & obſeſſos victualibus refecit. Eodem tẽpore Murathes ad omnes Europæ Baſſas literas emittit, quibus eos ad arma, equos & camelos ſubmittendos exhortatur: idq; magis terrendorum Perſarum cauſa, effectu haud ſecuto. Interim Ochiali ſiue Vlutſchali Baſſa, Præfectus maris, & claſſis regiæ, iuxta mandatũ regis claſſem omnibus modis inſtruit, tormentis, trabibus ligneis, aliiſque ad ædificandum neceſſariis præmittens per Pontum 6. triremes & mahonam ſiue nauim grandem vnam: quas ipſe 17. Maii cum aliis 50. triremibus ſubſequitur. Similiter cæteri Beglerbegi Aſiatici, Sãgiacbegi & Spahi ad bellum eodem tempore exeunt. Diximus antea plures eſſe regulos Georgianorum, & pleroſque à partibus Perſicis. Cæterum vidua quædam erat prædiues, quæ Turcorum inſultibus ac direptionibus cum ſuis expoſita variis damnis afficiebatur. Ideo de ſecuritate ſibi proſpectura, duos quos habebat filios ad Murathem ablegat rogatum, vt æquis conditionibus ipſa cum ſuis in tutelam reciperetur. Turca non auerſatus petitionem iſtam, beneuole fratres excipit: quorum alter poſtea pollicitationibus inductus, nomine Manug Schachbeg ad Turcicam fidem tranſiit, ſeq; circumcidi fecit, in cuius gratiam Imp. 25. Iun. ſolenne feſtum inſtituit, ac ſpectacula feſtiua celebrari iuſſit, in Hippodromo ſiue Atmedam. Factus hic eſt Beglerbegus ſuæ ditionis, filiumq; Imperatori obtulit, qui cum in aulã deduceretur puer adhuc, lacrymas fudit. Hinc ambo fratres 15. Iul. domum verſus abierunt: & dicitur minor Guarquorat beg in itinere ab apoſtata veneno ſublatus. Interim Muſtafa Baſſa verſus Cars progreditur, milite illud atque aliis munitionibus inſtructurus, ſumma quidem cum Perſarum indignatione, ſed nullo reſiſtendi conatu. Ochiali feliciter confecto curſu ſuo per pontum

Euxi-

Digitized by Google

Euxinum, tempeſtuoſum alioquin & importunum, caſtellum quoddam inter Mengrellios (qui ſunt Colchi) & Georgianos ædificare cœpit magno ſumptu, quod hoſtes paulo poſt fugatis Turcis deſtruxerunt. Cumq; id denuo reſtauraturus eſſet, Perſæ ſuperuenientes à propoſito ipſum magna data ſtrage ſecundo cohibuerunt. Mēſe demum Septembri Muſtafa Baſſa ædificationem arcis Cars, quieſcentibus omnino Perſis, ſumma cum admiratione perfecit. Eodem mēſe Tartaricæ copiæ Turcis coniunctæ ſunt ad portas ferreas, duce Oſman Baſſa, ſed eas nihil memorabile geſſiſſe conſtat. Exorta eſt autem in caſtris Muſtafæ lues peſtifera & ſumma annonæ caritas: ob quam ipſe Amaſiam in Lycaonia, hybernandi ibidem cauſa, literis Imperatoris fuit auocatus. Subſtitit tamen ea hyeme in Arſrom, non ſtipatus pluribus quam 10. millibus, reliquo exercitu ob famem, peſtem atque inſtantem hyemem dilapſo; Beglerbegi ſimiliter, quotquot in expeditione fuerant, domum infectis rebus redierunt. Perſa à Caſmin (quæ altera eſt & penitior regia) Tauriſum verſus proficiſcitur, & de abitu Turcorum certior factus in ipſorum ditionem excurrit, prædaque parta haud exigua retrocedens milites ſuos itidem dimittit. Murathes cognita excurſione illa, veritus ne vlterius Perſa graſſaretur, continuo Muſtafam per literas hortatur, vt cum omni, quantum cogere poſſet, exercitu confinia repetat. Verum is ob diſceſſum Perſarum ſeſe continuit, & vt maxime progredi voluiſſet, milites obedientiam detrectarunt: Ideoque paulo poſt Conſtantinopolin reuocatur, inque eius locum ſubrogatur Sinam Baſſa cum mandatis, vt primo ſtatim vere ſeſe ad expeditionem paret. Tartari cum aliquamdiu ad portas ferreas ſubſtitiſſent, tandem ſub anni finem pluribus ſuorum amiſſis intra fines reuertuntur. Oſman Baſſa ſocerum Schemhalus, à quo in fuga Syruanenſi hoſpitio exceptus ac ſeruatus, generque aſcitus fuerat, interimi facit. Muſtafa ſemel atq; iterum auocatus, cum haud dubiis ſignis iram Regis, conflatumq; ex delatione militum odium præſentiſceret, perculſus quoq; conſcientia venditorū ære præcipuorum munerum (nā tanta eſt eiuſmodi ſupremi ducis autoritas, vt Vezirios etiam ſiue Purpuratos creare poſſit) moram conſulto trahit, & veritus inſidias quam optime ſeſe munit. Mittitur itaque Capitſchi Kyheia, qui eſt Cubiculariorum præfectus, cum aliis 15. Capitſchilar, duabus inſtructus literis, quarum alteræ ipſi Muſtafæ pro occaſione eius ſuffocādi *Bellum Perſicum, 1577.*

erant

Digitized by Google

Bellum Perſicum. 1577.

erant offerendæ: alteræ mandatum ac voluntatem Imperatoris ea de re continebant, ne qua vis ſicariis forte inferretur. Caſtra nactus ille Præfectus, cum ea eſſent tripartita, ab vno ad aliud ablegatur. Tandem cum colloquium Muſtafæ ſerio flagitaret, ad interuallum fuit admiſſus, diſpoſitis vndique cuſtodibus armatis, cum Muſtafæ haud dubie ſuboleret, quid iſtud ſibi vellet. Ille exequendi facinoris occaſione priuatus literas offerri fecit, quibus Defterdarum & Nyſchangi, id eſt, theſaurarium & Cancellarium ipſius Muſtafæ ſibi tradi conſignarique petebatur. Muſtafa varia quærens effugia & excuſationes, cum contra non auderet, eos hac conditione ſe dediturum promittit, ſi de vitæ incolumitate ipſis caueatur. Atque ita ambo iſti Conſtantinopolin abducuntur, & in caſtrum ſeptem turrium coniiciuntur, deque omnibus Muſtafæ factis ſeuere examinante. Hos tamen Muſtafa, IX. April. Byzantium ingreſſus, ac Imperatori nonnihil reconciliatus, deinceps liberauit. Plures dies in vrbe moratus ipſe à colloquio Imperatoris arcebatur, dubia omnino ſpe reconciliationis: ſed largitionibus immenſis gratiam aliquam ſibi tandem mercatus eſt.

XXV. Aprilis Sinam Baſſa deſignatus in locum Muſtafæ belli dux Imperatori valedixit, ab eoque accinctus acinace precioſiſſimo, acceptis quoque vexillo prætorio & equis lectiſſimis, in Aſiam traiicit, ſolenni pompa tum aulicorum, tum triremium ac nauium in portu diſpoſitarum, tormentaque certatim diſplodentium decoratus. Fama erat contra Georgianos hunc principaliter moturum: cui per iter Aſiaticæ copiæ hunc inde affluxerunt. Tartarus quoque de nouo militem ſubſidiarium armauit.

Sinam itaque delatus ad confinia, cum habito circa Arſrom delectu plurimos ad eam militiam conſcriptos deſideraret apud Sultanum conqueritur, qui ſubito quodam die Aiac typhan indixit, hoc eſt, conſilium pedeſtre, idque in area Palatina, inter arcem regiam & templum S. Sophię intercedente. Rara ſunt eiuſmodi conſilia & tumultuaria, nec niſi ardua aliqua neceſſitate vrgẽte inſtituuntur. Tractatum in eo fuit de perſequendo bello, & de illis qui expeditionem ſubterfugerant, carcere mulctandis. Quarto Auguſti Legatus Perſicus Muſuhali nomine, cum 17. miniſtris aduentauit, magnaq; cum pompa exceptus fuit. Sexto die Muſtafa obiit, cum biduo ante in morbum incidiſſet, contractum ex eſu nimio melonum, ac ſuper-

Digitized by Google

ſuperingeſta aqua ſaccarea, quam Scherbeth vocant quamuis alii ipſum ſibi mortem neſcio quo modo conſciuiſſe, metu imminentis ſupplicii, quod ex accuſatione Perſæ ob ſuppreſſos aliquot legatos metuebat, ſuſpicati fuerint. Imperator mortuo ipſo vniuerſa eius bona confiſcauit, ac in arcē deuehi iuſſit, relicta nepotibus necdum adultis qualicunq; portione, quos in aulā poſtea recepit. Dicitur hic idem Muſtafa Selymi iuſſu (quem in iuuentute erudierat) dum ageret Beglerbegum Cairi ſiue Ægypti, obtruncandus fuiſſe: quod tamen per indicia præmonitus ſimiliter euitauit. Nota eſt eius, quàm capta Cypro exercuit, perfidia & crudelitas in Bragadinum aliosq; Chriſtianos pluſquam barbarica. VI. die eiuſdem menſis Imp. ſuperioribus diebus venatum quaſi egreſſus, cū vniuerſa aula in gratiam legati Perſici vrbem ſolenniter ingreditur. Moris eſt enim Sultanis, vt legatis exterorum regum cum pompa ſeſe ſpectandos exhibeant. Comitatus fuit ingens & ſplendide decoratus armiſque inſtructus, equitum quidem millia quinq; tam præciſe, vt nec deeſſe quiſquam nec ſupereſſe eo ex numero deprehenderetur. Pedites, præſertim Ianizari, Solagki, & Aſapi, cum inordinate ac gregatim incedant, exacte numerari non potuerunt. Hi ad ſeptem millia fuerunt æſtimati, omneſque decore veſtiti. Atq; hic erat cernere ſyluam quaſi plumarum & alarum aquilinarum, quas pileis geſtare, ſpeculis inſertis, ſolent. Equites magna ex parte amicti fuerunt aureis textis, & ipſorum equi, elegantiores alioquin & exquiſiti, phaleris & ornatu equeſtri. Turcis vſitato ſplendidiſſimi. præſertim vero regii, qui proxime ante Imp. ducuntur, dici vix poteſt, quanto precioſorum lapidum, gemmarum & auri apparatu nituerint. Magna quoque canum vis tum Moloſſorum tum aliorum venaticorum ducebatur. Nec ineleganter circumpedes incedebant, geſtantes pileos pyramidales argenteos tenuis laminæ deauratos, inde ſatellites, arcubus & pharetris inſtructi. Imperator ipſe placido nutu omnes tam Turcos, quam Græcos & Hebræos ſalutabat. Ornatus equi erat admirabilis ac ſplendidiſſimus. Ipſi ſtapedes latiores ex ſolido auro, vti perhibent, confecti variis gemmis inſerti, vt de vnione inuſitatæ magnitudinis, qualis à fronte equi dependet, de freno, monili, antilena gemmatis, ephippio deaurato, ſtrato margaritis conſerto nihil dicam. A tergo ſequebantur pueri nobiles & equites cataphracti bis mille centum, apparatu certe magnifico. Claudebant hunc trium-

Bellum Perſicū, 1577.

Bellum Perſicum. 1577. phum 12. Croati & Hungari captiui, tribus curribus impoſiti, quorum vnus tympanum pulſabat. Sed neque hoc prætereundum, durante hac pompa 300. fere captiuos, quorum aliqui fuerunt Imperatoris, maior vero pars Ochiali præfecti claſſis regiæ, qui & ipſe pompæ intererat, fugam dudum animo conceptam, naui quadam biremi arripuiſſe: quos Ochiali ſtatim inſtructa naui prætoria aliaque trireme in Archipelago longe perſecutus, octauo die poſt re infecta domum rediit. XVII. eiuſdem menſis Legatus Perſicus in aulam deducitur, Sultanoque literas regis ſui ac munera offert, duos Coranos elegantiſſime ſcriptos, 9. ſacculos plenos gemmarum rudium, & aliquot tapetes Perſici operis. Cauſa legationis hæc erat, vt pacis tractatio cum Turca inſtitueretur, quo tandem miſeræ plebi, cædibus ac bello tam diuturno vexatæ atque exhauſtæ parcatur, præſertim cum vnum vtrinq; Deum, eundemque ipſius Apoſtolum ſiue nuncium colant, ac vt vires ſuas pro aſſerenda ſua religione in Chriſtianos ſiue infideles conuertant atq; exerceant. Haud ingrata fuit Turcæ ea petitio, iamdudum eius belli pertæſo, planeque ſperabatur, ac tantum non affirmabatur certa pacis concluſio: ideoque magno in honore habitus fuit legatus, & à primoribus Baſſis frequenter ad conuiuia, iſtic alioqui rariora, inuitatus. Sed tota ſanciendæ pacis ratio ibi potiſſimum impingebat, quod Turca prouinciam Syruan ſub initium huius belli à ſe captam, & quæcunque pede contigiſſet ſuo, ſemelque tenuiſſet, reſtitui ſibi peteret: legatus conſtanter id recuſaret, dicens neque id ſe in mandatis habere, neque Regem ſuum ſua quidem ſententia hiſce conditionibus aſſenſurum. Atque ita Turca ſpe fruſtratus legatum dimittit 17. Septem. cum literis, quibus eandem petitionem apud Perſam vnice vrgebat. Is domum verſus tendēs, à Sinam Baſſa aliquādiu detinetur, & in vinculis quidem, tanquam is qui Sultanum vana ſpe pacis fraudulenter lactarit. Ex itinere duo eius miniſtri Conſtantinopolin reuerſi fidem Turcicam ſuſceperunt. Eodem tempore Sinam Baſſa, nulla dum re hoc in bello præclare geſta, verſus Georgianorum ditionem progreditur, quibus occurrentibus acer conflictus fuit editus, ex quo inſignem cladem Turci acceperunt: quod ipſum literis cuiuſdam, qui interfuit, & fama confirmatum eſt. Mittebantur tum ex vrbe 30. Reys, qui ſunt Capitanei nauium, 30. architecti, ac totidem Odobaſſi cum mādatis, vt triremes ædificarent in mari Caſpio, deſtinata ad hoc materia li-

Digitized by Google

ria lignaria aliiſque neceſſariis:cuius rei effectus necdum apparuit. *Bellum Perſicum. 1577.*
Sinam pertæſus huius belli domum redire deſiderabat, ac literis apud Sultanum ſeſe inſinuabat, pacemq; quibus poterat modis perſuadere conabatur. Nam ex ſupremo Veziriatu, qui ex morte Ahmatis Baſſæ ad ipſum deuolutus erat, plus ſibi honorum, opum ac quietis pollicebatur. E caſtris eius plurimi cogente inedia diſcedebant. Perſæ ſub autumnum rurſus obſident vrbem Tiflis, haud dubia ſpe eius capiendæ. Sed Beglerbegus Damaſci denuo eos, quemadmodum ſuperiore anno, cruento cōflictu deiecit ac repulit. Hyeme iſta noui rumores ſpargebantur de redintegranda expeditione, mittendoq; Aga ſeu Præfecto Ianizarorum. Ac miſſi ſunt 13. Aprilis anni 81. per Pontum 1500. Chulcardaſchar, vti vocantur: delectiq; fuerunt Ianizari, qui terra ſequerentur: & hi paſſim equos à ruſticis coegerunt, quos iterum, ſuſpenſa expeditione illa propter extremā in confiniis annonę penuriam, militumq; omnium fere ad hoc bellum tantum non cogendorum animos prorſus inuitos ac alienos dimiſerunt. Itaq; bellum hoc anno quaſi conquieuit, & Sinā Baſſa relictis confiniis Byzantium ea æſtate rediens ſupremum Veziriatus officium ingreditur. Ineunte vere anni 82. rurſum naues aliquot victualibus oneratæ, & per Pontum ad confinia ſunt tranſmiſſæ. XXIX. Martii Legatus Perſicus cum trecentorum ferme comitatu, ad condecorandum feſtum Circumciſionis, à Murathe in honorem filii inſtitutum, Byzantium appulit. Cui extra Scutarium Beglerbegus Græciæ, aliique aulici numeroſo cum equitatu, Præfectus regiæ claſſis cum 25. triremibus eleganter inſtructus obuiam proceſſerunt: in littore vero Conſtantinopoleos Aga Ianizarorum; Odo & Capitſchi Baſſi, cum tribus ſuorum millibus eum præſtolati ad hoſpitium decenter deduxerunt. Et quamuis præſente iam Legato pacis tractandæ atque ineundæ ſpes eſſet, tamen Imp. maioris ſecuritatis atque authoritatis gratia triremes aliquot milite impoſito emiſit, cum non ita pridem quatuor quoque Czauſchos ad Perſam ablegaſſet, quibus tamen cum mandatis, non ſatis conſtat. Interim feſtum Circumciſionis, præſentibus legatis præcipuorum orbis principum eo inuitatorum inſtituitur, fitque eius initium 2. Iun. extructis in Hippodromo ſiue Atmedam ſtationibus ſiue pergulis pro Imperatore, filio & gynęceo ipſius, nec non legatis exteris ac primorib⁹ Turcarum, durauitq; illud 50. dies continuos. Quo tempore non

Bellum Perſicum, 1577. ſolum Veziriis Baſſis, Beglerbego Græciæ, Præfecto Ianizarorum & claſſis regiæ cum ſuis miniſtris, Czauſchis atque Spachis: ſed & legatis, quos Sinam Baſſa Sultani iuſſu, oblatis varii generis animalibus ac figuris è mero ſaccaro confectis, ſolenniter inuitauit, & horum miniſtris, adeoque multitudini plebis epulum quotidie fuit appoſitum, totaque Hippodromi area cibis conſita. Ludi quoque ac ſpectacula omnis generis, pleraque inuſitata ac mirabilia fuerunt exhibita, ita vt infinita prope ariolorum, funambulorũ, prçſtigiatorum, pugilum, ſaltatorum, athletarum, muſicorum ac aliorum, quiduis ridicule, iocoſe aut ſcurriliter quoque agentium ſiue conantium, confluxerit colluuies. Filius Regius Sultan Mehemet, ætatis ſuæ annum decimum ſeptimum ingrediens à Mehemete vltimo Vezirio, Imperatoris quondam tonſore, VII. Iun. ſeorſim, adhibitis vſitatis ceremoniis circumciditur. Tantus in eo feſto luxus atq; oſtẽtatio fuit vſurpata, vt Imp. ac filius congregata plebe ſæpius nummos, & patellas argenteas ternis vicibus quadragenas aut quinquagenas manu ſparſerint: quo concurſu plerunque aliqui fuerunt oppreſſi. Breuiter, inuſitatæ miræque feſtiuitates ac ſpectacula curſus equeſtris & pedeſtris, ludicrorum conflictuum, iaculandi, caſtra oppugnandi, committendi canes vrſis apriſue, mittendi ignes volatiles, ſalientium aquarum, ferarum, Muſicæ, comœdiarum, tripudiorum & ex diebus illis conſpecta ſunt, ita vt ſimile feſtum neque apud Turcos vnquam, neq; alibi celebratum ſit. Contigit interim, vt Perſæ Turcos omnium rerum ſecuros ex inſidiis obruerent, ac ſtragem darent ad quater millia vulgo æſtimatam. Quo comperto Murathes vehementer commotus non ſolum ſtationem pro Legato extructam deſtrui, ſed & intra hoſpitium occludi eum iuſſit: cui poſtea, graſſante horrendum in modum peſte, plures centum miniſtris obierunt. Paulo poſt tres Perſæ haud vulgaris conditionis ad Turcas transfugerunt, quorum vnus fuit ille Muſuhali, qui anno 80. legatum egerat. Nouiſſimum eſt, quo narrationem hanc concludo, quod Perſæ rurſum ex improuiſo adorti Turcas, non modo 20. circiter millia trucidarunt: ſed vrbem quoque Tiflis, ac totam regionem circumiacentem recepiſſe perhibentur. Cuius victoriæ non minimam cauſam fuiſſe aiunt Mehemetum Georgianum, quem antea à matre Conſtantinopolin amandatum fidem Turcicam ſuſcepiſſe dixi. Hic cum odium Imperatoris, neſcio quibus ex cauſis incurriſſet,

Digitized by Google

ſet,ſentiens ſibi tendi inſidias,ad Perſas magna cum Turcorum ma- *R. ſ per Hũgariam & Croatiam geſta, 1593.*
nu transfugit, hisque opportunam inuadendi Turcos rationem oſtendit, & ipſe opem haud exiguam prę̃ſtitit. De qua clade conqueſtus poſtea apud Imp. Oſman Baſſa graui culpa Sinam grauauit, qui bellum hoc,etiamnum ſupremus dux, ſegniter adminiſtrauerit, atque inde domum reuerſus ſubmittendorum auxiliorum vana ſpe ſæpius ipſum lactauerit. Quo modo graui inuidia ac ſuſpicione oneratus Sinam, omnem operam virilem, & in perſequendo hoc bello fidem ac feruorem Imperatori defert: ſed fruſtra. Hic enim vehementi concepta ira ilico hominem ab officio remouit, parumque abfuit, quin eum obtruncari faceret. Itaque homo omnium inſolentiſſimus, ac Chriſtiani nominis oſor acerrimus fugit, cuius bona ampliſſima confiſcata ſunt, eiusque in locum ſurrogatus Siauſch Baſſa, natione Hungarus, ac nobilis in pueritia captus, vir ſedatus ac minime tetricus. Faxit Deus Opt. Max. vt gentes illæ Mahometicę infeſtioribus ac funeſtis armis tam exteris quam inteſtinis concurrant: ea vero quæ in orbe Chriſtiano tum flagrant, tum metuenda videntur incendia clementer reſtinguantur ac comprimantur: idque ad nominis ſui gloriam, tranquillitatem publicam, noſtramq; omnium ſalutem.

Breuis rerum inter Turcas & Chriſtianos per Hungariam & Croatiam à menſe Septembri anni M. D. XCIII. *vſq; ad initium anni ſequentis geſtarum, Narratio.*

POST cladem ad Siſſeccum acceptam, Amurathes Turcarum Tyrannus ira percitus incredibili, vindictæq; cupidus, vt ignominiæ hanc maculam elueret, ingentem denuo conſcripſit exercitum, & ad eandem munitionem expugnandam miſit. Chriſtiani cum numero viribusque longe eſſent inferiores (aiunt enim in Turcarum exercitu centum quadraginta, alii centum millia equitum peditumque fuiſſe) cum ſummo animi dolore munitionem hanc in conſpectu ſuo ab hoſtibus ſibi extorqueri viderunt. Qui in ea erant præſidiarii, fortiter ſe defenderunt: ſed continuis oppugnationibus defatigati, & tandem victi, ab irrumpentibus Turcis omnes trucidati ſunt. Septimo poſt die Octobris Veſprinum à Turcis occupatum

 eſt.

Res per Hũgariam & Croatiam geſta, 1593.

eſt. At Chriſtiani animaduertentes, ſe vrbem aduerſus Turcarum impetum tueri non poſſe, per poſticum quoddam nocte egreſſi, fugam moliebantur. Turcę vero fuga cognita, noſtros inſecuti, multos occiderunt. Pręfectum Ferdinandum Samariam, vna cum quodam Germano Hofkirchero, ceperunt. Puluis tormentarius, qui in murorum fundamentis à noſtris defoſſus erat, ignem concepit, poſtquam iam Turcę eſſent ingreſſi, munitionemque vna cum multis Turcis euertit. Turca vero commoditatem loci conſiderans, Veſprinum deſerere noluit: ſed duobus Begis reſtaurandum dedit. Inde Palotam mouet hoſtis: eamq; arcem tanto furore concuſſit, & tot oppugnationibus pręſidiarios fatigauit, vt iam nulla ſpes eſſet eam defendendi. Quare Petrus Ornandi Hungarus, qui loco præerat, coactus eſt cum hoſte paciſci, arcemq; tradere. Cumq; vitam & fortunas iam noſtri ab hoſte impetraſſent, pactiq; conditiones ſacramento eſſent confirmatæ: arx aperta, & hoſtes admiſſi ſunt. At Barbarus periurus, capto Præfecto cum duobus aliis reliquos omnes trucidauit. Decimo tertio Octobris munitio Vezza in Turcarum poteſtatem venit. Magna ob tot celebres, celereſque hoſtium victorias erat in Croatia, Hungaria & Auſtria trepidatio: hanc augebat fama inteſtini mali. Quidam enim dicebant, multos eſſe proceres in iſtis locis, qui clam cum Turca in perniciem Chriſtianorum conſpirauerant: quidam Boemos à Cęſare deficere, & nouum ſibi Regem creare velle affirmabant. Alii Cæſarem rebus adeo deploratis fugam in Hiſpanias meditari, alii alia ſomniabant: vt metus ſuſpicionum & malorum omnium plenus eſt. At Cæſar vbi ex certis exploratoribus captiuiſque didiciſſet, hoſtilem exercitum non vltra centum armatorum habere millia: & inter illos quinquies mille & ſexcentos tantum Ianizaros, equites etiam inutiles, & in bello minus exercitatos: tormenta ſecum attrahere maiora quatuordecim: minora ſeu campeſtria centum: in omnem partem Legatos nunciosq; miſit, qui diſperſas Chriſtianorum copias in vnum cogerent exercitum: nouas conſcriberent, & à Principibus Chriſtianis opem implorarent. Imperator exercitus Turcici erat Sinan Baſſa: ſub illo Beglerbegus Græciæ, quidam Vezirius, Baſſa Budenſis, multi Begi, Sangiaci, Spachi & magni nominis proceres. At famæ datum eſt, Sinanem Baſſam hoc tempore mandatum accepiſſe, vlterius ne progrederetur: ſed ab armis abſtineret, exercitumque in hyberna dimitte-

Digitized by Google

Res per Hũgariam & Croatiam geſta, 1593.

mitteret: Ianizaros Albam Regalem, Equites Budam, reliquos qui Conſtantinopoli venerant, Belgradum ablegaret: vbi ad initium vſque noui veris permanerent, quo tempore tres alii Begi cum nouis copiis accederent: vt Agriam (Erlauium vulgo vocant) munitiſſimam Hungariæ arcem obſideant. Per hos dies Chriſtiani contractis vndique viribus, luſtrato recenſitoque exercitu, XVI. & XVII. die Octobris Danubium traiecerunt, vt hoſtem ab obſidione Dotis repellerent: & cum eo, ſi opportunum eſſet, conſertis manib. confligerent. Viceſimo deinde Octob. die Melchior Rederus Sileſ. Baro cũ mille trecẽtis lectiſſimis, equitib. partem hoſtilis exercitus adortus, ſexies mille Turcas cædit: multos capit: trecentos pueros Chriſtianos, quos captiuos in Turciã mittere decreuerant, armata manu redemit. Hæc victoria non exiguum terrorem hoſtib. incuſſit, maiora quotidie metuentib. ex eo, quod Chriſtianorum apparatus eſſet tam magnus, & quod tam tarde exercitum educerent. Biduo poſt fama ad aulam Cæſaris allata eſt, Turcarum Imperatorẽ magna celeritate 30000. Tartaros euocaſſe, quos in Hungariam quoq; miſſurus eſſet. Cæterum acerbum hoc nuntium mitigarunt alia duo lætiora: primum, quod magnus Poloniæ Cancellarius multa Tartarorum millia trucidaſſet: alterum, quod Perſarum rex cum centum quinquaginta millium exercitu in ditiones Turcicas irruptionem feciſſet: omnia quæque obuia vaſtans, ſpolians, expugnans, & pomeria ſua ad multa milliaria proferens. Chriſtiani auctis viribus collapſos animos denuo erigentes, cum exercitu viginti quinque equitum peditumque millium, præter limitaneos & incolas, ſub finem Octobris Albam Regalem obſederunt. Eſt ea ciuitas Hungariæ celebris, in qua antiquitus Reges ſolent coronari: quorum vltimus fuit Ferdinandus Imperator, qui ibidem Anno M D XXVII. poſtremo coronatus eſt. Obſeſſam vrbem attractis machinis magno cũ impetu verberarunt; & iam ruinas aliquot ad oppugnationẽ idoneas ſtrauerunt. Incurſione vna aut altera facta, fortiter ab oppidanis reiecti ſunt. Interea Baſſa Budenſis mandato Sinanis Baſſæ cum 13. Begis, & 20000. exercitu; in quo triginta machinæ bellicę, & 50. currus commeatu apparatuq; omni onuſti erant, Albam Regalem mittitur, vt vrbem obſidione liberet. At Comes Hardeckius, Gubernator Rabę, Comes Georgius Serinenſis, Dominus Nadaſty cũ ſuis equitib. & Huſſaris, & octo lectorum peditum millibus, Turcis, antequam ad

vrbem

Res per Hũgariam & Croatiam geſta. 1593.

vrbem appropinquarent, obuiam proceſſerunt, vt belli fortunam tentarent, & Baſſam, ne propius accederet, impedirent. Baſſa viſis noſtris eminentiorem locum occupat, vt deſuper in noſtros omne telorum genus facilius immitteret. At Chriſtiani inuocato Dei auxilio, iuſtaque ira in hoſtem inflammati, de loci iniquitate nihil cogitantes, in Turcas irruunt: inter tela & arma collem aſcendunt: & cominus pugnantes decem millia Turcarum occidunt: inter quos tres Begi, Granenſis, Serſchinenſis & Nouigradenſis, Chiauſii ſeptem, & alii multi proceres, fortiſſimique limitaneorum militum Præfecti. Sinan Baſſa in eadem pugna fuiſſe; in ſcapulo & femore vulneratus eſſe dicitur: reliquos in fugam coniecerunt: nullos ceperunt, ſed omnes trucidarunt. Quam rem Turcę tulerunt ęgerrime: iurarunt que inter ſe, nullos deinceps ſe etiam Chriſtianos in fidem recepturos: ſed & omnes interempturos eſſe. Cuius iuramenti exemplum mox ſtatuit in quinque Chriſtianos, qui captiui adducebantur: omnes quoque machinæ, currus, commeatus & apparatus, multique cameli in Chriſtianorum poteſtatem venerunt. Magnum hic erat fortunæ, aut potius Dei beneficium: quod omnes machinæ hoſtiles ſine vllo noſtrorum detrimento exonerabantur. Antequam autem denuo onerari & diſponi potuerunt, Huſſari & equites Germani impreſſionem in hoſtem fecerunt, & tam gnauiter pugnarunt: vt Huſſari pene omnes fractis haſtis, ſolis gladiis ferire cogerentur: Germani omnem puluerem plumbumque pene abſumpſerint: adeo vt ſi hoſtes impetum ad quadrantem horę adhuc ſuſtinere potuiſſent, Chriſtiani in ſummo fuiſſent periculo: Turcæque indubitatam victoriam reportaſſent. Ex Chriſtianis ſeptem tantum alicuius auctoritatis viri cæſi vulneratiq; ſunt: inter quos Comes Hardeckius, qui machęra Turcica in tibia lęſus eſt, leuiter tamen; quod vulnus grauius fuiſſet, niſi in ocrea radium ferreum forte fortuna habuiſſet, qui ictum exceperat. Hac victoria potiti Chriſtiani ouantes in caſtra redierunt. Incredibile eſt, quantopere hæc victoria Chriſtianorum animos auxit: & quam grauiter res Turcicas debilitauit & afflixit. Poſt hãc enim victoriam tantus met⁹: tanta inter illos orta eſt trepidatio: vt de multis munitionibus defendendis deſperantes, eas reliquerint, & in interiorem Turciam profugerint. Ianizari & Spachi hanc cladem ſoli SINANI BASSÆ imputabant: dicentes ipſum in mandatis habuiſſe Belgradi

hac

Digitized by Google

hac hyeme manere, nec vllas expeditiones tentare. Quare ad aulam Imperatoriam miſerunt, qui eum huius temeritatis accuſarent. Imperator Turca cognita cauſa, indignatione incitatus, confeſtim Belgradum miſit, vt Sinanem Baſſam captum ſtrangularent: quod & initio anni ſequentis factum eſt. Atque hic finis eſt famoſi illius Sinanis Baſſæ, militis exercitatiſſimi, tot victoriis clari, tanta nuper apud Tyrannum auctoritate præſtantis. Hæc Barbaro huic militantium merces. Per idem tempus duo Begi Veſprinium venerunt: quos XVII. Nouembris alij duo ſubſecuti ſunt: qui in mandatis habere dicebantur, vt omnia, quæ extra muros munitioneſque erant, incendio abſumerent, atque in fauillas redigerent. Captus vero quidam Veſprinienſis Turca, & examinatus, confeſſus eſt, eos miſſos, vt Chriſtianorum agros depopularentur: & Tiham munitiſſimum oppidum in Balatonis lacu obſiderent expugnarentq;. Decimoquarto die Nouemb. hora circiter decima Caſcauiæ tres ſoles ſub Iride viſi ſunt. Quo tempore Huſſari Erlauienſes tres Czauſchios, quos triginta ſeptem Turcæ comitabātur, habuerunt obuios, armiſque expeditis in illos irruentes: vnum ex Czauſchiis cum decem Turcis ſtrauerunt: duos alios captiuos Erlauiam ſecum adduxerunt. Per eoſdem dies Dominus Tiefenbachius arcem Sabotzkam, in qua centum equites & totidem erant pedites, cum exercitu bis milliū & quingentorū armatorū obſedit, cūq; omni celeritate oppugnauit expugnauitque, & præſidiarios omnes interfecit. Hanc victoriam adeptus, ſine mora caſtra mouet, & ante Filleccam poſuit. Turcæ qui Budæ erant cum vicinis præſidiariis in Hatuan congregati, numero circiter duodecim millia, obſidionem Fillecenſem ſoluere ſe poſſe arbitrati, magnis ſpiritibus in hoſtem profecti ſunt. Ceterum Tiefenbachium aduentus hoſtium certiorem factum, cum parte exercitus illius obuiam proceſſiſſe, plurimos cæcidiſſe, reliquos fugaſſe, non contemnendum machinarum numerum accepiſſe, deinde ad obſidionem reuerſum, Pragæ nuntiatum eſt. Paulo poſt Filleccum à Tiefenbachio occupatum eſt: multaque ibidem inuenta tormenta bellica, ab hoſtibus, ne in Chriſtianorum poteſtatem venirent, terræ infoſſa. Ingentem quoque frumenti copiam extra munitionem in terram defoſſam fuiſſe; hanc poſtea Turcas intempeſta nocte effoſſam aliquot centenis curribus impoſitam, in caſtra ſua aduehere conatos; ſed à præſidiariis eius rei certioribus factis cæſos, & frumentum Filleccum comportatum, quidam ex Hungaria ſcripſerunt. Chriſtiani, ne quam requiem hoſti-

Res per Hungariam & Croatiam geſta, 1598.

Digitized by Google

Res per Hũgariam & Croatiam geſta, 1593.

bus permitterent, ſed victoriam proſequerentur, Setſchinum & Holky quoque occuparunt: cumque Dux exercitus deliberaret, an Hatuanam munitionem tentaret, an vero Domino Palfio, qui ad Nouigradum caſtrametabatur, ſe coniungeret: ingens tempeſtas exorta eſt: pluuiaq; denſiſſimæ impedierunt, ne tormenta bellica promoueri, aut cōmeatus vllus in caſtra poſſet aduehi. Omnes quoq; agricolæ circa Setſchinū & Fillecum relictis ſuis in loca tutiora ſeſe receperant. Cum itaque magna fames eſſet in exercitu, multi dilapſi ſunt. Palſius cum ſuis Dregelium & Palancam à Turcis relictas occupauit. Cum vero Samasky munitiſſima arx inter Setſchinum & Fillecum adhuc ab hoſtibus teneretur, noſtriſque multum incommodaret: viſum eſt illam ante omnia occupandam eſſe. Miſſus itaque eſt Scitrinus Michael, ſummus Cæſareæ Maieſtatis Præfectus, cū aliquot peditum equitumque copiis, tormentis bellicis, & omni apparatu, vt hoſtem caſtro illo eiiceret. Cuius rei fama cum ad hoſtes eſſet perlata, fugerunt, relictis tantum in arce triginta quinque præſidiariis: qui vitam & fortunas pacti, eam confeſtim dediderunt. Paulo poſt nunciatum eſt, VVitiadum quoque ab hoſtibus relictum, & à noſtris occupatum, & Dregelium captum eſſe: in quo decem inſignes machinæ repertæ ſunt. Hinc VVetzka quoque Chriſtianis dedita. Inſignis profecto vnius expeditionis victoria: in qua tredecim fortiſſimæ Turcis munitiones; quarum nomina Sarbacka, Fillecum, Diuin, Hatinaſcki, Setſchin, Plauenſtein, Dregel, Hulvvock, Holdocky, Samaſky, VVugack, VVetſchke, Palanca, ereptæ ſunt: tantuſque terrarum ambitus à ſeruitute Turcica vindicatus, quantum inferior Auſtria complectitur. Maxima & qualis non fuit à multis ſeculis, hoc tempore inter Turcas erat trepidatio: ita vt ex omnibus vicinis oppidis & arcibus, quicquid in iis precioſum erat, Budam tranſportarent: in qua vrbe tantum hoc tempore theſaurum eſſe ſcribunt: quantus ad exercitum centum millium hominum toto anno in caſtris alendum ſufficeret. Quod ſi Chriſtiani vires ſuas paratas haberent, facili negotio Albam Regalem, Budam, aliaſque maximas vrbes recuperari poſſe arbitrantur. Vt autem Turcæ labantes ſuorum animos confirmarent, noſtrorum vero percellerent atque labefactarent: famæ tradiderunt, Beglerbegum Græciæ Budam cum tot multis armatorum millibus adueniſſe, vt diuerſoria iis capiendis non ſufficiant. Quadraginta quoque millia Tartarorum in itinere eſſe: & ſummum Vezirium

quo-

quotidie expectari. Cum vero Oſman Begus quatuor exploratores emiſiſſet, qui caſtra Chriſtianorum perluſtrarent: militum numerum, commeatus apparatuſque copiam, & quot machinas haberent, quis itidem eorum animus, Hatuanam ne an Veſprinum transferre exercitum decreuiſſent, diligenter inquirerent: iidem agniti, comprehenſi & examinati ſunt: Initio, vt à Bego edocti erant, de multitudine & viribus ſuorum, quæ paulo ante commemorauimus, referebant: At ſtrictius poſtea examinati, confeſſi ſunt, hæc de induſtria ſpargi: Beglerbegum quidem Budam adueniſſe: ſed ſexcentis tantum equitibus peditibuſque comitatum: hac hyeme neque Tartaros, neque Vezirium expectari, ſed in æſtatem proximam incredibilem apparatum fieri. In inferiori Hungaria copiæ Chriſtianorum ex hybernis iterum euocatæ, circa medium menſem Decembrem conuenerunt: vt circa initium anni ſequentis vel Strigonium, vel Albam Regalem denuo obſideant. Sed & viginti duæ maximæ machinæ Vienna Comaram nauigio demiſſæ ſunt. Alij quadraginta machinas ad Archiducem Matthiam Iaurinum miſſas afferunt: & copias certatim ſub Palfio, Hardeckio, Tieſenbachio coire: vt non dubitetur inſignem aliquam expeditionem noſtros meditari. Dum hæc Viennæ fiunt, Huſſarorum, qui Papæ in præſidio ſunt, præfectus cum ſuis in nouum Begum, qui cum precioſa ſupellectile ſua Palotam in comitatu ſexcentorum militum proficiſcebatur, ex improuiſo incidit: cumq; ad manus ventum eſſet, Huſſari ſuperiores, Turcas partim ſtrauerunt, partim captiuos ſecum abduxerunt: Begus, quia ſe dedere nollet, cum aliis interfectus eſt. Decimo nono Decembris Turcæ ex munitione Siſſeg traiecto Sauo, in Chriſtianorum terras prædabundi, excurrerunt. Cum autem Dominus Graſſuinus id per exploratores intellexiſſet: eos inſecutus, ſeptingentos partim trucidauit partim in Sauum repulit: vbi vorticibus abſorpti perierunt.

Chriſtianorũ victoria ad Albam Regalem, 1593.

De Chriſtianorum victoria ad Albam Regalem anno MDXCIII. Menſe Octobri Narratio incerti auctoris.

DVo iam anni ſunt, cum frequentiſſimis literis amicorum ex Tranſſyluania HVNGARI ſolicitarentur, proſpicerent ſibi & patriæ: TVRCAM magnos facere in eos appara-

Digitized by Google

Christianorum victoria ad Albam Regalem, 1593.

tus;& cogitare omnem ſuam potentiam in vnum hoc conferre, Perſico bello confecto: vt eos ad internecionem gentis adducant: aut ſi id armis nequeant, blandis ſolum verbis à Germanorum ſocietate amicitiaque auellant: vt tandem aliquando, quod in votis ſemper omnibus Turcarum Imperatoribus erat; re ſic confecta, vtralibet via in Germaniam bello porrecto peruenire ad Imperij poſſeſſionem debellatis Hungaris poſſent. Idem Imperatori orator ſuus Conſtantinopoli ſæpe literis ſignificabat. Sed & exploratores, quorum Barones Hungari & præfecti inter Turcas paſſim plurimos habent, omnes vno ore vehementer ſerioque periculorum, quæ impenderent, Hungaros commonefaciebant. His rebus tamq; frequentibus rumoribus ac nunciis exciti Hungari, videntes ſe ab omnibus deſertos; tum quoque in extremis ſe periculis verſari; opem, auxilium, pecuniam, militem, limitanearumque arcium commeatum, munitionibus prouiſionem ab Imperatore, à vicinis prouinciis, orare cœpere: ſed nil datum: vix bona verba, & ea etiam pauciſſima. Itaque vbi vident Hungari miſeram hanc ſuam ſortem: omnes cœpere ſimul de ſe ſuæque patriæ vlteriori permanſione vehementer ſubdubitare: & ad illud, quod vnicum aſperis rebus eſſe ſolet miſeris perfugium, vnicam in Deum ſpem & deinde ſuam virturem deſcendunt. Priuatos ſuos conuentus habent: deliberant, vnam ſalutis fortunarumque ſibi ſpem eſſe, ſi coniunctis viribus ſuis Deo Opt. Max. inuocato nequid expectando fruſtra alios bellum propulſent; aut ſaltem ne inulti vitam cum libertate turpiter amittant. Comitatus itaque, qui prouinciarum loco Hungaris ſunt, alacriter omnes pro capite arma capiunt: nobilitas ipſa ex primis Comitatibus, vt Nitrienſi, Poſonienſi, Trinchinienſi, quiſque perſonaliter; deinde Barones proficiſcuntur: plebem pariter periculorum imminentium magnitudine excitant. Sit Deo bene iuuante intra pauciſſimos dies iuſtum exercitum conflant. Nam Nitrienſis Comitatus ad quinque circiter millia, Poſonienſis quatuor, Trinchinienſis duo millia mittunt: ſic cæteri Comitatus, quorum adhuc decem cis Danubium habemus; citra autem quinque. Non ſegnius ſe ad bellum parat & illa Hungariæ pars, quæ ad Caſſouiam in vtraque Tibiſci fluminis nobiliſſimi parte degunt. Coniungunt tandem ſe his Regni copiis & Capitanei generales regni, quorum tres ſunt: ad ciuitates (vt vocant) Minerales ſeu montanas Nicolaus Palfius: vltra Danubium Comes Georgius à Zrynio: ad Caſſouiam, Chriſtophorus à Tieffenbach. Hi ex præſidiis ſtipendiarios

euocant

Digitized by Google

euocant: in eorum locum ex communi plebe in præſidia locant. Vbi hi omnes iam cõueniſſent, duo Capitanei, quibus adfuit ſummus ille vir in militia Nadaſtius & Comes ab Hardeck Iaurinenſis Capitaneus, ad Comaronium Danubium ponte celeriter nauali iungunt, & copias traductas coniungunt: vnaq; ex multis faciunt caſtra. Vnum ſaltem eis defuit ad ſummam victoriam adſequendam, tormenta videlicet: quæ cum Hungari ardenter peterent; Comes ab Hardeck conſtanter denegauit. Is quoque Comes educebat ſecum Germanici nominis vnam aut alteram cohortem pedeſtrem. Miſerat & Auſtria non multos pedites, equites ſexingentos Germanos circiter: Morauia trecentos equites, duce Carolo Barone à Tetur: vt omnes in vnum computati circiter duûm milliũ ſummam conſtituerent Germani. Hungari autem euocati ex præſidiis, ſtipendium perpetuum merentes, cum equites, tum pedites, eſſe potuere ad tria millia: cætera omnis exercitus pars, vt ſuperius iam recenſui, voluntaria ex Baronibus, nobilitate, eorumque ſubdita plebe, omnes in vniuerſum ad triginta hominum millia. Hoc vbi Sinan Baſſæ innotuiſſet, qui iam præſagiens quodammodo, aut per exploratores de Hungarorum apparatu factus certior, vlterius ſibi in hoſticum bellum facere tutum non æſtimabat: captis VVæſprinio ac Palotta, caſtra ad Albam Regiam vrbem primum, ſed pauciſſimas poſt dies Budam reduxit. Nec ibi diu moratus, ſui Imperatoris iuſſu; an Hungarorum pertimeſcens arma, incertum; cum filio Beglerbego Grçciæ, belli autem huius ſocio, cum multo maxima exercitus parte, lentis itineribus in Thraciam per Belgradum Hungaria diſcedit: relictis quatuor millibus Ianizarorum lectiſſimorum, Conſtantinopoli ſecum in hoc bellum profectorum; Baſſæ Budenſi, & quinque ex Græcia Begis, qui illuſtriores præfecturis inter ipſos eſſe conſueuere, ſimul vſu militiæ, inque ſuos principes fide atque obſeruantia: vt ſi forte Hũgaros non quieſcere, ſed ciere bellum quod videret, his copiis propulſaret: atque adeo ſi qua fortuna eos vincere poſſet, vteretur victoria: bellumque in interiora & pacatiora Regni porrigeret. At noſtri vbi hçc omnia certis indiciis exploratoribuſque cognouiſſent; qui iam vnis in caſtris ad vlteriorem Danubij ripam in omnem occaſionem rei bene gerendæ intenti, omnibus iunctis copiis cõſederant: in conſilio ſerio deliberant de belli gerendi rationibus. Ibi in duo ſuffragiis ſcinduntur: alteri erant, qui Strigonium, vt quod vicinum ipſis, quam alia hoſtium loca, ad quinque ſaltem Comaronia milliaria; ſimulque oportunius in

Chriſtianorũ victoria ad Albam Regalem, 1593.

Digitized by Google

Chriſtianorum victoria ad Albam Regalem, 1593.

ipſa Danubij ripa eſſet, commeatibus apparatibuſque ſecundo fluuio ſine labore & moleſtia dimittendis; & alias inter Regni præcipua loca vnum hoc eſſe Strigonium ſciebant. Alteris non deerat, quid his ſuadentibus reſponderent: & omnino præteriri Strigonium, ſed Albam Regiam tentandam placebat. Hæc priſcis Regibus ſecundum à Buda inter regias ciuitates locum tenebat: propterea quod non haberetur legitimus Rex, quiſquis Albæ non eſſet coronatus. Erat etiam Regum ſepultura. Caſtrum eſt in medio lapideum ampliſſimum, diui Stephani primi Hungarorum Regis opus; inſigne templo auguſto, & Capitulo. Ab vtraque parte ſingulum oppidum: quibus tertiũ quoque adiunctum, propter præſidij multitudinem: quo facilius locis caperentur: & in quo equitum ſolum domus; in extremo autem Begi ſeu præfecti cum ſua militia habitatio erat; nec muro cincta hæc, ſed cratibus, roboribus trabium, & aggeribus: qui mos Hungaris Turciſque æque frequentiſſimus eſt limitaneis eorũ arcibus muniendis. Et quanquam priorum conſilium belliquc ratio certis ex cauſis his & aliis facilior, maiori q; cum fructu eſſet, quam horum: inter quos Comes à Zrynio, Nadaſtius, Comes ab Hardeck, & multi militia præclari erant: vicit tamen hæc, vt Albam bellum transferretur. Cauſas quæ eſſent, literis mandare opus eſſe non putamus: quia arduæ periculique plenæ ſunt: quas & ſilentio magis tegendas, quam ante tempus in commune euulgandas, ſatius eſſe putamus. Et fieri poteſt, quod tempus rerum edax in apricum producat: cum nil tam ſit tectum, quod non tempore retegatur: nec tam occultum, quin reueletur. Sufficit breuibus attigiſſe: vt modo legentes hoc, cogitent non fuiſſe nihil, quod meliorem, faciliorem vtilioremq; belli nunc gerendi rationem, Strigonium inuadendi Hungari vel inuiti præterire coacti ſint. Itaq; die, qui fuit veriori Calendario, quod vetus quoque dicunt, XXIV. Octob. inuocata diuina ope, alacres omnes & ſpei pleni, explicatis vexillis, diſtinctis ordinibus, clara luce in hoſticum iam progrediuntur, recto ad Albam itinere, extremum agmen iuſſis claudere Trinchinienſibus cum tribus hominum millibus, duce Andrea Oſtoſith viro nobiliſſimo ex Comitatu Trinchinienſi, & Ioanne Buday veterano inſigni duce, ſimiliter ex eodem comitatu profectis: quo die duo confecere milliaria. Altero promoto exercitu peruentum in ſyluas illas ingentes, quæ Herciniæ prope pares ſunt, VVertus & Bacon. In his iam à dextris, à ſiniſtris arces Turcarum præſidiis firmæ prætereundæ exercitui fuere, Sambock, Gerten, VVitan,

VVitan, Vaal, Chiobako, VVeresVVar hæ erant. Ex his tormentorum exploſionibus frequentiſſimis aduentantis noſtri exercitus ſignum Turcæ præſidiarij Baſſæ Budenſi aliiſque arcibus eorum & præfecturis mox edidere. Noſtri ſecundo ab Camornio diſceſſus eorum die caſtra in illis ſiluis metatis, inter arces hoſtiles Geztes & Chioka per noctem exigunt. Tertium diem magno & continuo itinere integrũ conſumentes vix ad horam diei extremam ſextam proxime ad Albam peruenere. Feſſi ex itineris magnitudine pedites: quies quatuor horarũ data equitatus omnis inſomnem noctem in equis egit, ad omnẽ belli aleam & prælij occaſionẽ expeditus. Capitaneus Papenſis Petrus Huſzar, vir animo & corporis virib. pręſtantiſſimus, qui ſingularib. quoq; certaminib. cum hoſtiũ fortiſſimis congreſſus, non ſemel, & opima ſpolia & victoriã reportarat, erat inter belli duces. Is vt viciniſſimus ex ſua Papa Albæ Regiæ vrbi erat: ita locorũ ſcientiſſimus. Dederat hic amplã ſpem noſtris capiendæ Albæ: ſcire ſe compita & occultas ſemitas demonſtrabat: quæ per cœnoſam paludem, in qua Alba iacet, viam noſtris darent: & quod erat maius, minorem ſe portam, per quam aquationes in vrbem fiebant, facile ſe poſſe occupare aſſerebat: aliaque, maiori demum porta, ineffracta pollicebatur, ſe noſtris in oppidum illud, in quo Begus habitabat, immiſſurum. Media ergo nocte ſummi duces, duo Comites & Nadaſtius Palfiuſque Petro tradũt copias pedeſtres rem aggreſſuri. Hæ erant primæ Comitatus Trinchinienſis, egregia manus: in qua ipſi nobiles perſonaliter circiter ſexcenti. His addeuntur ex aliis Comitatibus validæ copię pedeſtres. At his in rerum temporumq; momentis (nam omnia quanto maximo fieri poterat ſtudio ſumma celeritate gerebantur) rebus ſic exigentibus; Begus de noſtrorum iam aduentu nil dubitans, (certior enim erat factus paulo ante rem omnẽ per celerrimos equos) ſumma feſtinatione Budam Baſſæ enunciat: nec ille quicquã moratur: ſed cõtrahit celerrime copias omnes, vt expectet ſecũdum à Bego nunciũ, occaſionẽq; prælij cum noſtris cõmittendi: in ſpẽ adductus copias noſtras quas ſatis ſciebat eſſe collectitias ſaltẽ volũtariaſq; ex Hungarorũ Comitatib. delendi. Huſzarus ergo cum his, quas à belli ducib. ei traditas copias habebat, intrepid⁹ oppidũ adoritur: infert arma: dumq; medio in tumultu ſcalas militares poſcit: ſero cũ ſummo noſtrorum dolore & periculo, cognoſcit, duas ſolas, eaſq; ſemifractas ac curtas perq; hoc inutiles adeſſe. Hoc vero totũ aut imperitia Comitis ab Hardeck, aut malitia acciderat: vt cui artelariarũ & talium apparatuum belli-

Christianorũ victoria ad Albam Regalem, 1593.

Chriſtiano rū victoria ad Albam Regalem, 1539.

bellicorum præ aliis vni cura incumbebat: ſed & curæ ſibi ſcalas eſſe conſtanter verbis principio affirmarat. Accidit præterea, Turcarum an noſtrorum manibus incertum, triſte hoc noſtris, quod aliquot centenorum noſtrorum militum morte nobis conſtitit: vt ſtramina & fœnum quorum magna erat extra oppidum in proximo copia, incenderetur: & cum antea in incertũ tormenta ab oppido emitterentur, luci noſtrorum damno tum demum hoſtes perlucentibus aceruis fœni & ſtraminum, centeſimos ictus in noſtros edidere. Strati multi mortales: ſauciati pariter multi. Vbi hoc Huſzarus animaduertit: nouas adducit ex Germanis copias. Sic priore acrior fit oppugnatio: & porta minor o feliciter occupatur. Vndique ergo fit in oppidum irruptio: occupatis omnibus, Turcæ in proximum oppidum cum vxoribus & liberis attoniti refugiunt: ex domo Begi & hoſtium ingens fit præda. A media iam nocte in multam diem certamen hoc prouectum erat: & videbatur Huſzaro eadem ratione contiguum aliud oppidum occupandum. Mittit ergo ad belli duces, orans, tormenta ſibi tradant: ſe ſpondere promittitque ſine inſigniori iactura & aliud oppidum oppugnaturum: Altereque fine inſigniori iactura & aliud oppidum oppugnaturum: Albam futuram in manibus, ſi adhuc paululum ſaltem adnitantur. Renunciatur tormenta non eſſe aducta, non globos, non ſulphureos pulueres. Sic nec hic melior apparuit, quam erat in ſcalis neglectis, Comes ab Hardeck. Sed ne plane hoſtibus ludibrio fierent noſtri: qui ingentem iam illis tota Hungaria intulerant trepidationem; falconetas campeſtres, pauculas tamen, Huſzarus impetrat: eas dirigit in aduerſam oppidi portam, & emittit frequenter: ſed illa iam, tempore dato hoſtibus egregie erat firmata terra, & lignorum validis roboribus. Sic operam ludunt: & expugnandæ Semimetropolis Hungariæ certa occaſio ex manibus amittitur. Inclamat Huſzarus hoſtibus in primis murorum viriliter verſantibus, incolumitatem corporum fortunarumque oſtentans, dedant ſeque oppidumque. Reſpondetur, non hanc tantam rem manuariis pixidibus confici debere: maioribus tormentis opus eſſe, ſi Alba potiri cupiant. Solimanum quoque eorum maximum Imperatorem ægre menſtruam obſidionem, omnibus ſuis id tormentis effeciſſe: ſimulque confertim animis armiſque promptiſſimi, in noſtros alia porta, nil tale expectantes, eruptionem acerrimam ſubito faciunt. Noſtri inordinati, ac nouitate & celeritate turbati; inſtantibus hoſtibus acerrime, ſenſim cedunt: porta exeunt: falconetas hoſtibus linquunt, non parua noſtrorum iactura: quorum multi prędas ſecuri in domibus

captan-

Digitized by Google

Chriſtianorum victoria ad Albam regalem. 1598.

captantes, aliique cœnantes, oppreſſi. Dies iam pręcipitauerat, & nox appetebat: ſed & equitatus ingenti tolerantia, tota nocte peruigil in equis, totaque hac die ad ſummam fatigationem perductus, quietem poſcebant: equi etiam fame fere enecti erant: pręterea ſauciorum habenda erat ratio. His itaque cauſis ne modo tormentis ex propugnaculis peti poſſent, vniuerſum exercitum proxime ad Albam in caſtra noſtri reducunt patentem in campum, ab ea parte, qua iter erat Alba Strigonium. Conſultantibus iam noſtris de belli ratione; vno Nadaſtio ante alios maxime reclamāte; ſoluere caſtra, & dimittere exercitum placebat. Et Hardekius aperte profitebatur, prima luce ſe ſuosque Iaurienſe iter ingreſſuros. Sic Praunius Comarenii præfectus, Magiſter tunc caſtrorum, nil de ſoluendis caſtris addubitans, dehortante Nadaſtio, præit; atq; duos præmittit: Cum ecce Nadaſtius, perfugæ Hungaro Turcæ indicio, qui Baſſæ caſtra ſecutus, ea nocte ad eum perfugerat, de aduentu Baſſę Budenſis, & validi exercitus factus certior: in proximis valliculis conſediſſe Baſſam certior fit. Alio quoque indicio deprehenſum, hoſtium exercitum non procul abeſſe. Nam ex hoſtium caſtris ea nocte canes generoſiores venatici multi ad noſtros vſque excubitores peruenerant: non ſentientibus ipſis Turcis: & canes Turcici facile à noſtris dignoſcuntur ex propendentibus auriculis; cum noſtri arrectis auribus naſcantur. Celeriter alios belli conſocios Nadaſtus de tota re commonefacit: idem à noſtris excubitoribus fit. Sed iam Comes ab Hardeck diſceſſerat, ſecutus Praunium. Mittuntur ergo, qui eum blandiſſime hortentur, vt redeat: ſimul mandata nunciis ad eum per noſtros miſſis dantur: ſic ægre perſuaderi ſibi paſſus, redit: Praunius pergit Comaronium cum ſuis cunctis. Interim inalbeſcente cœlo, deprehenditur à noſtris excubitoribus, qui in colliculo vigilias noctis egerant, iam hoſtium inſtrui acies; tormenta curulia campeſtria, quæ erant ad X L V. promoueri: Ianizarorum aciē cum tormentis in patentem productam: ipſumque Baſſam pręſtantiſſimo vectum equo cum aliis Begis, quorum ad X I I I. erant, ſuos animando, hortando, confirmando circumuolitare. Idem à noſtris, ſummo ardore prælii committendi accenſis, non minori diligentia fit. Baſſa ante omnes tormenta locarat; proxime retro Ianizaros, qui erant ad 5000. quibus ex Aſappis & aliis peditum generibus adiuncti erant ad 8000. circiter; omnes ſpectati militia, & confiniorum

Digitized by Google

Chriſtianorum victoria ad Albãregalem, 1593.

ſuorum alumni. Poſt hos, equitatus in longiſſimum directus pari fronte, vt per totum fere campum exporrectus: vt multitudinis ſpeciem noſtris & terrorem inferret. Poſtremum erat agmen curruũ, & iumentorum, in quibus elegantium mulorum ornatorum magna vis & oneratorum. Noſtri equitatum omnem in octo agmina diſtribuunt; qui tamen numero longe minor erat hoſtili equitatu: interſerunt cataphractos equites Germanos: vt grauem armaturam, turmatim tamen & alatim, ne miſceretur Vngarus miles Germano, pariter peditat⁹ interſeritur, per ſua quiſq; vexilla: cuncti ita diſtincti ordinibus: vt tamen non diſiuncti, ſed vnum quaſi corpus, exercitus totus eſſet. Atq; ita æquali ſemper fronte iunctim, quam poſſunt lentiſſimo paſſu, IESV CHRISTI nomine pro teſſera proclamare, atq; alta voce ter inuocato, in hoſtes feruntur: prouidentes ne Ordines aut turbarentur, aut vnus alteri præiret. Pari ratione hoſtis impius Alla ſuum altiſſima voce inclamat: & cum his prælii committendi, inque hoſtium arma ſtringendi ſigna, vndiq; Ducum noſtrorum iuſſu, tympanorum ſonitu, & buccinis citantur. Dextrã exercitus partem Comes à Zrynio, & Comes ab Hardeck curabant: ſiniſtram Nadaſtus: media attributa fuit Palfio: ſic tamen, vt cuilibet horum ex iunioríb. Baronib. Hungaris, quiſq; eum cum ſuo equitatu & alii confiniorum minores Duces adeſſent: inter quos ætate iam grandior Nicolaus Iſtuanfius; iuniores Sigiſmundus, Michael, & Sebaſtianus Forgatzii, quiſque cum ſuis ſeorſim: Franciſcus Dersfy, Stephanus Torok, Sigiſmundus Balaſſa, Emericus Doczy, Ioannes Banfy, Andreas Zay, Michael Gobor, Georgius Thurzo, Michael Telekeſſy, & præclaræ indolis adoleſcens, amplarumque clientelarum Franciſcus Battiany, nepos ex ſorore Comitis Zrynii cum quingentis ſuis: item Andreas Rewagy, Petrus Rewagy, Thomas Nadaſti, & Ladiſlaus agnati magni illius Nadaſty. Sed dum noſtri ab hoſtibus parem audaciam & impetum ſperant: en ſubito diuina bonitas, ablata omni priore ex eorum corde animiſq; ferocia atque audacia, animum, mentemque eis aufert: & congreſſum primum non tentantes, turpiter proiectis in terram armis, terga hoſtes vertunt: atque qua quiſque poteſt per vias inuiaque feſtinantiſſime currunt, ſalutique conſulunt: ſed fruſtra. Nam noſtri equites mox anteuertunt: & tantiſper eos morantur, dum peditatus conſequi poteſt, & grauior armatura Germanica: quæ omnium iudicio eo die fortiſſime rem

bom-

Digitized by Google

bombardis ſuis geſſit. Summum imperii vexillum Baſſę Budenſis, ingens, elegans, rubrum, argenteo magno nodo, in faſtigio inaurato conſpicuum, capitur: alterum huic ſimile ipſorum Ianizarorum Conſtantinopoli nuper allatum; & cum his ad XL. alia ſigna militaria relata. Numerati cæſi ipſo die 9800. ſed in itineribus ſiluisque ex vulneribus plurimi periere: capti duo duces Ianizarorum: quorum vnus Conſtantinopoli cum Sinan Baſſa venerat: alter confiniorum Ianiciariis. Captus Begus Bachienſis: cæſi alii Begi: ex reliqua multitudine vix pauciſſimi. Nam ita erat mandatum, ne quiſquam viuum caperet hoſtem. Ianizarorum vix quinquaginta viui euaſere, ſimiliter Aſapporum. Pręda ingens & ingentis precii facta. Nam vt quiſque, quę habuerat, ita precioſiſſima ſua ſecum ſumpſerat: nil de victoria dubitantes, argentea & aurea equorum ornamenta atque gemmata; precioſiſſimi operis tabernacula, tentoriaq; & alia multa elegantioris exquiſitiorisque operę arma & res. Res in prælio mira & rara accidit. Vnicus cum Baſſa eſſet inter hoſtes, & vnicus mutus natura miles eques in noſtris caſtris: forte fugiens Baſſa, & mutus inſequens celeri equo, gladiis congrediuntur: atque ex concertatione mutua, dum vterque gladio rem gerit, frangitur gladius Baſſæ medius: ſicque in carpum brachii lethali per mutum accepto vulnere, iam ægre ſe equi pręſtantia, cui inſidebat, Baſſa fugiens periculo eripit; dicitur à Germano equite ex bombarda vulnus accepiſſe, & in itinere mortuus: Mutus capulum gladii Baſſæ ex ſolido auro, cui precioſi rubini & cyanei lapides inſerti erant, in caſtra reduxit. In vniuerſum, qui plurimum dicunt, 16000. cæſa: qui vero minimum, 12000. fuiſſe aſſerunt.

Expugnatio Filleci, & aliorũ caſtrorum. 1593.

De expugnatione Filleci, & aliorum quorundam caſtrorum Narratio incerti Auctoris.

SVPERIORI mea narratione de noſtrorum ad Albam Regiam victoria dixi: bifariam noſtros Hungaros diuiſos, duobus locis ſuſtinuiſſe hoſtium Turcarum & Sinanis Baſſæ bellum: mox Baſſam Budenſem victum, fugatum, cæſum; omnibus impedimentis bellicisque apparatibus captis; quæ magna fuere, & opulens pręda. Hæc nunc breuiſſime, vt inter ſummas occupationes licet, vnius aut duarum ſaltem horarum ſpacio, quę ab

Expugnatio Filleci, & aliorũ caſtrorum. 1593.

altero noſtro exercitu Caſſouiano geſta ſunt, & quæ quoque arces ac quomodo captæ, enarrabo: Primo tamen paucula dicere de noſtris ducibus, qui illo in exercitu fuere, & qualis quantusq; is fuerit, operæ precium fore, duco.

Ea quæ citra Caſſouiam eſt Hungaria, præpotentes, multarumque clientelarum Barones habet: qui magnam manum militarium hominum, equorumque præſtantiſſimorum maximis ſumptibus alunt: eaque regni pars ab omnibus præſtantiſſima nobiliſſimaque nobis eſt, & fertiliſſima. Imponi ſolet hoc iam tempore per Cæſarem Caſſouiæ, eius regni tractus metropoli, ſingularis Capitaneus: cui equidem incumberet, Rempublicam illis locis curare: ſed fit, vt parum poſſit. Is nunc eſt Baro Germanus CHRISTOPHORVS à TIEFFENBACH, omnibus membris captus à podagra. Voluit tamen nunc vel curru vehi ad noſtros; qui iam ſponte auitæ virtutis memores arma cœperant, & ſuis ſumptibus magnis coactis copiis in caſtris erant: eoque adduxit Germanorum, quibus præerat, non plane contemnendum numerum, præter hunc apparatum aliquem tormentorum. Dum hæc perfunctorie ſaltem fiunt: omnium animis admodum anxiis de rerum euentu: cum formidabilis Sinan Baſſa tota nobis Hungaria eſſet: caſtraque noſtra vnum poſt aliud celeriter expugnaſſet: Ecce! DEVS Hungarorum res iam iacentes deploratasque pro immenſa ſua bonitate inſperato, & ne ſomniantibus quidem hominibus, erigit: victo cæſoque flore & robore militiæ Turcicæ ad Albam: quo celerrime pii noſtri Caſſouiani, accepto nuncio lętiſſimo, nihil iam morę ſibi faciendum cenſent: ſed abrupta cunctatione omni, inferunt vltro bellum: fortunamque ſuam, an alteri exercitui iam victori par eſſe felicitate poſſit, experiri omnino ſtatuunt. Cunctantem ambigentemque Tieffenbachium, Illuſtris Baro, quadraginta annorum continuis præfecturis, & rebus præclare ſæpe geſtis; ætatisque honore illuſtris; pene ſeptuagenarius ſenex Simon Forgazius ſerio hortatur, excitat, confirmat. Sicque iam intrepidi in hoſtium infeſtum exercitum ducunt. Prima erat prę noſtrorum oculis arx Sabatka, pręſidio lectorum Turcarum primum, deinde foſſa aquis profundis plena, exteriorique munimento lignis & aggere ſtructo quatuor propugnaculis, interiori autem tota lapidea munitione egregie prouiſa.

Hæc

Expugnatio Filleci & aliorum caſtrorum, 1593.

Hæc conſtantia fortitudineque noſtrorum, tormentis primum quaſſata: Deo adiuuante, vi expugnatur tertio obſidionis die, omnibus ad vnum vſque cæſis hoſtibus: deinde vaſtatur igni, fundituſque deletur. Proximum erat Fillecum & arte & natura valde munitum; Begi (quem nos Baronem dicere poſſumus) præfectura inter Turcarum in Hungaria arces nominatiſſima & celeberrima: vt quæ Agrienſem & noſtros nuſquam interrupta felicitate, perpetuo bello vexaſſet. Hæc arx, dum noſtræ res ſtarent, Franciſci Bebeck acerrimi viri (eius, qui Ferdinando relicto Ioannem Secundum Principem Tranſyluaniæ fecerat) ditionis fuit: ſed mirabili caſu, ſiue Præfecti negligentia, tantæ oportunitatis firmitatiſque arx, ſummo incredibiliq; Hungarorũ damno amiſſa erat. Huc magnæ hoſtium vires, lectiſſimi milites, collati fuere: adiectis oppido aggeribus ingentibus & lata foſſa. Plerique omnes diffidebant, vel ſaltem longa admodum obſidione Fillecum poſſe capi. Sed tantum animorum in noſtris vtriuſque gentis fuit ardor, inque bello tam ſpectata virtus: vt non dubitarint, vel difficilimam obſidionem obire. Meminerant enim, nobiliſſimam pene regni partem à Fillecenſibus occupari, vri, deuaſtari pene ad Caſſouiæ vrbis vſque mœnia. Oppidum primum, quod pene in plano ad radices montis, cui Fillecum inædificatum duplici arce eſt, occurrebat expugnandum. Metatis itaque caſtris admouentur tormenta & aggeres: propugnacula munimentaque hoſtilia acerrime indeſinenterque à Germanis tormentorum magiſtris quatiuntur. At Palfius certior factus de his, qui iam ad Albam cum collegis res feliciter gerens, victores ſuas copias domum reduxerat ſatis feſſas, nil ſibi ad ſummam celeritatem reliqui facit: quam ocyſſime ſuos mouet; commonefactis prius comitatibus de commeatibus auxiliiſque mittendis. Auidus rerum gerendarum & gloriæ Baro; ætate & militiæ amore florens; ſupremus ad minerales Regni ciuitates confiniorum Præfectus & generalis Capitaneus; ſeque adiungit; ſuaſque copias exercitui Caſſouiano Fillecum iam obſidenti. Additur animus noſtris viris, ſuppetiis ſupplementoque tam magno exercitus recepto, præſentiaque tanti modo nominis ex Albenſi victoria Palfii. Patefacta itaque munitionum nonnulla parte per noſtrorum tormenta; vt non difficulter inuadi ruinæ Fillecii oppidi viderentur: fit acerrima impreſſio & oppugnatio: ſed hoſtes recentes viribus adhuc, & multi-

Digitized by Google

Expugnatio Fileki & aliorum caſtrorum, 1593.

tudine plurimum valentes(nam ſupra quatuor millia lectiſſimorum præſidiariorum militum fuêre)animoſiſſime ſeque ruinaſque tuentur : & demum noſtros cum cæde reiiciunt. Sic primus noſtrorum irritus conatus noſtris non ſolum animos non frangit; ſed magis efferat:& aut honeſte ibi omnes mori,aut in oppidum irrumpendum putauerunt. Nec ſecus res, quam ſperabant,accidit. Quippe noſtrorum pertinacia virtuteque hoſtes de ruinis in interiora oppidi compulſi,oppido non incruente potiuntur.Multi hoſtium,qui in ſuperiores arces effugere nõ potuere, cæſi,capti nulli : relata ingens præda,& miles ditatus. Arduum adhuc reſtabat, duas arces rupibus impoſitas, quæ oppido capto præcipites imminebant, expugnare: prius tamen,quam deditio peteretur,tormentis perculſos iam ſemique victos hoſtes adoriendos cenſuere duces : inter quos præcipua fuit ſingulariſque Palfii & diligentia & virtus. Nam inter omnes obuerſans, vel ſua ipſius manu ad tormenta vſus, alios tardiuſculos plurimum excitauit. Sic momento pene directis colubrinis & baſiliſcis in arces, quæ ob loci naturam & ſaxa anguſtiores erant, directi omnes frequenter emittuntur. Hoſtes vbi vident Baſſam, in quo omnem ſalutis ſuæ vno ſpem habebant, nuſquam prodire audere,ſuperiori clade omnino attonitum: denique propter lapidum corruentium, & tormentorum ictibus fragmenta ceruicibus incidentium, nullo ſe loco tuto conſiſtere poſſe: interpellati de deditione, conditionem ſuſcipere ſe ex pinnis proclamant : funibus per muros ſex delecti demiſſi ex hoſtibus. (Nam portæ terra, ceſpite lignorumque roboribus validiſſime erant obſtructæ : quæ vix aliquot poſt horas graui cum labore aperiri potuerunt. Paciſcuntur vitæ corporumque incolumitatem: vt ſinguli ſingulis veſtibus amicti, ſine ſignis, ſine armis & gladiis, incolumes dimitterentur. Quod & liberaliter eis per noſtros Barones, quorum fidei ſe hoſtes commiſerant,præſtitum: cõmitante eum tribus hominum millibus Barone primæ nobilitatis & ingenii militaris Stephano de Hommona ipſos, vſque ad Secenum vicinum ipſis caſtris locum: cui pariter Begus Turca cum valida manu ſuorum præerat. Ex auro, argento,præſtantiſſimis equis, ſericeis veſtibus,pellibus precioſis,apparatu bellico omnis generis, victualibus caſtrenſibus, incredibilis præda acta eſt. Horum partem quæ in oppido inerat, militi duces ceſſere: partem, quæ in arcibus reperta, ſibi ſumſere: quæ ad

precium

Digitized by Google

precium quater centenorum millium florenorum facile æſtimata ſunt. Atque hoc tandem modo Fillecum, poſtquam amiſſum fuiſſet anno X L I. Dei Opt. Max. infinita miſericordia opeque rurſus ad Hungaros rediit: & quidem certe non ſine omnium digna iuſtaque admiratione: cum id, demptis Zigetho ſolum Giulaque, vel hoc (ſi Budam Strigoniumque aliaque loca Turcarum in Hungaria aliorum omnium munitiſſima ponamus) firmiſſimum ab rebus omnibus, quæ in re militari hic deſiderari poſſint, quinto obſidionis die captum ſit. Indicant omnes, ipſum Solymanum Zigethi expugnatione clarum, vix his, quibus Zigethum cepit, copiis hoc præſtare potuiſſe. Vnde omnis certe merito laus & gloria ſoli Deo ex hoc nunc & in perpetuum tribuenda: qui pauculis copiis, quæ in vniuerſum ad decem & ſeptem millium ſummam vix acceſſit, iiſque voluntariis ſaltem & tumultuariis, tantam miſericordiam tantumque beneficium largitus ſit. Vtque id, quod ſcribo, planum omnibus fiat: res omnem fere huius ſeculi fidem ſuperantes admirandaſque narrabo, quas Deus pro Hungarorum ſalute operatus benigniſſime eſt: non plane ſecus, ac pro populo Iſraelitico, capta Hiericho, ediderat: hæcque efferentibus vno ore omnibus Turcis præſidiariis Fillecenſibus, qui Fillecum dedidere. Res ita ſunt certe, vt de eis dubitare impium ſit. Erat Fillecii Baſiliſcorum colubrinorumque cum falconetis magna, ſulphurei puluerís & pilarum par copia: in quibus dum hoſtes ita confiderent, vt ſe facile à tantularum noſtrarum vi tutari poſſe exiſtimarent: accidit immiſſione diuina certe ſupra omnium noſtrum captum pene incredibilis res: vt cum iam manus ad dirigendas colubrinas falconetaſque admouerent, hoſtes noſtros ferituri & arcituri: ſubito omnes, quotquot id audiebant, in deliquium animi tantum inciderent: vt ipſi ſe neſcirent: multo minus rem gerere vllam, aut tormenta emittere in noſtros poſſent: nec aliter pedibus inſiſtere ſaltem poſſent, quam correpti ſubito à baiulis aſtantibus aliis in alia arcis loca abſtraherentur: vbi tandem aliquot horis poſt rurſus ad mentem pedumque firmitatem redibant. Vnde factum, vt noſtri liberrime omnem expugnandi Fillecum apparatum producerent: atque etiam tormentis non infeſtati ſcandere muros, aggeres, propugnacula, ruinas facile poſſent. Aliud par pene miraculum huic accidit, diuinumque noſtris oculis aſpectabile beneficium. Nam cum bona

Expugnatio Fillecii & aliorum caſtrorum, 1593.

Digitized by Google

Expugnatio Fillecii & aliorum caſtrorum, 1593.

bona omnes firmaque valetudine vterentur Turcæ cum coniugibus liberiſque, antequam obſiderentur: in obſidione ipſa omnes fere eorum coniuges liberique caduco morbo, apud Turcas rariſſimo, correptę; cateruatim decem, duodecim, quandoque ſedecim ſimul terræ alliſæ, miſerandum maritis horrendumque ſpectaculum ederent. Ex quo tantus eos iræ diuinæ terror inuaſerat: vt omni ſuperiorum annorum virili atque militari animo pectoreque amiſſo, vnum hoc ſpectarent, quonam maxime modo quam ocyſſime Fillecum traderent dederentque: vnice hoc ab ipſis maritis deprecantibus coniugibus; etiam cum manuum in cœlum miſeranda elatione. Addam tertium, & poſt redibo ad narrationem hiſtoricam. Cum Palfius, cuius ſuperius merito honorifice memini, ſuas educeret copias; vt Danubium ponte ſuperantes ad Comaronium aliis ſe copiaſque ſuas ducibus belli Comiti à Zrinio & Nadaſtio iungeret: & in patenti, qui medius inter Viuarum & Comarſiuium iacet, pulcerrimo campo, per noctem diſpoſitis excubiis militarem in modum agerent (eratq; luna pernox) tum ſubito candicans permaxima crux paulo ſupra tentoria in aere pendens ſuper exercitu tota nocte, omnibus aſpectantibus, demirantibus, Deum laudantibus, inque feliciſſimum omen referentibus, conſpecta; noſtrorum languentes animos mirifice confirmauit. Sed dum hæc durat Fillecii obſidio: Baſſa Budenſis ne vlla in re ſuo officio ſuique Imperatoris rebus deeſſet: ipſe grauiter æger lectoque decumbens ex tribus, quæ in pugna ad Albam in anteriori humero ex ſclopeto, gladio autem in brachio acceperat vulneribus; Begos quinque (quos Baronum apud illos loca tenere docui) cum copiis haud contemnendis, quas clades illa Albenſis nondum abſumſerat, ſuppetias Fillecienſibus mittit. Hæ iam copiolæ tota Hungaria vnicæ reliquiæ hoſtibus, omniſque ſpes erant; Secenum ergo appellunt tribus Filleco milliaribus, quod peculiaris Begus regebat: poſitiſque caſtris nocte intempeſta caſtra noſtrorum obſidentium Fillecum inuadenda decernũt: vt ſi iterum vinceretur, obſcuræ ſaltem noctis beneficio vſi, liberiori fuga ſalutem ſibi parare poſſent. Sed & hic præſto Hungaris Deus Opt. Max. vt iam cœperat, diuina ſua ope affulſit. Nam agreſtium noſtrorum Turcarum tributariorum quidam celerrime rem omnem hoſtiumque conatus detegunt in noſtris caſtris Ducibus. Hi lætari, quod, quos ad Albam paulo ante in fuga ſalutem quæſiiſſe ſciebant, eos delen-

delendi præclara facultas ſibi oblata eſſet, celeriter cum ſeptem le-ctiſſimorum millium manu, genere, opibus, clientelis magis tractuq; illuſtrem Baronem Stephanum Batorium deligunt: eique adiungunt præclaræ indolis alium Baronem Stephanum Homonaium, multoſq; alios ſummæ virtutis in re bellica minores duces. Hi conniſi anteuenire conatus hoſtium, ſummo ardore prælii committendi feruntur in hoſtem: vt quocunq; tandem locorum hoſtis pugnādi copiam faceret, manus confererent: vel ſi id nō, caſtra quoq; eorum oppugnarent. Itaque diſtinctis ordinibus aciebuſque ad pugnam inſtructis iter faciunt. Et iam hoſtis idem agebat: nā excubiis primum rite poſitis, copias caſtris educere cœperant: cum (ecce!) inſperato pulſis à noſtrorum antecurſoribus hoſtium excubiis: apud illos ſubitario noſtrorum ſuperuentu turbatis omnibus: vt quiſque poteſt; in montes ſyluaſque, quæ proximæ erant, omnes diffugiunt: ne conſpectum quidē noſtrorum ſuſtinētes. Ita caſtrenſibus amplis manubiis, omniq; eorū apparatu recepto, magnum operæpreciū capiunt: lætiq; victores in caſtra ſua redeunt. At vbi Fillecum amiſſum hoſtes in aliis eorum viciniori bus præſidiis audiuere: cum tantam pene in Filleco, quantam in ipſa Buda, Regum quondam ſede & metropoli regni, fiduciam habebant: tum quoq; ſecundo copiarum ſuarum reliquias fuſas cæſaſque, terrore eos Deus Opt. Max. cęlo miſſo ita terret Panico: vt decem arces validas arte, natura, præſidiis, vacua nocte intempeſtiua aufugientes, plenas omnis generis annona, ne ſomniantibus quidem noſtris Hungaris, deſertas nobis relinquerent. Harum nomina hæc ſunt, Ainakiko, Somosko, Kekko, Dregel, Diuen, Buiak, Holloko, Polauck. Duo præter hæc alia præcipua Begorum loca: quorum Nograd cum integra die nocteque deſertum iacuiſſet, apertis portis, ne vno quidem Turco ibi remanente: Tiffenbachio nupturiente, & turpiter caſtra, cum Hungarorum incredibili luctu, orbis Chriſtiani iactura, ſoluente: nulla de cauſa, niſi q̃ Deus ei mentem adimens, in Repub. bonam victoriam interpellaſſe præclarum duxiſſet; Tiffenbachius, ablatis ſecum tormentis omnibus, Turcis egregiam amicitiam nauans, ſpem facultatemq; redeundi, ac rurſus recipiendi Nogradi dedit. Nam vbi ſoluta eſſe caſtra noſtrorum hoſtes audiſſent; quod nunquam ſperant Hungaros victoria à Deo ipſis cælo tributa vti nolle cuius tamen omnis in vno Tiffenbachio culpa erat; recipiunt animos: celeriterq; Nogradum Palotamq;

Expugnatio Filleci & aliorum caſtrorum, 1598.

Expugnatio Filecci & aliorum castrorum, 1593.

redeunt. Et hæc quidem quatuor dies totidemque noctes deſerta fuit: nuper à Viſiro Sinan Baſſa tormentis quaſſata receptaq; : quàm Vaciam noſtri ingreſſi fuerant: niſi ab altera Danubii ſimiliter parte, vbi Baſſa ad Albam victus fuit, Comes ab Hardeck pari puſillanimitate occupatus, obteſtantibus Palfio, Nadaſtio, Zrinio; neq; victoriã, quam Deus ſibi in manus dediſſet, intempeſtiuo & turpi ſuo diſceſſu corrumperet, eandem Bego ad Palottam redeundi facultatem præbuiſſet, quam Tieffenbachius Bego Nogradienſi. Luce clarius in tota Hũgaria eſt: ſi Comes ab Hardeck & Tieffenbachius noſtros victores in medio curſu rerum feliciſſime geſtarum nõ deſeruiſſent: per Budam Zigethumque omnia Turcarum munimenta atq; receptacula omneſque arces, diffugientibus hoſtibus, ſine labore & ſine tormentis intra vnum alterumque menſem recipere facile potuiſſe: Hungariamque omnem, quam Turca ducentis annis totam recipere hactenus non potuit, liberare potuiſſe. Quippe manifeſto apparebat, ducem noſtrum Deum eſſe; ipſumque pro nobis pugnaſſe: hoſtiumq; vires, mentem, animum, cor, ingenium, artem bellandi, deniq; omnia adueniſſe adeo quidem, vt tota paſſim Hungaria die, noctu agminatim fugientes, fœminarum in modum, omnis pudoris & virtutis laudiſque bellicæ obliti, huc illuc ferrentur: optimuſq; inter illos eſſet, qui vel ingenti ære vel nauiculam ſibi, vxori, liberiſq; parare poſſet; qua Budam aut Belgradum, relicta oblitaq; iam Hungaria, ſecundo Danubio abnauigaret: & iam trib⁹ cladibus, prima ad Sclauoniam, ſecunda ad Albam, tertia ad Fillecum, omnis flos Turcici exercitus abſumptus erat. neque ex Thracia aut interioribus Turcicis prouinciis aſpera hyeme vllas copias Turcarum Imperator ſubmittere ſuis ſuppetias poterat. Baronum copiæ ad decem millia fuere virtute militiaque præſtantiſſimæ: Tieffenbachii equites Germani ad ſeptuaginta: pedites Germani numero pene pares: Palfii Hungarici generis equites pediteſque circiter ſeptem millia: in quibus Germani equites quingenti: quorum duo capitanei: alter, cuius nunc nomen non ſuccurrit ſed poſt ocium nactus, immortali gloria, vt dignum certe eſt, celebratur: Alter væcors, mollis, imbellis, laboris militaris inſuetus atque impatiens: qui ſane, ne Palfius, Dregelo Palantoque (vt præmiſi) receptis, etiam Nogradum intrare potuerit, magna cauſa fuit.

Sed de hoc ſatis.

Rerum

Rerum in Tranſyluania à Sigiſmundo Battorao Principe anno M. D. X C V. *geſtarum, Narratio Auctore Ioanne Iacobino Claudiopolitano.*

Res in Tranſyluania geſta à Sigiſmundo Battorao, 1595.

POSTEAQVAM Sigiſmundus Tranſyluaniç Princeps affinitatem cum inçlyta domo Auſtriaca, Maria Chriſtierna Caroli Archiducis Auſtriæ filia in matrimonium ducta, contraxiſſet: ad eam ſtatim curam cogitationemq; conuertit animum: quomodo rebus Chriſtianorum prope nutantibus conſulere, ditionemq; ſuã ab hoſtibus tueri poſſet. Itaq; fines ditionis ſuæ nouo ſtatim militum præſidio diligentiſſime firmandos curat: quibus ſuos etiam duces, viros bellica inprimis virtute claros attribuit: ita illi quoq, exercitus parti, quam in inferioribus Hungariæ partibus Caranſebeſum verſus habebat, Georgium Barbely, eximiæ virtutis hominem, præficit. Is accepto à Principe mandato, exercitũ illico in hoſtium ditionem ducit: duoq; Turcarum præſidia Bokcia & Varſocz per vim expugnat: Turcis omnibus, qui in eis erant, interemptis. Quo facto Turcæ, qui Lippæ, Giulæ, Czanadi ac Ienei erant, cum per exploratores cognouiſſent, milites ex ditione Ioſeuenſi certis de cauſis Albam eſſe auocatos: peropportunam nacti occaſionem, quod animaduerterent, non eſſe in iis partibus, qui ipſis reſiſteret (Georgius enim Barbely, vt dictum eſt, Caranſebeſum verſus exercitum ducebat, qui locus ſeptem circiter milliaribus Ioſeo diſtat) coniunctis viribus in Tranſyluanicam ditionem irrumpunt: oppidumq; Ioſeum cum ſeptem pagis diripiunt & inflammant; magno incolarum numero trucidato, & quamplurimis in ſeruitutem abductis. Eo audito, Princeps grauiter commotus delectum ſtatim haberi iubet: certamq; nobilium manum cum iis militibus, qui antea Ioſeo auocati fuerant, ad Totuaradgiam, oppidum Turcicæ ditionis, diripiendum mittit: quibus ſerio imperat, ne vllam occaſionem, qua ſaltem aliquid detrimenti hoſtibus inferre poſſent, intermitterent: ſuperiorem vero iniuriam Ioſei acceptam ſimili incommodo illato rependerent. Hi quam poſſunt celerrime in hoſtium ditionem contendunt: & poſtquam ad oppidum nocte perueniſſent, comparatis iis, quæ ad oppugnationem facerent, orto iam Sole oppugnationi inſiſtunt, oppidoque per vim potiuntur: Turcis, qui ducenti circiter in eo erant, omnibus trucidatis: ſex tantum de muro præcipites ſe dedere: quod ſperarent tranato MARVSIO flumine ſalutem ſe conſecuturos: verum ii etiam à noſtris intercepti fuere.

 Ca-

Digitized by Google

Res in Transſiluania geſta à Sigiſmundo Battoreo, 1595.

Capto oppido milites Georgio Barbeley ſeſe iungunt: qui iam expugnatis duobus Turcarum præſidiis, nullam rei bene gerendæ occaſionem negligendā ducens, copias promouerat: & ad Fadſatum obſidendum contendebat. Eo cum de improuiſo celeriuſq; omnium opinione perueniſſet: Turcæ quid agerent, & vnde auxilia peterent; illico de deditione conſiliū capiunt: nec ita multo poſt nuntiis ex arce ad Georgium Barbely miſſis, ſignificant ſe arcem dedituros, ſi fide data incolumes dimitterētur. Itaq; cum iis, quib. induti erant, veſtib. & armis incolumitatē pacti, noſtrorū fidei ſe permittentes, arcē dedunt. Quod cum milites ii, quos Haiducos appellant, animaduertiſſent: minime ſibi committendū eſſe rati, vt hoſtes tā facile è manibus elabi patiantur: in inſidiis ſeſe collocant: vt cum hoſtes arce exceſſiſſent, ex inſidiis adortos, vita ſimul & armis exuerent. Quia vero Georgius Barbely fidem hoſti datā violare turpe ducebat. vt ab inſidiis tutos redderet: in exteriores caſtelli munitiones eos cogit: poſtero die certā militum manū ipſis adiūcturus, qui extra terminos eos comitarentur. Interea Baſſam Temeſuarienſem cum Lippēſe, Giulenſe, Canadienſe & Ienienſe Præfectis, magna manu cū Fadſatenſibus venire nuntiabatur. Quo animaduerſo Fadſatenſes, ſuos p̄lio ſuperiores fore arbitrati, ſeſeq; mutuo cohortati; in noſtros nihil iā hoſtile metuentes, qui iā interiorem caſtelli partē occupauerant, impetū faciunt & puluerē bombardicum, quē terrę ſuffoſſum in inſidiis collocauerāt, ſuccēdunt: cuius impetus pręter eos, quos inopinato hoſtes oppreſſerant, paucos ex noſtris perimit. Noſtri indigniſſime hāc iniuriā ferētes, forti animo hoſtium impetū nō modo ſuſtinent: ſed ad vnum omnes dāt neci, dignas ab eis violatæ fidei pœnas ſumētes. Interim Temeſuarienſis cū inſtructa acie appropinquabat: cuius cognito aduentu Georgius Barbely aciē ſtatim inſtruit: & agmine in ordines coacto contra hoſtē procedit: Magnis vtrinq; animis fit congreſſus: initio quidem hoſtes fortiter reſiſtunt: ſed cum diutius noſtrorū impetum ferre nō poſſent, impedimentis exuti in fugā vertūtur: quos noſtri inſecuti, magnā eorum ſtragem edunt: & q̄plurimos viuos, & in his Lippenſem & Ienienſem in ſeruitutem trahunt: Ex quibus Georgius Barbely, quos vult, cum Ieneienſe & Lippenſe captiuitati reſeruat: cæteros omnes in conſpectu militum cædi iubet. In eo prælio Giulenſis & Canadienſis Præfecti cæſi ferūtur: quin etiam Baſſa ipſe Temeſuarienſis ſaucius, veſtibus & armis abiectis, mutatiſ-

tatisque ſubinde ad celeritatem equis, vix fuga ſaluti conſuluit: tandemque cum paucis, qui fugæ ſuperfuerant, Temeſuarum eſt delatus. Secundum hanc victoriam noſtri optima ſpe pleni, eundem victoriæ curſum continuaturi, dum Lippam verius contenderent: Turcæ, qui Eperieſſi erant, metu eorum, quæ Fadſatenſibus eueniſſe audiuerant, igne tectis iniecto, caſtellum inflammant, ipſique ex eo profugiunt: Solimoſſienſes etiam eandem veriti fortunam, caſtellum deſerentes, qua cuiq; viſum fuit, ſeſe contulere. Quibus in ditionem acceptis, nouoq; militum præſidio firmatis, noſtri tandem Lippam delati, in conſpectu arcis caſtra ponunt. Obſeſſi, amiſſo Præfecto, quo ſe verterent, quidue potiſſimum agerent, incerti, ad eos, qui Giulę erant, quibus anguſtiis intercluderentur, perſcribunt: orantes, vt ſibi in tempore ſuccurrant, & obſidione ipſos liberent: id ni faciant, arcem ſe hoſti dedituros. Ii reſpondent, cæſo ipſorũ quoq; Pręfecto, & plurimis ſuorũ vulneratis, ad arma capiẽda in præſentia ſe non eſſe idoneos: itaq; rebus ſuis ipſimet conſulerent: ſe enim ipſis auxilium ferre neutiquam poſſe. Tabellarius, qui literas ad obſeſſos perferebat, interceptus à noſtris, ad Georgiũ Barbely fuit deductus: qui cognito ex literis negotio, poſtero die vnum ex militibus ad colloquium in arcem mittit, qui de deditione eos appellaret. Quod cũ is Turcis expoluiſſet, illi primo negant, ſe arcem dedituros, Fadſatenſium fortunam cauſati: id miles excuſat, nõ noſtrorum, ſed ipſorum Fadſatenſium propria factum eſſe culpa: quod mortem oppetiuerint, qui violata fide, quam noſtris dediſſent, Hungaros poſt deditionem Fad[illegible]to eiicere conati, ſpe victoriæ deluſi, dignas perfidiæ ſuæ luiſſent pœnas: proinde modo arcem dederent, nihil eis tale metuendum eſſe. Verum ii nullam ſe noſtris fidem habere poſſe, aſſerentes, obſidionem forti animo laturos reſpondent: nuntiumque ad ſuos cum hoc reſponſo dimittunt: qui cum arce exceſſiſſet, rem vt erat geſta, exponit. Noſtri itaq; ſpe deditionis fruſtrati, cõparatis iis, quæ ad eam rem facerent, ad oppugnandam ſequenti die arcem accinguntur: ſed cum prima oppugnatione parum effeciſſent, rem in poſterum differunt. Obſeſſi, ſiue ꝙ nulla ex parte auxilia ſperare poterant, ſiue quod viribus diffidebant, veriti, vt ſecundas noſtrorũ vires ſuſtinere poſſent, de deditione agunt: qua decreta nuntios ad Georgium Barbeli mittunt, qui indicarent, ſe arcem dedituros, modo incolumes dimitterentur. Quare incolumitatem apud eum

Res in Tranſylvania geſtæ à Sigiſmundo Battorao, 1595.

Digitized by Google

Res in Trã-ſylvania geſta à Sigiſmundo Battorao, 1595.

pacti, noſtrorum fidei & poteſtati ſe arceq; permittentes ad ſua quiq; incolumes abiere. Ita Lippa poſt 44. quam in Turcorum poteſtatem veniſſet, annum, ſingulari Dei beneficio Chriſtianis eſt denuo reſtituta. Lippenſium audita deditione ii, qui Solimoſſi, Vilagoſuari, Canadi, Nadlaki, Fellaki, Pancotæ, Siri & Aradi erant, ſimilem fortunã veriti, caſtella deſerentes, qua cuiq; viſum fuit, ſeſe contulere. Dum hæc in iis partibus geruntur: Sinanus interea in Tranſalpinenſi Valachia, ponte ex nauibus coniunctis facto, ingenti comitatus exercitu, Danubium ſuperauerat: & iam Principis copiis, quas in eã prouincia habebat, imminere dicebatur, nullo alio propoſito, quam vt exercitu Principis ad internecionem cæſo, ac Michaele etiam prouinciæ Palatino, qui iam ſe prouinciamque Principi ſubiecerat, capto, priſtinum prouincialibus iugum, quod non ita pridem ceruicibus excuſſerant, imponeret: Cui noſtri vtpote numero longe inferiores vix reſiſtere poſſe credebantur. Palatinus ſuarum eſſe partium ducebat, vt eam haberet exercitus curam, ne quid detrimenti ab hoſtibus pateretur. Itaque idoneo caſtris loco quæſito, exercitum in loca tutiora reducit: vbi ſine periculo hoſtium præſtolaretur aduentum. Locus eſt non longe à Danubio: vbi denſiſſima virgulta in iuſtam excreuerunt proceritatem, vt ſyluæ præbeant ſpeciem: ibi cœnoſiſſimi aquarum riui, permeatu difficilimi, crebris locis interfluunt: nec aliter niſi ponte tranſeuntur: vnicum duntaxat iter anguſtiſſimum victori tranſitum præbet, vix qua ſinguli carri ducantur. Hunc locum noſtri præteruecti, modico ſpacio ab eo caſtra ponunt, cuſtodiasq; diligentiſſime in anguſtiis collocant; ne inopinato ab hoſtium multitudine opprimerentur. Hac neceſſario Turcis erat tranſeundum: qui ſuperato, vt dictum eſt, Danubio, non ita multo poſt ex altera ſyluę parte caſtra ſua poſuerant: & ita noſtrorum caſtra non longe à caſtris hoſtium aberant, ſeſeque inuicem facile intueri poterant. Vtraque enim caſtra in paulo editiore ſita erant loco: ita vt ſyluæ, quæ vtraque caſtra diuidebant, proſpectui minime obſtarent: quippe quæ in valle quaſi quadam, qualis in planiſſima regione eſſe poteſt, erant ſitæ. Sinanus tantam noſtrorum patientiam miratus; quod cum tam pauci eſſent numero, ſuas tamen, quas putabat eſſe inuictas, vires non reformidarent: verum audacter eius ſeſe opponerent conatibus: nobiliſſimum quemq; ſuorum legit, & duodecim barbarorum millium

exer-

Digitized by Google

exercitum contra noſtros, quorum vix erant ſex millia, caſtris educit: acieq; inſtructa ad anguſtias ſyluæ contendit. Palatinus etſi videbat hoſtes numero pręcellere: ſe vero exiguo eſſe ſtipatum exercitu: Deo tamen præpotenti, ſuorumq; virtuti fiſus, fortunæ ſe committere non eſt veritus. Inſtructo ergo quem ſecũ habebat exercitu, in ipſis anguſtiis Sinano occurrit: militesq; cohortatus, vt memores priſtinæ Hungarorum virtutis, ſe ducem auctoremq; ſequerentur, magno animo in hoſtem inuehitur. Quia vero hoſtes numero, noſtri virtute pugnabant: ſpes victoriæ in ancipiti erat: interdum noſtri hoſtes extra anguſtias ad vſq; caſtra, magna in eos cæde inuecti, propellebant. ii rurſum virib. reſumptis, nŏſtrorũ remorabantur impetũ: ſæpe etiam multitudine barbarorũ ingruente, noſtri cedere hoſti cogebantur.

Res in Tranſyluania geſta, à Sigiſmundo Batteræo, 1595.

Hunc in modum à Solis fere ortu vſque in veſperum alternante fortuna, vario Marte pugnatum fuit: tandem vero Sole in occaſum vergente, melior fortuna noſtris affulſit: ſiquidem ex mandato Palatini quædam peditũ acies, quę lõgius caſtris abfuerat, peropportune adfuit: quæ defatigatis iam labore noſtris ſubueniens, totis virib. in hoſtes irruit: quos noſtri eodem ſtatim impetu in fugã vertunt: fugientiumq; tergis inhærentes, nobiliſſimos quoſq; Turcarũ, quos aſſequuntur, trucidant: quatuor tormenta ænea cum aliquot ſignis, in iis viride etiam quoddã vexillum, quod ipſorum Prophetę Mahumetis fuiſſe Turcę credebant, ob idq; Sacrum appellabant, intercipiunt. Illud ipſi in ſignum boni ominis in omnib. expeditionibus bellicis circumferre fuerant ſoliti: & quandocunque in acie fuiſſet, certiſſimam ſibi victoriam polliciti, nullam hoſtium vim eius auſpicio reformidabant. Tunc ipſemet etiam Sinanus in eas fuit redactus anguſtias: vt fuga è ponte in paludem delapſus, vix à ſuis ereptus in caſtra reduceretur. Hoſtibus hoc pacto intra caſtra repulſis, noſtri ſplendida de hoſte reportata victoria, ingenti præda onuſti, ouantes ſe in caſtra recepere. Porro Sinanus in tanta fortunæ mutatione animi impatiens, in omnes partes verſabat animum: atque id ſolum agebat, quomodo huius cladis acceptæ ignominiam, quam ſibi apud Cęſarem conciliatum iri certo perſuaſum habebat, à ſe deriuaret. Itaque coactis omnibus copiis, quas habebat maximas, totis viribus ad perſequendum noſtros pergit. Hi quod intelligebant, ſe numero hoſtibus ipſis

multis

Digitized by Google

Res in Trāſyluania geſta à Sigiſmundo Battoræo, 1595.

multis partibus eſſe inferiores: tantæ autem barbarorum multitudini tantulum exercitum temere obiicere minime eſſe integrum, arbitrarentur:in loca retro tutiora ad radices Alpium, vbi ab hoſtibus tuti eſſent, maximis itineribus contendunt. Palatinus pro ſuo officio, proque ea, qua in Principem erat, obſeruantia, minime ſibi cōmittendum putauit, vt iſta Principem celaret: itaque datis ad eum literis, quibus in anguſtiis res ſit, declarat: & ni ſibi mature ſuccurrat, periculum eſſe, ne prædę ſit hoſti futurus. Prouidendum idcirco etiam atque etiam Principi erat, vt laborantibus ſuis in tempore opem ferret: ne inopinato, & priuſquam animaduerti poſſet, ab hoſtium multitudine opprimerentur. Quare omnem ſtatim plebem Siculam, quæ octo continetur ſedibus (Ita enim illi ſuos diſtrictus appellant) arma ſumere imperat: eamque in campis Barcenſibus caſtrametari iubet. Cui negotio tres inſignes nobilitate viros Balthaſarem Bogathium, Benedictum Mincenthium, & Wolfgangum Corniſiū, præficit: qui confeſtim mandata expediunt, armatamque plebem in eum qui præfixus erat, locum cogunt. Ipſemet quoque Princeps, quo alacriores eorum animos ad ea, quæ mandaret, ſubeunda redderet, die Dominico, qui fuit VI. KL. Septembris anni M D XCV. Alba Iulia cum aulicis ſuis copiis impedimentiſque omnibus excedens, modico itinere prope Sabeſum caſtra ponit: vbi eius rei fama audita, reliquæ etiam prouincię copiæ quamprimum in caſtra confluerent. Ibi poſtero die tria ſimul auſpicatiſſima accipit nuntia: primum de Lippa capta: alterum de profligata parte copiarum Sinani; tertium de remigratione Tartarorum: quorum Chamus (ita illi ſuum Imperatorem ſolent appellare) multis barbarorum collectis millibus, Moldauis atque adeo ipſis Tranſyluanis exitium intentare dicebatur. Sed cum ad Neprum flumen peruenilſet; Moſci à tergo ditionem eius inuadentes fecerunt, vt ditionis ſuæ tuendę cauſa exercitum domum reduceret: illa vero Tartarorum manus, quæ iam in Moldauię fines penetrauerat, penitus à militibus Tranſyluanis, qui in ea prouincia erant, & Valachis cęſa eſſe ferebatur. Ex quib. haud dubie colligi poterat, Tartarorum eruptionem ad pręſens non eſſe formidandam: quippe qui hoc rerum ſtatu, inclinante etiam in hyemem ęſtate, finibus ſuis non eſſent egreſſuri. His nuntiis acceptis poſtridie Princeps Sabeſo mouens, ſextis caſtris in fines Barcenſes ad oppidum Feketchalom peruenit; Germanica auxilia, quæ Rudolphus

dolphus Imperator ſubſidio Tranſyluanis eſſet miſſurus, reliquas item prouinciæ copias ibidem exſpectaturus: quæ cum indies vndequaque certatim in caſtra confluerent, multis partibus auctiorem reddiderant exercitum: Germanis, quibus Albertus Reibitz, vir equeſtri inprimis dignitate clarus, præerat, Franciſcum Theke, qui eis de re frumentaria proſpiceret, itinerisq; dux eſſet, obuiam mittit. Interea partem exercitus cum impedimentis in Tranſalpinam pręmittit: ipſemet quoq;, vbi primum Germani appuliſſent, opem ſuis laturus. Noſtri, quamuis numero hoſtibus ipſis longe eſſent inferiores, omnē tamen ſpem in virtute Deoq; prępotenti poſitam habentes, non expectatis à Principe auxiliis, manus cum hoſte conſerere volebant: verum illis Princeps iam antea literis pręceperat, ne ſeſe temere fortunæ committerent: neue ante ſuum aduentum tale quippiam molirentur, vnde exercitus detrimenti aliquid pati poſſet: ſed omnem rei bene gerendæ occaſionem in illud tempus differrent: cum iam indies maioribus aucti copiis, hoſtibus non ſolum reſiſtendi, verum etiam loco eos pellendi & profligandi poteſtatem eſſent habituri. Moldauienſi etiam Palatino perſcribit, vt coactis in prouincia quib. poſſet copiis, Tranſalpinenſi ſe coniungeret: quippe vbi ipſemet quoque ſit futurus. Quo accepto mandato, Palatinus Stephanus nomine, qui tunc ei prouinciæ præerat, ſtatim iter ingreditur; cumque recta ob metum Tartarorum proficiſci non poſſet, verſus fines Tranſyluaniæ contendit: vt facto per prouinciam itinere Principis ſe coniungeret copiis: cum quibus deinde vna exercitum ſuum in Tranſalpinam duceret. Iamq; non longe à finibus aberat: cum quædam Polonorum manus ei occurrit, vti eius remoraretur iter: cum quib. etiam prælio decernit: & magna eorum ſtrage edita, atq; opulentis onuſtus ſpoliis iter inceptum continuat: tandemq; ſuperatis Alpib. in caſtra Principis, quæ tunc ad arcem Terchuar erant poſita, peruenit. Audita Palatini profectione, Ioannes Zamoiſcius, Poloniæ Regis Cancellarius, in Podolia magno militum numero coacto, inſcio ipſo Rege, in Moldauiam irrumpit: prouinciamque abſente Palatino facile occupat: cuius adminiſtrandæ curam Ieremiæ cuidam, obſcuro alias homini, ſed qui gratia plurimum apud eum valebat, committit. Princeps, quod Sinanum pro foribus eſſe ſciebat, ſummā hanc iniuriam, quam ſibi à Polonis inferri videbat, in pręſentiarum ferre ſtatuit: ſed confecto bello Turcico prima

Res in Tranſyluania geſta à Sigiſm. Batorao. 1595.

cc quaq;

Res in Trã-ſyluania geſta à Sigiſmundo Battorao 1595.

quaque occaſione vlciſci eam in animo conſtituit. Verum ex altera quoq; parte plebs Sicula quæ (vt dictũ eſt) ad nutum Principis arma ſumpſerat, ſolicitum eius reddebat animum: quippe quę ſe nequaq̃ prius contra hoſtem proficiſci velle affirmaret: quam ſibi priſtina libertas, quam ſuperioribus annis ob rebellionem amiſerat, iterum fuiſſet reſtituta. Verum vt Princeps eius votis annueret, multæ rationes, atq; etiam æquitas ipſa aduerſari videbantur. Maxima namque Siculę nationis pars nobilibus, quorum ſunt coloni, eſt ſubiecta: quos colonis ſuis priuare (prę ſertim cum nihil tale vel in Principem, vel in ipſam patriam deliquiſſent, ob quod bona ſua amittere deberent; imo per complures iam annos fidelem Principi domi militiæque nauarent operam) ſumma erat iniuria. Cogi quidem plebs ad ea, quæ mandarentur, ſubeunda etiam abſque libertatis donatione poterat: ſed in tanta hoſtis propinquitate Princeps bello ciuili incumbere, abſq; manifeſto patriæ periculo, nec poterat, neque etiam debebat. Vtrum igitur libertatem eis ſumma cum nobilium iniuria donaret: patrięque prę ſentis neceſſitatis ratione habita conſuleret: an vero nobilibus parcendo, exercitus imminueret numerum, fere dubitabat. Sed vicit tandem dubitationem ingruentis neceſſitatis magnitudo: quæ extorquere potius, quam petere videbatur, vt priſtina Siculis reſtitueretur libertas. Ingens erat barbarorum hoſtium multitudo: cuius reſpectu noſter exercitus erat ſane perexiguus: ſed accedente Siculorum agmine, quorum erant capita circiter ſexdecim millia, qui arma ferre poſſent, mirum in modum augmentabantur. Itaq; nonnullis propoſitis conditionibus, Princeps libertatem eis licet inuitus donauit: moxque in Tranſalpinam eos præcurrere iuſſit. Ipſemet quoque paucis poſt diebus caſtra mouens, Alpibus ægre ob cœnoſiſſimi itineris difficultatem ſuperatis, ad villam Rukar in ipſis Tranſalpinę finibus & Alpium anguſtiis caſtra ponit: vbi dum tentorium eius extenderetur, nouum ſubito ſpectaculum militibus apparuit. Aquila namque ingenti magnitudine, præcipiti volatu, ex Alpibus delapſa, prope Principis territorium conſedit: quam conſpicati milites Prętoriani, qui forte aderant, accurrentes, cum repente humo ſe tollere prę magnitudine non poſſet, captam in Principis prætorium deduxerunt. Quod cum in vulgus exiſſet, vt ſunt varia hominũ ingenia, alii aliud ex eo omen coniectare: pars ipſum Sinanum per aquilam deſignari, qui manus noſtrorum non eſſet e-

uita-

Res in Trãſſyluania geſta à Sigiſmundo Battoræo, 1595.

uitaturus: pars etiam ſiniſtre augurium interpretabantur: quippe cum aquila Romani Imperii ſit ſignum, q̃ ea in captiuitatem deuenerit, perniciem noſtri exercitus, qui eiuſmodi vteretur ſigno, præſignificari augurabantur. In eo loco Princeps octidui moram duxit: partim vt Germanica auxilia expectaret: partim vero vt interea carri, quorũ maximus erat numerus, & propter itineris cœnoſitatẽ difficilime per Alpes tranſportati poterant, in caſtra peruenirent. Itaq; cum iam & Germani maximis itinerib. appuliſſent, carriq; tranſportati fuiſſent: motis ex eo loco caſtris, in eum, vbi Palatini erãt caſtra, locum ventum eſt. Hic quoq; militib. tempus ad recreandas vires datũ eſt: quod vegetiores deinde ad omnes belli labores ſubeundos redderentur.

Interim tamen noſtri quotidie pabulatum excurrebant: & cum hoſtes quoq; commeatuũ gratia longius interdum excurrerẽt, non ſemel accidit, vt in ſe mutuo incidentes præliũ committerent: ſed interdũ hoſtes vix primos noſtrorũ inſultus ſuſtinuerunt: quin illico in fugam verterentur. Quo factum eſt, vt noſtri ſingulis fere dieb. maximis onuſti ſpoliis in caſtra reuerterẽtur, nemine interim noſtrorum deſiderato. Quæ res tantũ animi noſtris addidit, quantũ ipſis hoſtib. ademit. Nã deinde etſi interdũ magnus hoſtiũ eſſet numerus, vix tamen paucis noſtrorũ viſis illico ſe in fugam coniecere: pauciſſimis tantũ fuit animi, vt prælio decernerent: qui tamen & ipſi vt plurimũ cæſi ad internecionẽ fuere. Comparatis iis reb. quas tanti belli vſus requirebat, Princeps ex eo loco mouens, alteris caſtris in quandã planiciem ſpatio vnius milliaris ab oppido Tergouiſtia, vbi Sinani caſtra erant, diſtantem exercitum duxit: eo animo & apparatu, vti ſequenti die (quod DEVS bene verteret) prælium committeret. Poſitis in ea planicie caſtris, cum iam milites & ex equis deſcendiſſent, & arma etiam alii depoſuiſſent, alii vero aliis rebus eſſent intenti: repente tumultus in caſtris exoritur. Ii namq; qui præterita nocte excubias egerant, eo momento in caſtra reuertebantur: qui cum à longe à quibuſdam, qui lignandi cauſa in proximam ſyluam conceſſerant, fuiſſent viſi, hoſtium agmen eſſe rati, anhelo curſu in caſtra contenderent. Eius cauſſam quærentibus nonnullis, reſponderũt, ſe hoſtium armatũ agmen à longe conſpexiſſe, iam iamq; pro caſtris adfuturum: Quorum verbis perſuaſi milites ad arma ſtatim proclamant, omnibus hoſtem adeſſe exiſtimantibus.

Digitized by Google

Res in Trãſyluania geſta à Sigiſmundo Battoreo, 1595.

Mox ſigno dato fit concurſus militum:& tanta erat omnium perturbatio, vt in ordines cogi neutiquam poſſent: pauci ſigna ſequebantur: reliqui nullo certo duce palantes,& ſalutis ſuę incerti diſcurrebant: creberrimi vbique ſclopetorum crepitus exaudiebantur: teſtamenta vulgo totis caſtris obſignabantur: iamque prima acies in armis erat: Germani etiam ſuos ordines tenebant, parati ad pugnã, ſi hoſtis adfuiſſet. Interea nunciatur Principi, vanum eſſe rumorem de hoſtis præſentia: ſed neque ſedari milites poterant, neque ſatis firma verbis adhibebatur fides: ita omnium animos pauor & trepidatio occupauerat. Princeps cum videret ita perturbatos eſſe militũ animos, ſilentium cunctis imperat:& publico edicto ſancit: ne quiſpiam clamore tumultum in caſtris excitet: qui ſecus fecerit, crucis pœnã eſſe ſubiturum: & ita tandem in imperio Principis ſubito ſilentium in caſtris fuit. Mons erat pręruptus, qui ęquo fere ſpatio ab caſtris vtriſque aberat: ex cuius ſummo vertice pleriq; credunt ipſummet Sinanum Principis exercitum, cum in locum caſtrorum veniret, ſpeculatum fuiſſe. Sed quomodocunque ſe res habuerit, certum eſt, quod poſteaquam Sinanus de ingenti Principis apparatu bellico certior factus, animaduertiſſet, ſe imparem fore viribus Tranſyluanicis, nihil antiquius duxit, quam vt ſe exercitumque è noſtrorum conſpectu ſubduceret: quod tamen ipſum ne quo modo ſuis purpuratis innoteſceret, impenſe curabat. Mox Ali Baſſa & Mehmet Bego, qui præcipui inter cęteros erant, ad ſe vocatis, multis verbis eis perſuadet, vti in arcem Tergouiſtiam egregio ab ſe opere valloque munitam concedant: ſe interim, donec Tranſyluani eo appellerent, exercitum ex eo loco ſubducturum, fugamque per ſpeciem ſimulaturum. Quod ſi vero arx per Tranſyluanos obſeſſa foret, forti ſaltem animo ferrent obſidionem: ſe daturum operam, vt hoſtes in ipſa obſidione nihil hoſtile metuentes, ſomnoq; ſopitos, ipſa noctis tempeſtate, acie inſtructa adoriatur: quibus oppreſſis, nihil omnino poſtea potiundę Tranſyluaniæ defuturum. His & ſimilibus eo barbarorum perduxit animum, vt etſi totus in fugam eſſet intentus, fidem tamen verbis fecerit. Ipſe valido militum & rerum omnium præſidio cum eis in arce relicto, de quarta noctis vigilia caſtra mouens, quanta potuit feſtinatione Bucoreſtum verſus contendit. Princeps etiam ſequenti die orto iam Sole ſignum tuba dari iubet, aciemque inſtruit. In primo cornu quatuor millia equitum haſtatorum collocat: quib.

Michael

Michael prouinciæ eius Palatinus præerat: cui adiunxit etiam Stephani Chiakii turmas. Horum latera pedites pixidarii & falcati Siculi claudebant: mox Germanica phalanx à tergo ſubſequebatur: poſt hos æneæ machinæ vectabantur. A dextro deinde primi cornu latere, duo agmina, quæ ſingula decem haſtatorum equitum millia continebant, ſequebantur. In læuo quoque latere idem erat agminis ordo & numerus: quibus ſinguli duces, viri præclari & induſtrii præerant. Poſtrema deinde duo erant agmina, quæ in medio præcedentes ſubſequebantur: vnam cui aurea ſigna præferebantur, & hoc duodecim circiter equitum haſtatorum millibus conſtabat: alterum quod ipſemet Princeps tuebatur: & ſic in vniuerſum ſeptem erant copiarum alæ. Quibus omnibus generalem Præfectum Stephanum Bochikaium, ſumma dignitate virum, & magnis in Trãſyluania clientelis & opibus pollentem, ipſumque Principem propinqua cognatione attingentem præficit. Hunc in modum inſtructa acie copias promouet, in eumque, vbi hoſtium caſtra fuerant, locum peruenit. Verum cum animaduerteret, inde hoſtem fugiſſe: inſidias veritus ſuos quemque diligenter ordines ſeruare iubet: in eumque modum exercitus eam, quæ ſequebatur, noctem in armis tranſegit. Quia vero Sinanus ante paucos dies Tranſyluanici apparatus inſcius, iamque ſe victorem eſſe ratus, ſuos commonefecerat, ſe quindecim adhuc dierum moram eo loci facturum, neque interea caſtra moturum: accidit vt plerique Turcæ pabulandi & commeatus agẽdi gratia longius excurrerent. Qui deinde omnium, quæ circa Sinanum erant, ignari, à pabulatione reuerſi, ſuorum adhuc ibi caſtra eſſe arbitrabantur: cumque ipſa noctis tempeſtate in locum caſtrorum, vnde iam Turcæ fugerant, peruenirent: in confertiſſimos noſtrorum ordines incidentes, vt plurimum trucidarentur: quamuis etiam nonnulli noctis beneficio euaderent. Hunc in modum cum exercitus totam eam noctem tranſegiſſet: non tamen orto etiam Sole arma vt milites deponerent permiſſum fuit: verum vſque in meridiem eadem ratione in armis ſteterunt. Interim etiam exploratores, quos Princeps ſpeculandi hoſtium agminis gratia præmiſerat, adfuere: qui indicarunt hoſtes multum iam viæ proceſſiſſe, neq; quicquam aliud, quam fugam, agere. Quo cognito Princeps, fugientem ne Sinanum inſequeretur, vel arci oppugnandæ, in qua validum erat hoſtium præſidium, inſiſteret, pene dubitans, dandum

Res in Trãſyluania geſtâ à Sigiſmundo Batoræo, 1595.

Res in Tranſyluania geſta à Sigiſmundo Batoreo, 1595.

Sinano fugæ ſpatium duxit. Nam hoſtem à tergo relinquere nimis periculoſum fore arbitrabatur: ſiquidem intercludi exercitus commeatu poterat ab iis, qui in arce Tergouiſtia erant, ſi hoſtem fuiſſet ſecutus. Quod ne committeret, etiam atque etiam præcauendum erat. Itaque in ſuperiorem oppidi Tergouiſtiæ partem copiis ductis caſtra fecit: ſimulque arcem eiuſdem oppidi, quam Sinanus intra tam paucos dies, per quos illic ſtatiua habuerat, validiſſimo opere valloque munierat, obſidet: tormentiſque admotis cum arx vſque in ſequentem diem nequicquam quateretur, præualente munitionis opere, milites ad oppugnationem parari iubet: iamque in occaſum vergente Sole oppugnationem ex tribus partibus vrget. Hinc Siculi ligna & piceam materiam ſuccendendis ligneis munitionibus idoneam ſupportantes, ignem tectis iniiciebant: inde ſcalæ muris applicabantur: plerique etiam abſque ſcalarum auxilio munitiones ſuperare nitebantur: ex tertia parte tecta arcis machinis æneis impetebantur: quæ tantam patiebantur ruinam, vt in obſeſſorum capita conciderent. Cum vndique periculum obſeſſis impenderet; incerti extinguendo ne igni, quem iam tecta conceperant, aut propulſando hoſti incumberent; an vero periculum ruinarum euaſuri, ſeſe in latebris abdendo, ſaluti conſulerent (vndique enim imminẽs & præſentiſſimum periculum oculis intuebantur) tandem complures manu facta per portulam quandam quæ noſtris erat incognita, erupeřunt. Sed ea res noſtros latere non potuit: quippe iam antea conſtiterat, & ex certis ſignis cognitum erat, obſeſſos eruptionem meditari: quam ob cauſam quædam equitum delectorum manus in cuſtodiis diſpoſita fuerat. Ii animaduerſa hoſtium eruptione, cum equis veherentur, facile fugientem hoſtem ſunt perſecuti: quem illico fundunt fugantque: pauciſſimi duntaxat noctis euaſere beneficio. Ali Baſſa & Mehmet Begus, arcis Præfecti, ſiue honeſtã mortem turpi fugæ præferentes, ſiue aliud quippiam cogitantes, arce excedere noluerunt: verum cum iam noſtri expugnatis munitionibus omnia cædibus miſcerent, locaque arcis abdita ſcrutarentur & perueſtigarent (quam ad rem aptiſſime ſunt edocti Siculi) in loco quodam ſecreto fuere inuenti, & ad Principem deducti. Cuius rei fama ad Sinanum, qui tunc Bucureſti erat, perlata, tantum animo Barbari iniecit terrorem, vt eam ſtatim ad fugiendum occaſionem arripiendam putauerit. Collectis ergo vaſis oppidum Bucureſtum inflam-

Digitized by Google

flammat: mox magna parte impedimentorum poſt ſe relicta, deſperatione actus, ceu iam hoſtis adeſſet, turpiſſime fugere cœpit, Girgioumque quanta potuit feſtinatione contendit. Bucureſti templum quoddam erat, quod Alexander ante Michaelem tertius eius prouinciæ Palatinus maximis ſumptibus exſtruxerat: illud Sinanus antea munitiſſimo opere valloque munierat; vt firmitatem Tergouiſtiæ facile munitiones excederent. Sed in tantum eius animum occupauerat pauor, vt nec in eo loco quantumuis munitiſſimo hoſtem auderet expectare. Verum dato cuidam ex ſuis negotio, puluerem bombardicum fundamentis templi ſuffodi, & ita negotium curari iubet, vt poſteaquam exercitum inde abduxiſſet, & noſtri, vt ipſe ſperabat, in eum locum peruenientes, munitiones occupaſſent, tum demum puluere ſuccenſo, templi mole diſiecta, ruinis eius interimerentur: & ſic quod palam conficere non poſſet, tali ſtrategemate per inſidias effectum redderet. Quæ quidem ſpes fefellit eius animum. Nam, vt dicetur, Princeps diuerſo itinere Bucureſto ad læuam relicto, copias duxerat: vnde cum puluis in fundamentis ſuccenſus eſſet, nullo penitus damno dato molem diſiecerat. Circa hoc tempus Principi nuntium allatum fuit ex inferioribus Hungariæ partibus à Georgio Barbely, qui poſt captam arcem Lippenſem, anteactoſque labores ſpacio recreandi militibus dato, copias ad Leneum promouerat, arcemq; arcta obſidione cingens, paucis poſt diebus per vim expugnauerat. Cæterum Principi imminens cura de Sinano erat: qui nondum Danubium traieciſſe ferebatur. Capta itaque eo, quo dictum eſt, modo Tergouiſtia, copias promouet, eo conſilio, vti vbicunque Sinanum aſſecutus fuiſſet, belli fortunam cum eo periclitaretur. Quoniam autem qua Sinanus iter fecerat, agros populauerat, vicos omnes & villas exuſſerat, & omnia in eam redegerat vaſtitatem: vt exercitus duci per eam partem neutiquam poſſet: alio quam quo is ierat itinere, Bucureſto ad læuam relicto, quo nondum peruaſerat vis Turcica, Princeps ductitabat exercitum. Cum iam duorum milliarium ſpacio Gyrgioio abeſſet: adfertur Sinanum cum potiori copiarum parte Danubium traieciſſe: reſidere etiam cis Danubium iuſtum Barbarorum numerum, qui flumen nondum ſuperaſſet. Ad quam rem cognoſcendam Princeps nonnullam delectorū manum præmiſit: quibus in mandatis dedit, vti occaſione oblata ſi integrū ſit, hoſtes

Res in Tranſyluania geſta à Sigiſmundo Battorao, 1595.

Res in Trã ſyluania geſta à Sigiſmundo Batorao, 1595.

hoſtes prælio laceſſitos tranſitu prohibere conarentur. Qui Girgoium delati, quamplurimos Turcas in ſaltibus oberrantes, multoſque armentorum & pecorum greges agentes offendunt: quos confeſtim prælio adorti fundunt fugantque: & omnes, quos aſſequuntur, trucidant: paucos captos ad Principem deduxere: ex quibus de hoſte cognoſceret, reliquos Girgoium vſque propellunt: vbi magna adhuc hoſtium multitudo ipſo tranſitu pontis, cuius citerior pars ipſis Girgoii radicibus annectebatur, hærebat. Girgoium arx eſt egregie loci natura, & arte munita: quippe Danubius paulo ſupra arcem ſpacio aquas diuidit: quarum pars nonnulla, quæ iuſti fluminis ſpeciem refert, terram duorum circiter iugerum magnitudine ambiens, rurſumque in ſuum alueum refluens, inſulam conſtituit: quo loco vndæ in ſe coeunt: illic arx aquis vndique circumdata emergit, nec niſi ponte adiri poteſt. Quo ſuperato, decem circiter paſſuum terræ ſpatio interiecto, alter pons in ipſo Danubio exſtructus maior priori ipſius arcis, vt dictum eſt, radicibus annectitur. Ad quem barbari ſtudio tranſeundi certatim accurrebant: cumque alter alterius præuertere conaretur tranſitum, magnas in ipſo ponte turbas dabant: ita vt ad arma deuenientes ſeſe inuicem confoderent. Multi ſiue natandi peritia freti, ſiue etiam deſperatione ſalutis acti præcipites de ponte in profluentem delapſi; eius gurgitibus abſorpti interiere. Magno autem barbaris ſubſidio carri fuerũt: quorum maximo numero ſeſe vndique circumſepſerant, vt equeſtris exercitus ad eos penetrare non poſſet. Interim Princeps cum exercitu adfuit; cumque cognouiſſet, equeſtrem exercitum nullum hoſti inferre poſſe incommodum: illico pedeſtres copias præmiſit: quæ perturbato confeſtim carrorum ordine, minori ponte ſuperato, ingenti cæde hoſtes tumultuantes proſtrauere. Quo tempore peditum præcipue (quos pixidarios vocant) virtus præ cæteris enituit: qui cum ſclopetis eminus hoſtes peterent, tantum profecerunt, vt occiſorum cadaueribus plenus ipſe Danubius: aquas ſanguine permixtas, & pene rubentes volueret, hauſtuque inidoneus redderetur: Tanta ſiquidem erat cadauerum multitudo: vt ſi qui aquam haurire vellẽt, eam aut iumentorum, aut virorum cadaueribus inſiſtendo haurirent; virorum, equorum, camelorum, aliorumque id genus iumentorum cadauera, veluti in aceruis erant; multa in continenti ſparſim iacebant occiſorum corpora: plura autem vndæ & fluctus agitabant:

crebris

Digitized by Google

crebris in locis morientium gemitus exaudiebantur: infandæ cædis facies repræſentabantur. Intuentes hoc ex vlteriore fluminis ripa Turcæ, tormentis noſtros eminus petere non deſiſtebant: verum nihil detrimenti noſtris inferre poterant, omnibus pene globorum ictibus in irritum abeuntibus. Noſtri etiam ex citeriore Danubii parte machinis hoſtes impediebant: ſed diuerſo effectu. nam hi qui machinis erant præpoſiti, optime ad eam rem adminiſtrandam edocti, magna interdum hoſtibus inferebāt incommoda: in confertiſſimos enim hoſtes machinarum aciem dirigentes globorum ictibus quamplurimos proſternebant. Quod barbari tractandarū machinarum rudes præſtare non item poterant: quamobrem noſtri tuto & abſque periculo rem adminiſtrabant. Multi ex barbaris naues, quas quinq; habebant, traiiciendi fluminis cauſa conſcēderant, ex quibus tres incolumes euaſere: duæ reliquæ tormentis concuſſæ, noſtrorum prædæ ceſſerunt. Poſteaq̄ noſtri tranſitu pontis barbaros, qui cis Danubium fuerant, ꝓhibuiſſent, & ingenti cæde eos proſtrauiſſent: pedites nōnulli ex iis, qui ſub Moldauiæ Palatino ſtipendia merebant, duob. ſignis ſecū abreptis, in pōtem euaſerunt. Quod cum animaduerterent Barbari, qui trans Danubiū erant: tantus ſubito metus eorum peruaſit animos: vt licet nihil omnino de eo cogitarent, tranſituros opinarentur. Quare confeſtim ſecuribus ſumptis pontem reſcindere cœperunt: vti hoc pacto reſciſſo ponte, trāſitu intercluderentur. Maximo tunc damno Principis exercitus affici potuiſſet: niſi ii qui in arce erant, puluere tormentario deſtituti fuiſſent. Sinanus enim antea omnem fere puluerem tormentarium transferri curauerat: magnam quidem pulueris vim cis Danubium in carris reliquerat: quo obſeſſi vti potuiſſent: ſed is propter inopinatum noſtrorum aduentum in arcem importari non potuit: neque poſtea cuiquam vſui fuit: propterea quod cum nox iam immineret, per quoſdam, qui inter carros oberrabant, ſiue ex ignorantia, ſiue alia quapiam ratione ſuccenſus, nullo penitus damno illato, in fumos abiit. Rē hoc pacto vſque in veſperum geſta, quamuis nox etiam immineret, non tamen equeſtres copiæ ab armis diſceſſerunt: veritæ nimirum, ne forte Barbari ipſa noctis tempeſtate nauibus conſcenſis flumen traiicientes, inſidias ſtruerent. Cuſtodiis ergo vndique diligentiſſime diſpoſitis, exercitus totam eam, quæ ſequebatur, noctem inſomnem in armis traduxit. Sequenti die Princeps cum

Res in Transſyluania geſta à Sigiſmundo Battorao, 1595.

ff anim-

Res in Trãſyluania geſtæ à Sigiſmundo Battorao, 1595.

animaduerteret, non eſſe magnopere hoſtium inſidias reformidandas: paullum ex eo loco, vbi exercitus noctem tranſegerat, procedens, caſtra fecit: mox admotis iiſdem tormentis, quibus Ali Baſſa Tergouiſtiæ contra noſtros vſus fuerat, arcis mœnia quaſſari iuſſit. Quæ res cum vſque in ſequentem diem impigre fuiſſet adminiſtrata, ingenſque in mœnibus factus eſſet hiatus: vt iam oppugnari arx tuto poſſet: imperatum à Principe fuit, vt ab ſingulis tentoriis bini homines armati ad oppugnandã arcem procederent. Eoq; expedito oppugnari arx cępta eſt: ſed noſtris eo facilior oppugnatio fuit: quod obſeſſi puluere tormentario, vt diximus, deſtituti, ſclopetis & tormentis maioribus vti in noſtrorum perniciem nõ poterant: quorum loco lapidib. eos infeſtabant. Sed ea oppugnatio breuis fuit: neq; diu obſeſſi reſtiterunt: propterea quod ingruente noſtrorum multitudine, præter eos, qui hiatum ſuperare contendebant, alii ex aliis arcis partibus muros conſcendebãt: vix vllo ipſis reſiſtente. Obſeſſi enim pleriq; deſperatione adducti, in abditis locis deliteſcebãt: pauci propugnacula tuebantur. Quo factum eſt, vt qua parte mœnia concuſſa erant, inde etiã depulſis barbaris, qui eam partem tuebantur, arx deſenſorib. deſtituta, omnibus qui in ea erant trucidatis, capta fuerit. Ita Girgioum tanti arx momenti, vt q̃ centum circiter ab hinc annis Turcico paruit imperio, intra tã breue tẽporis ſpatium virib. Tranſſyluanicis oppugnata, inſpectante ipſo Sinano vniuerſoq; eius exercitu, in Principis poteſtatem venit. Veruntamen in ea Princeps nullum plane militũ præſidium certis de cauſis relinquendum putauit: præſertim autem q, barbarorum iniuriis admodũ eſſe expoſitã, nec ſine manifeſto periculo in tã remoto ab Tranſyluania loco p̃ſidium ali poſſe intelligebat. Igne itaq; tectis iniecto, inflammari arcem, põtem etiam reſcindi, & nauium, ex quibus pons conſtabat, tabulata, exuri iuſſit. Quibus non ſine ſingulari Dei præpotentis auxilio & ꝓuidentia feliciter expeditis; & Sinano, qui antea toti orbi Chriſtiano terrori fuerat, trans Danubium pulſo, ſolutis caſtris Princeps exercitum reduxit: & copias ad Gergiciã vſq; oppidum Walachiæ Alpibus vicinum, comitatus eſt. Ibi reb. prouinciæ cum Palatino compoſitis, Stephanum Bockaium Generalem copiarum Præfectũ, cum exercitu reliquit: ipſe paucis comitantibus præceſſit: ac tandem ſuperatis Alpibus Braſſouiam venit, Bockaium cum exercitu ibi expectaturus. Vbi is quoq; cum exercitu adfuit, duorum circiter millium Sicu-

Digitized by Google

Siculorum exercitum Stephano Moldauiæ Palatino adiunxit: qui cum in prouinciam comitarentur,& priſtinæ dignitati reſtituerent: reliquum exercitum domum in hyberna dimiſit: Ipſe quoque paucos dies Braſſouiæ moratus, ingenti cum totius Tranſyluaniæ applauſu & lætitia, re feliciſſime geſta, tantiſque rebus confectis, Albam Iuliam reuerſus eſt. *Res geſta Michaelis Moldauia Palatini.*

BREVIS RERVM A MICHAELE MOLDAVVIAE TRANSALPINÆ ſiue VValachiæ Palatino Michaele geſtarum deſcriptio, Auctore Baldaſſare VValthero.

ALEXANDER Walachiæ Palatinus gente Moldauus, maiorum inſignibus celebris, minus erga ſubditos beneuole affectus, ſed qualicunque natalium claritate tumidus, fallaci blandientis fortunæ vultu admodum elatus, barbaricoque dominatus faſtu quaſi ebrius, multa intolerabilia, imo ad X. Powar in auro æſtimata conflauerat debita.

In ipſam præterea prouinciam, plus ſatis iam ante afflictam, tantum Turcarum agmen, vt eam penitus occupatam ſibi vſurpare, nouis expilationibus & crudelitate pluſquam tyrannica, ipſiſque Turcis alias minus vſitata, maximis denique iniuriis oppreſſos omnino incolas afficere, nec non in domos irruere tantum boniſque ſpoliare,ſed & decimum quemque puerum, ſicut in quibuſdam locis brutorum decimas,nouo prorſus exemplo, nefarie extorquere, vxores inſuper &filias,ad explendam plus quam caninam libidinem in maritorum atq; parentum conſpectu impudenter comprimere, ſtuprare, & id genus peſſima quæq; flagitia audacter perpetrare, impuneq; continuare attentarent, introduxerat: Eaq; ratione omnem priſtinæ libertatis recuperandæ ſpẽ ſubditis violenter ademerat: Niſi pro ea,q̃ eſt humanorum caſuum cõditio,vt perſonis & Rebuſpub. nonnullis circa extrema occupatis,interdum minus ꝓuiſum, minimeq; expectatum,diuinitus obiiciatur adminiculũ & auxilium,quo citra ſpem cum omnium admiratione ad clariora ſui floris euehantur *Povvar quantum ponderis vnum baiulat equus lingua Walachica dicitur.*

Digitized by Google

Res geſta Michaelis Moldauia palatini.

tur faſtigia, quam ex qualibus deturbabantur, eodem hoc plus quam exulceratiſſimi ſeculi ærumnoſo tempore, ad vltima redactis Walachis, ſingulari miſerentis Dei affulgente gratia, itidem vſu veniret. Clarebat Craiowæ vel Crailowæ (quæ ciuitas Walachiæ verſus Vngarici & Turcici ſoli hodiernos limites ſita, Bahni, ſiue præcipui officialis, magnæ Walachiæ parti præfecti, reditibus omnibus pro annua penſione fruentis, & ſtabilitæ iam olim dignitatis ratione, nunc temporis ad finium illorum defenſionem ducentos Coſacos Walachoſque præſidiarios plures alentis ſedes eſt: Olim vero regnorum Vngaricæ coronæ ſubiectorum adminiſtratores hoc ipſo nomine, à bando, quod à banderio deducitur, & idem quod Flammularis eſt, vocitabantur.) generoſus Bahn Michael, Petri Palatini Chriſtiani, præfati Alexandri, anteceſſoris filius, vt paterna eminentia, & natalium prærogatiua, cum decenti corporis forma, iuſtaq; ſtatura omnibus notiſſimus: ita ſingulari egregiarum virtutum, erga Deum nimirum pietate, in patriam amore, erga pares æquanimitate, inferiores humanitate, in omnes denique iuſtitia, veritate, conſtantia, largitate & plurium id genus aliarum ſtudio cõmendatiſſimus: Propter ſublimes præterea animi vere generoſi, & ad ardua perpetranda ab ipſa natura diſpoſiti dotes, ſuauem item prudentemq; ſine præmeditatione, quoties opus erat, ore effluentẽ ſermonem, bonis quibuſq; cariſſimus. Cuius fama cum natalium, tum propriarum virtutum præſtantia ſe exſerens cum aliquoties Alexandri Palatini aures perſtreperet, tanquam parato, aut nato potius æmulo, inſidias ſtruens, clam capi adduciq; eum præcipit. Quod bono fauente angelo reſciſcens Bahn Michael, ſalutique ſuæ neceſſario & prudenter conſulens in Vngariam ſe recipit, nec diu ibidem commoratus, Anno M. D. X C I. diuina prouidentia Conſtantinopolim, omnibus patriæ viciniæque Chriſtianis clam congratulantibus, Palatinatus obtinendi cauſa proficiſcitur.

Eodem pene tempore ſeniores & præcipui Walachiæ viri ad Regis ſiue ſultani Turcici genua deuoluti, de tot tantiſque miſeriis, ab Alexandro, eiuſdemque aulicis præſidiis & mercatoribus Turcicis illatis, necdum finem habituris vehementiſſime conqueruntur, ordine turpiſſima & deteſtanda plurima largis erumpentibus lacrymis proponũt, Generoſum deinde Bahn Michaelem, modo præfato commendantes, verumq; hæredem affirmantes, aut patriæ ſuæ

tan-

Digitized by Google

Res geſtæ Michaelis Moldauiæ Palatini.

tanquam legitimum Dominum præfici, aut alium habitandi locum, niſi petita impetrent, aſſignari ſibi ſupplices rogant. Ad quod inſtitutum certius obtinendum auunculus vel matris frater gente Græcus, qui & ipſe antea dicto Bahni officio functus erat, & commemorabili qua in Porta vel aula vigebat propter turgidiores loculos gratia, ſumtibus honorariisq; haud vulgaribus proderat. Ita fauente Deo, Ion Michael ab ipſo Amurate III. Walachię ſiue Moldauuię Tranſalpinę Palatinis magnificis inauguratur ceremoniis: & oppreſſa penitusque proſtrata, imo vix ægerrime ſpirans Prouinciæ quondam florentiſſimæ Reſpub. reſpirare, ac paulatim non ſine grãdibus violentisq; auxiliis, ſicut extremi requirunt caſus, ad priſtinæ libertatis & incrementi vigorem aſpirare annititur. Sub cuius gubernationis felicem auſpicationem Alexander anteceſſor, de impie impudenterq; adminiſtrato ampliſſimo Palatinatu certoq; vitæ periculo, ſine teſte optime ſibi conſcius, dominatu neglecto, turpiter aufugit. Temporis deinde ſucceſſu Conſtantinopolim cum vxore migrans, variaq; attentans propter nouas quaſdam obtinẽdi Moldauuiæ Palatinatus machinationes ab eiuſdem Dn. Ieremiæ procuratore ſiue agente accuſatus, iuſſu regio in domo ſua ſiue hoſpitio arreptus, ibidemq; in ſplendidiſſ. veſtitu laqueo eliſa gula ipſa Palmarum Dominica Anni 1597. miſere periit. Turcici vero creditores certis initis cum ſurrogato Domino de numeranda incredibilis ęris contracti ſumma, pactis de vitæque tranquillitate, ſicut & aliæ feces Turcicæ aſſecurati, immoto pede fixi habitare pergunt.

Ion, id eſt, quod Chriſtianus, quo nomine Palatinus iſte propter deuotionem gaudet, & ab ignaris Ioannis quaſi prænomine appellatur.

Alexandri Waywodæ mors.

Accidit paulo poſt vt Reuer. Comelius de Nona, Canonicus Vdrienſis, & Romæ ad D. Hieronymum de Ripeta Archidiaconus à Clemente VIII. Pontif. Max. tanquam aulicus ad magnum Muſcouuiæ Principem miſſus, Tranſyluanię Ducem Sigiſmundum, & Moldauuiæ Palatinum Aaronem in reditu accederet, de Reipub. Chriſtianę procerum vnanimi contra communem hoſtem conſenſu bellum ſuſcipiendum referret, eoſdemq; ratione Chriſtianę profeſſionis ex iſtis Tyrę ſiue Neſtri, & Danubii fluminum partibus ſua adiungere auxilia grauiſſimis adductis rationibus, & quod præter alias gentes vicinum Poloniæ regnum idem meditetur, perſuadere conaretur: Ad ipſum vero Walachiæ Palatinum Michaelem propter certas quaſdam cauſas non perueniret: Quem tamen præfatus Trãſyluaniæ Dux iiſdem ferme rationibus ſibi deuincire, quibus ipſe e-

Res geſta Michaelis Moldauiæ Palatini. rat permotus, annititur. Vniuerſa n. dubia quæ ad iuſtam tardius aſſentiendi hæſitationem facere videbantur, variis modis grauiſſime diluuntur: augeſcens indies Turcarum petulantia, & in ærumnoſam Walachorum gentem excogitata grauamina, recenſentur: Singulis pene menſibus, ſiue Tatarorum ſiue Turcarum irruptiones aut trāſitus metuendi cōmemorantur: aut eorundē licet fauentiū captandæ quietis cauſſa pro libitu tam hyberna, q̄ æſtiua caſtra neceſſario ſufferenda, magno commeatu alenda, multis honorariis cumulanda ſubiungitur Walachiam ne priora quidem ſoluere poſſe debita, nec illatorum immanium damnorū ſentire leuamen, nedum ſubſequētib. ſufficere, in mentem reuocatur: Nullum anteceſſorum à multis retro annis tranquillo durabiliue vſum dominatu, ſed vel inuidorū calumniis vel æmulorum munerib. apud Sultanum, ſuſpectum redditum, fuiſſe eiectum, vel violenter vita priuatum oſtenditur: Prudentis eſſe abſq; grauiſſimis de nouo emergentibus rationibus vix meliorem anteceſſorum fortunam ſtabilibus radiis ſibi affulſuram grauiter deniq; monetur. Vt licet Palatinus, de cuius ſimul & ſubditorum honore, fama, bonis, ipſaq; vita cardo periculoſiſſimus vertebatur, non ſtatim in primis motibus omnino in hanc ſententiam iret: cum ſuæ tamen gentis ſenioribus & amicis de his deliberaturū ſe, ſerio polliceretur. Etenim ſufficientem militum numerum, neceſſariam ſtipendiorum ſubminiſtrationem, & in omnibus paratas ſemper ſuppetias ab Auguſto Imperatore noſtro, Rudolpho II. nec non Sigiſmundo Tranſyluaniæ Duce affore, Aaronem vero ſtabilem ad quemlibet euentum ſocietatem præſtiturum, & quibus ea modis certa rataq; ſint futura, demonſtrari videbantur.

Hac ratione eos coniunctis animis, viribus, & bellandi ſtudiis, circa Tyræ, ſiue Neſtri, & Danubii aut Iſtri flumina, cum plus quam viginti militum millibus, tum Tartarorū irrumpentium latrociniis, tum immanib. Turcicarū copiarum impreſſionibus reſiſtere facile poſſe, vt ex alia Vngariæ parte Imp. Chriſtianorum ſua bella min⁹ impeditus continuare fortius, & conficere felicius, orbi deniq; pacem multo deſideratiſſimam conciliare citius valeat. Talia dum ſurſum deorſumq; verſantur clam conſilia, Turcas tamen haudquaquam *Anno 1593.* latentia, Anno 1593. Sinan Baſcha proximiore celebertimo militiæ quidem Duce, ſed in fauſtius noſtrorum auſpicium minus felice, cum maximo exercitu recta via procedente, nec non Precopenſis

Hordę

Digitized by Google

Hordę Principe pluribus in Taurica Cherſoneſo & vicinia collectis Tatarorum millibus per Walachiam & deinde circa Poloniæ fines in Vngariam Chriſtianos oppugnatum progrediente, Iaurinum ſiue Raab Turcicæ tyrannidi non ſine fraude ſubiicitur. Quo luctuoſiſſimo caſu Palatinus magis perculſus ſecundum vulgatum illud: Non minor eſt virtus, quam quęrere, parta tueri, de ſtabilienda dignitate, autoritate & dominatu neceſſario concluſurus, pro generoſi animi motu, & commemorabili in patriam amore, tot tantisq; perpetuo implicari ſuæ tutelæ commiſſos ſubditos ærumnis haudquaquam magnificum honeſtumue ratus, cum conuocatis ſenioribus, & præcipuis terræ incolis de idoneo tantorum & grauiorum iam iamq; irruentium malorum variis propoſitis rationibus, remedio conſultauit: Vbi tum communi omnium ſuffragio, cum Principibus Chriſtianis confœderationem potius ineundam, quam intolerabile tyrannidis ſuſtinendum diutius iugum, concluſum eſt. Aſſumtis itaque duorum millium Vngarorum præſidiis, clam ad fines hanc ob cauſſam iam ante diſpoſitis, Heros iſte, implorata Chriſti Seruatoris gratia: Genizaros, quorum duo plus minus millia, nullo ad Palatinum habito reſpectu, ſedes ibidem audacter fixerant, cum cæteris Turcis improbitate conſueta gaudentibus, ac more ſibi proprio deditis ſemper proditione Hebræis omnibus, pręfato anno 1593. Idibus Nouembris, ad vnum omnes trucidat.

Res geſta Michaelis Moldauiæ Palatini.

Turcarum Walachiæ incolarum trucidatio.

Nec multum interponens morę, cęteros ciuitatibus ac arcibus qualibuſcunq; munitos viſitare coercereque proponens, XV. eiuſdem Menſis Dziurdzouuam ad Danubii ripam ſitam, Turcicoque inſoleſcentem imperio inuadit, igni mandat, & plurimis morte mulcatis arce munitiſſima interim relicta, amplis onuſtus ſpoliis ad Palatinatus ſedem Bukereſten regreditur: Neq; diuturnæ deditus quieti, præſumtum poſt talem euentum ſibi parari bellum experitur. Etenim Iaurino, vt diximus, proditorie capto, Emir vnus ex ampla Mahumetis Pſeudoprophetæ proſapia oriundus, & tum temporis Cadileſker (quorum tres ſolummodo Græciæ nimirũ & Myſſir vel Cairi in Ægypto, quaſi apud nos Archiepiſcopi ſunt, omnibus etiam ipſiꝰ Vezirazem ſummam poteſtatem cõmiſſam exercentis dignitatib. prælati, primi Regis conſiliarii, ſummi iuris vniuerſi interpretes, ac in bellis ſupremi iudices, à Mophti, quaſi primo illorum Patriarcha, ſecundi) Bukereſten dicto menſe cum duobus ſelectiſſimorum

Dziurdzoua.

Emiris cæſus.

mili-

Res geſta Michaelis Moldauia Palatini.

militum millibus, quinquaginta Regis cubiculariis, Zauſchis prę-terea, & Spahi ſiue nobilibus pluribus, omne genus violentiæ, rapinarum ac luxuriæ audacter perpetrantium, reficiendarum virium, vel Palatini potius capiendi gratia petit, commodas in vrbe domos occupat, à Palatino in palatio prope nouum ſub vrbe monaſterium, ſine arce murisq; ad Dembovvicen fluuium extructo commorante, decem Vng. flor. millia honorarii loco cum neceſſario commeatu & victualibus imperioſe flagitat: ac paulo poſt, ſolum eum eſſe certo cognoſcens, mille ſtipatus comitib. pedeſter eundem quaſi ſalutatũ exit: Sub cuius ſuſpecti admodum hoſpitis aduentum, ille in Vngarorum ſuorum ſtipendiariorum caſtra non procul inde in campis fixa diſcedit. Callide itaq; arripiendi ipſius ſpe fruſtratus Emir, inquiſitum mittit nõnullos, in quem finem tot pacis tẽpore foueat Vngaros? Et capiendi Petri, Alexandri filii Moldauuiæ Palat. cauſa aſcitos, eodemq; iam dum capto & Conſtãtinopoli ab vncis publice ſuſpenſo, donec ſtipendia illis perſoluenda acquirantur, villarũ commeatu neceſſario ſuſtentari, reſponſi loco accipit: Abſq; mora eos, tanquã plane inutiles ſubditisq; moleſtiſſimos dimitti pręcipit, ac vnam auri tonnam, ad exſoluenda ſtipendia die proxime ſequenti mutuo à ſe accipi iubet. Promiſſione hac lubrica cum gratiarum actione ſuſcepta, continuo Vngaros omnes paratos in caſtris, vt aufugientes forte Turcas intercipiant, expectare, haudquaquam prius erumpere mandat: cum aulicis & aliis militibus in valle clam congregatis, ne ſomniantibus quidem talia Turcis aduentat, diuerſoria cingit, & nefariis expoſitam prędis vrbem, imbellis ſexus ereptam violenter pudicitiam, vimq; ſubditis illatam iuſte vlturus, in quinq; locis ſuccenſo igni hoſtes vrget, fortiterq; inſtando & pugnando enecare nititur. Illi viriliter ſeſe defendere, vi perrumpere hoſtilem cuneum, & euadere nequicquam tentare, flammarũ etiam vi expulſi, reiectis ardentib. veſtibus nudo corpore præliari, ad Domini ſui palatium deniq; omnes confugere, & vltima cum ipſo ſufferenda proponere: Quos conatus facili negotio Palatinus, duob. exploſis tormentis parietes illos reddens peruios infringit. Ideoq; Emir deſpondens iam animum, ciſtam magnam, auro, gemmis, aliisq; reb. precioſis repletam per feneſtram præcipitat, ac irã Palatini ſedare attentãs, vitæ ſuæ parci ſupplex orat, ſeq; cum ſuperſtite comitatu larga ſolutione vitã redemturum tremebundus promittit. Palatinus tot ſibi ſuisq; inflictarum

Digitized by Google

ctarum iniuriarum ſubeunte memoria, obtruſis ſpoliis pollicitisque haudquaquam mitigatus, hoſtes cum iſtiuſmodi bonis ſibi iam ſubiacentes, ad vnum omnes perimit, vnde incredibiles theſauros, quanquam igni multi perierint, milites aſſequuntur: Inter alios, Palatinus Coſacos, bulgas duas connexas, quas Taiſtri ſiue turban illi vocant, aureis nummis plenas perticæq; appenſas portantes conſpicatus proportionis ac ęquitatis admonet, parteq; ſibi reſeruata, dictis duobus cæterisq; militibus reliqua diſtribuit, & Deo pro conceſſa victoria gratiis actis, cum ſuis paululum quieſcit. Refectis virib. Kiral Albertum (ſic eum Vngari appellãt) cum exercitu X. Decemb. ad Phlocz ciuitatem apertam inter Vroſczuk & Nicopolim pari ſpacio, vnius nimirum diei itinere diſtantem, ex qua Turcę plurimi, per congelatum glacie Danubium tranſeuntes, ſubditos multum afflixerant, mittit: Qui direpta deletaq; ea, præter nonnullos fuga ſibi cõſulentes, incolas omnes Phlegetontis ſtagno deſtinabat. Aliam ciuitatem muratam Herſouuam vnius diei itinere Brahillouua diſſitam, miſſo primo Ianuar. Anni 94. exercitu per congelatum tendẽs Danubium adoritur: Vbi in ipſa fluminis glacie acri oborta pugna, fuſis plurib. cæterisq; fugatis opulentam ciuitatem direptam, arce tamen fortiter à pręſidiis Turcicis defenſa, combuſſerunt, ſpoliisq; ad alteram tutiorem fluminis ripam deportatis, & frigore laboribuſq; proſtratis virib. aliquomodo refectis, VI. Non. Ian. iterũ tranſgreſſi flumen Derſtor ciuitatem à Conſtantino Magno in Macedonia extructam & Siliſtren vocatam, vbi Sanziaci, Rumilibeglerbego parentis, ſedes eſt, arcis tutela inſolentem, amplam, mercatorib. claram, ſatisq, bellam, commemorabili euicto prius prælio, ira feruidi diruunt, & incolis plurimis cæſis, Vulcani violentia in nihilũ redigũt. Murat III. duarum mundi partium Dominus, & Padiſchach, hoc eſt, regum rex, Palatini Michaelis à Walachis inſtar Iunonii pueri commendati, ſublimem animum, & inſolentes, rebelleſq; in ipſo gubernationis limine conatus, non extirpandorum ſaltem in commiſſa ditione Turcarum, ſed & præfati Emiris multorumq; aliorum clariſſ. militum, ditiſſimorum mercatorum trucidatorum, & crudelium pręterea vltra Danubium in pacificas florentiſſimasque vrbes, oppida, rura, ſine vlla tractationis accepta cõditione, irruptionum, vaſtationumq; ad animum vehementius reuocans, demirans, & nullo modo vlterius, ad grandiora regni pręcauenda damna ſuſtinendos

Res geſta Michaelis Moldauiæ Palatini.

Phlocz.

Herſouua.

Ann. 1594.

Res geſta Michaelis Moldauiæ Palatini.

militum millibus, quinquaginta Regis cubiculariis, Zauſchis prȩterea, & Spahi ſiue nobilibus pluribus, omne genus violentiæ, rapinarum ac luxuriæ audacter perpetrantium, reficiendarum virium, vel Palatini potius capiendi gratia petit, commodas in vrbe domos occupat, à Palatino in palatio prope nouum ſub vrbe monaſterium, ſine arce murisq; ad Dembovvicen fluuium extructo commorante, decem Vng. flor. millia honorarii loco cum neceſſario commeatu & victualibus imperioſe flagitat: ac paulo poſt, ſolum eum eſſe certo cognoſcens, mille ſtipatus comitib. pedeſter eundem quaſi ſalutatū exit: Sub cuius ſuſpecti admodum hoſpitis aduentum, ille in Vngarorum ſuorum ſtipendiariorum caſtra non procul inde in campis fixa diſcedit. Callide itaq; arripiendi ipſius ſpe fruſtratus Emir, inquiſitum mittit nōnullos, in quem finem tot pacis tēpore foueat Vngaros? Et capiendi Petri, Alexandri filii Moldauuiæ Palat. cauſa aſcitos, eodemq; iam dum capto & Conſtātinopoli ab vncis publice ſuſpenſo, donec ſtipendia illis perſoluenda acquirantur, villarū commeatu neceſſario ſuſtentari, reſponſi loco accipit: Abſq; mora eos, tanquā plane inutiles ſubditisq; moleſtiſſimos dimitti prȩcipit, ac vnam auri tonnam, ad exſoluenda ſtipendia die proxime ſequenti mutuo à ſe accipi iubet. Promiſſione hac lubrica cum gratiarum actione ſuſcepta, continuo Vngaros omnes paratos in caſtris, vt aufugientes forte Turcas intercipiant, expectare, haudquaquam prius erumpere mandat: cum aulicis & aliis militibus in valle clam congregatis, ne ſomniantibus quidem talia Turcis aduentat, diuerſoria cingit, & nefariis expoſitam prȩdis vrbem, imbellis ſexus ereptam violenter pudicitiam, vimq; ſubditis illatam iuſte vlturus, in quinq; locis ſuccenſo igni hoſtes vrget, fortiterq; inſtando & pugnando enecare nititur. Illi viriliter ſeſe defendere, vi perrumpere hoſtilem cuneum, & euadere nequicquam tentare, flammarū etiam vi expulſi, reiectis ardentib. veſtibus nudo corpore prœliari, ad Domini ſui palatium deniq; omnes confugere, & vltima cum ipſo ſufferenda proponere: Quos conatus facili negotio Palatinus, duob. exploſis tormentis parietes illos reddens peruios infringit. Ideoq; Emir deſpondens iam animum, ciſtam magnam, auro, gemmis, aliisq; reb. precioſis repletam per feneſtram præcipitat, ac irā Palatini ſedare attentās, vitæ ſuæ parci ſupplex orat, ſeq; cum ſuperſtite comitatu larga ſolutione vitā redemturum tremebundus promittit. Palatinus tot ſibi ſuisq; inflictarum

ctarum iniuriarum ſubeunte memoria, obtruſis ſpoliis pollicitisque haudquaquam mitigatus, hoſtes cum iſtiuſmodi bonis ſibi iam ſubiacentes, ad vnum omnes perimit, vnde incredibiles theſauros, quanquam igni multi perierint, milites aſſequuntur. Inter alios, Palatinus Coſacos, bulgas duas connexas, quas Taiſtri ſiue turban illi vocant, aureis nummis plenas perticæq; appenſas portantes conſpicatus proportionis ac ęquitatis admonet, parteq; ſibi reſeruata, dictis duobus cæterisq; militibus reliqua diſtribuit, & Deo pro conceſſa victoria gratiis actis, cum ſuis paululum quieſcit. Refectis virib. Kiral Albertum (ſic eum Vngari appellāt) cum exercitu X. Decemb. ad Phlocz ciuitatem apertam inter Vroſczuk & Nicopolim pari ſpacio, vnius nimirum diei itinere diſtantem, ex qua Turcę plurimi, per congelatum glacie Danubium tranſeuntes, ſubditos multum afflixerant, mittit: Qui direpta deletaq; ea, præter nonnullos fuga ſibi cōſulentes, incolas omnes Phlegetontis ſtagno deſtinabat. Aliam ciuitatem muratam Herſouuam vnius diei itinere Brahillouua diſſitam, miſſo primo Ianuar. Anni 94. exercitu per congelatum tendēs Danubium adoritur: Vbi in ipſa fluminis glacie acri oborta pugna, fuſis plurib. cæterisq; fugatis opulentam ciuitatem direptam, arce tamen fortiter à pręſidiis Turcicis defenſa, combuſſerunt, ſpoliisq; ad alteram tutiorem fluminis ripam deportatis, & frigore laboribuſq; proſtratis virib. aliquomodo refectis, VI. Non. Ian. iterū tranſgreſſi flumen Derſtor ciuitatem à Conſtantino Magno in Macedonia extructam & Siliſtren vocatam, vbi Sanziaci, Rumilibeglerbego parentis, ſedes eſt, arcis tutela inſolentem, amplam, mercatorib. claram, ſatisq; bellam, commemorabili euicto prius prælio, ira feruidi diruunt, & incolis plurimis cæſis, Vulcani violentia in nihilū redigūt. Murat III. duarum mundi partium Dominus, & Padiſchach, hoc eſt, regum rex, Palatini Michaelis à Walachis inſtar Iunonii pueri commendati, ſublimem animum, & inſolentes, rebelleſq; in ipſo gubernationis limine conatus, non extirpandorum ſaltem in commiſſa ditione Turcarum, ſed & præfati Emiris multorumq; aliorum clariſſ. militum, ditiſſimorum mercatorum trucidatorum, & crudelium pręterea vltra Danubium in pacificas florentiſſimasque vrbes, oppida, rura, ſine vlla tractationis accepta cōditione, irruptionum, vaſtationumq; ad animum vehementius reuocans, demirans, & nullo modo vlterius, ad grandiora regni pręcauenda damna ſuſtinendos

Res geſtæ Michaelis Moldauiæ Palatini.

Phlocz.

Herſouua.

Ann. 1594.

Digitized by Google

Res geſtæ Michaelis Moldauiæ Palatini. nendos ſtatuens, imo vtiliſſima maximeq; neceſſaria, ad bella in Vngaria continuanda, Tranſyluaniç & vtriuſq; Walachiæ penuaria defeciſſe, cum ſolus Moldauuiç Tranſalpinæ Palat. circiter vnā auri tō- *Annua Palatinorum penſio.* nam, 20. ouium, duo equorū millia, tritici menſurarū magnarum 10. millia; hordei tantundē, multum præterea butyri, mellis, &c. vicini quoq; duo Waiuuodæ haud minus annuatim ſoluiſſent, defeciſſe, ægertime ferens, Achmath Baſſchā & Genizar Agā, qui Ianuæ militū pedeſtrium p̄fectus eſt, & interdum regia dign⁹ affinitate iudicatur, cum multorū millium exercitu, vt ei vel capto vel qualicunq; modo *Iankol. Bogdan.* ſublato Bogdanū Iankoli Moldauuiæ Palatini, Leopoli Rutenorum, Steph. Regis iuſſu, ſicut ex Chronicis conſtat, capite truncati filium legitimis adhibitis ceremoniis potenter ſurrogarent, magnis ſumtibus ablegat. Reuertebatur eodem tempore iuſſus ex Hungaria poſt Iaurini occupationem cum Hordæ ſuæ 30. millib. Zahr vel Precopenſiū Tatarorū Dux, cui Sultan Murat prædictos duos prçfectos *Vroſczuk.* cum magno exercitu verſus Vroſczuk ampliſſimam arceq; munitā & Dziurzouæ in Walachica ripa ſitæ oppoſitam ad opprimendum *Diu.* Palatinum miſſos ſignificat, ipſum Tatarorum Ducem, vt ſub Diu, q̄ ciuitas cum arce trium dierum itinere ſuperius Vroſczuk ad Walachicam Danubii ripam ſita eſt, flumē clam tranſeat, in ipſa Walachia Palatinum circumueniens vrgeat, vt ab vtraq; parte ſimul ac ſemel impetitus arreptusq; dignis perduellione pœnis ſeruetur: adductus vero Bogdanus in Palatinatus ſede ſuccedat. Cham, alias Kerai Tatar Han, nolens volens dicto obœdiendum aduertit, trāſgreſſo flumine congelato, longe lateq; vaſtando, vno milliari à latere Dziurdzouuç *Scarpateſt.* in villa Scarpateſt caſtra metatur, diſpoſitisq; cuſtodib. aliquot Scytharū millia cōmeatus cauſſa prædatū dimittit. Palatinus qui accuratis excubiis ſibi ſuisq; rectiſſime dudū proſpexerat, ſubito id intelligens prçcipuos aulicos, viroſq; fortes, cum exercitus parte intrepide Tatarorū cuſtodiæ, effuſiſq; paſſim in patriam terram turmis, diuino confidentes auxilio occurrere iubet. Qui haud ſegnes 12. Cal. *Steneſt.* Febr. ſub Steneſt villa vno Dziurdżouua milliari ad latus diſſita, copioſiſſimam Scytharum cuſtodiam offendentes, & diu fortiterq; cū illis confligentes, plurimoſq; ſternentes, tum à Chriſtianorum diuerſarum nationum plus minus ſeptem millib. recuperatis, tum ab ipſis captiuis Scythis, de Chami caſtris, & graſſantib. paſſim aliis turmis informantur, caſq; ſine mora infeſtant, aſſequuntur, plures cęduut,

Digitized by Google

dunt,alios,vt ad Chamum properantes,& de excubiis cæterisq; pro commeatu miſſis ſociis crudeliter deletis gemebundi conquerantur,fugant. Michael Palatinus in ſuum tergum fabam hanc cudi multo ante ſubolfaciens, in villa Holubeſt parato animo & copiis paucis quidem inſtructus,at diuinæ crucis protectione contra abiuratum vtrumq; hoſtem nixus, nullam occaſionem prætermittere, omnia vigilantis Ducis more præuidere,inquirere,præcauere, tum demum ad Chami ſiue Ducis ſui confugientes Tataros caſtra quatriduo poſt,die nimirũ Dominica,eminus ſubſequi, vix quarta milliaris parte inde,cum ſuis ſub crepuſculum veſpertinum ſubſiſtere, & firma fiducia more ſolito ſaluificum I E S V Nomen magna voce inuocare. Clamorem vicini hoſtis, Tatari multitudinis numero cõfiſi barbaro animo negligere, Turcarum vero ſex millia, quibus trecenti permiſti erant Genizari ſubito obſeruare, ſera nocte conſcenſis equis ſuper flumen ad ſocium agmen in Vroſczuk confugere, Cham ſociorum metu perturbatus, viribus ſuis itidem diffidere, eadem nocte ſubſequi,nimiamq; numeri ſui metuens diminutionem ad Hordam feſtinare. Palatinus dicta diei Dominicæ nocte in deſerto caſtrorum loco ſub Scarpateſt tentoria figere,vſq; ad ſubſequentem Martis diem expectare, ſummoq; mane ciuitatem Vroſczuk WratiſlauiaSileſiorum multo ampliorem,muro tamen, vt & pleręque aliæ deſtitutam petere, ac ſub ipſum pene aditum in exercitus inſtructi acie obequitando, vt fortiter pro Chriſti gloria, patrięque ſalute prælientur,pie intrepideq; hortari. Achmat Baſſcha & Genizar Aga (illorum enim vocabula & titulos obſeruare placet) cum ſelectorum militum quatuor,aliisq; gregariorum ac ciuium decẽ plus minus millibus, Palatino opinione citius leonina fronte atq; animo cum decem millibus approperanti, occurrere annituntur, vixq; ſuburbium egreſſi prælium committere compelluntur: Quod cum totam illorum continere videretur ſalutem, propoſito de Bogdani in Palatinatu ſubſtitutione ferias interim agente, partim eximii exercitus freti potentia, partim deſperati caſus neceſſitate adacti de vita victoriaq; ſimul pugnandum iudicant: Sanctiſſimi tamen nominis IESV vigore adiuti Chriſtiani, numero quidẽ inferiores victoria potiuntur, hoſtes plurimos Acheronti conſecrant, alios fugientes vſq; in tenebroſam inſequentes noctem ſine numero trucidant: Ipſi duces præfati heroicæ Palatini experti manꝰ vires vna cũ vita ampliſſimis

Res geſta Michaelis Moldauia Palatini.

Turcarum fuga ſicut & Tatarorum.

Anno 1500.

Vroſczuk.

Achmat-Baſſcha.

Genizar-Aga.

Palatinus vincit fugatq; Bogdanum.

Res geſta Michaelis Moldauiæ Palatini.

mis exuuntur bonis. Bogdanus vero Palatinides, inueſtiendo Palatinatui vltro clam renuncians, vniuerſis relictis bonis, vix cũ centenis, vel vt alii conſtantius affirmant vicenis, paſſim palantib. fuga elabitur, & Conſtantinopoli cum matre duabusq; ſororib. Ieremię Mogilæ Moldauiæ Palatini eiuſdẽq; continuo ibi degentium negotiorum geſtorũ metu deliteſcens, & nihilominus clandeſtina, de occupãdo, non ſine magno apud Turcicos Græcosq; fautores cõtracto ære, patriæ Palatinatu agitans conſilia, Anni demũ 1597. Menſe Oct. Illuſt. Polonorum Oratorem Dn. Staniſlaum Golſcium, &c. adit, & ponderoſam apud Vezirazem Ibrahim Baſſcham Sultani affinẽ, ac ſummum tum temporis Gubernatorem intercesſionem, vt mortuo aliquando Ieremiæ (quanq̃ fatum illius pręcipitare clam laborabat) tãquam hæreditarius ſucceſſor ſurrogetur, implorat: Qua dicti Palatini præſentium tum nunciorum, patrię pacisq; conſeruandæ intuitu, contrariũ apud Vezirũm molientium opera, poſthabita in carcerem coniectus, ſtrangulationis vel abnegationis, cum maximo matris & aliorum Græcorum luctu optione quidem data, ſed adoleſcente ob animi agilitatẽ, & alia naturę dona indies Baſſchæ magis grato, ideoque inter intimos cubicularios, q̃ eiuſmodi comprimis delectentur ingeniis, recepto, Baſſcha Maſul, id eſt, officio, honore, & dignitate priuat⁹, interim propter diſſimulatã Sultano, reginę matris ſocruſq; metu, Turcarum in Vngaria cladem & id genus alia, more Oſmanicę Domui familiari in Diuano ſiue Prętorio regio publice declaratur. Qui reb. ſuis pro tempore & fato diſpoſitis, anteq̃ vrbe Scutarum in Aſiatico Boſphori littore ſitum oppidum, vbi regium fere extruxerat palatiũ, excederet, hunc ipſum quoq; iuuenem, ne ad affectatũ Moldauię dominatum, à nullo Turcarũ hactenus poſſeſſum, ineptus redderetur, cum alio putatitio quoq; ſucceſſore, annexa propter ſecutura munera, largiſſima promiſſione, diligentem ſe ad alias dignitates rurſum aſpirauerit, illi⁹ habiturum rationẽ, placide incolumẽq; dimittit, prout eundem vna cum ſocio vel competitore in Oratoris Anglorũ palatio vidimus. Moldauici vero nuncii eũ cũ aliis quibuſdam ex remoti Baſchę Ibrahimi palatio noctu in primo motu, vt fama ferebat, raptum credentes, apud nouum Vezirũ prece, & vt conſtans erat rumor, 4. au. Vng. millium oblato munere, vita priuari diligenter inſtant: & ad oculum quidem voti compotes die quodã ſuſpendi ab vncis ſummo mane hominem, deinde in maris vicini vel

Ibrahim Baſſcha Maſul vel dignitate loceq; motus.

cornu

Digitized by Google

cornu ceratini potius vndas proiectum, obuoluteque extractum ad commemorati adoleſcentis cognatos tumulandum quaſi à lugenti impetratum matre vident, atque ita acquieſcunt. *Res geſta Michaelis Moldauiæ Palatini.*

Quæ vero in magna illa & populoſiſſima ciuitate paſſim ſit edita ſtrages? quot homines neglecto ſexus diſcrimine in primo feruore trucidati? quot exuberantibus vbiq; ignis flammis obruti? numerare nemo potuit, imò numero, ſi adderetur, fides derogaretur. Quæ etiã ſpolia, quas diuitias non tantum ab ipſis exercitus ducibus, ſed & opulentiſſimis plurimiſq; loci mercatoribus & ciuibus acquiſiuerint pene ſinguli: inde q̃ ex decem militum Chriſtianorum militib. nullus ſine ſericis aliiſue pretioſis veſtib. & copioſis conſpiceretur prædis, coniicere licuerit. Arcẽ autem munitiorem nullo operæ pretio tum temporis adoriri ſtatuens Palatinus, actis Deo omnipotẽti pro tam præclara victoria gratiis, cum ſuis aulicis & amicis Bukereſten Palatinatus ſedem repetit. Capitaneus Kiral Albertus, vt vulgo vocatur, cum Vngaris, Coſacis, Walachis, &c. in illa Danubii relictus ripa, III. Calendas Ianuarii Wiſtowam, deinde Orechowam oppida, plurimis morte multatis, itidẽ in cineres redigit: ſimiliq; animi feruore alias, vt Czirwonam. Wodam, Roſgradum, Babam, Oblocziczam ciuitates ex altera Turcarum parte, nec non vicinam iis Smihel, ad Danubii in Pontum Euxinum ſe exonerantis oſtium ſitam, & quatuor à Cili vel Kilia vrbe in Beſſarabia vel antiquiſſimo Comitatu, Cili nuncupato, milliaribus diſtantem, quanquã non eodem omnes tempore ſatis miſere, prout in commemoratæ Legationis Polonicæ tranſitu Anno 1597. Menſe Auguſto vidimus, vaſtat. *Kiral Albert. Wiſtovva. Orechtovva. Czivvona Woda. Roſgradũ. Baba. Oblocziczа. Kilia.*

Nonne magnum illum, & fere potentiſſimum, ſicut ſeipſum iactitat, Padiſchach mundive principem terribilemq; ſuorũ regnorum defenſorem Amurathen, tot in pacificas omniumq; rerũ copia affluentes ditiones, impreſſiones, totq; felices hactenus victorias, vnius rebellis Waiwodæ, & parua quidem militum manu ſtipati audacia acquiſitas, ſæpius execratum, infrenduiſſe? Nonne cum lectiſſimis belli pręfectis & conſiliariis, nocte dieq; de tam vili, vt ab atheis appellatur, ſclauo ſiue mãcipio, caneq; Chriſtiano, cuius illata ignominioſa iniuria, maioris, atq; prouinciarum aliquot regnorum potentis cuiuſdam regis bello auulſarum iactura ducenda, ſiue vi, ſiue inſidiis capiendo trucidandove exquiſite conſultaſſe quilibet hæc, vix ſumma rerum veſtigia delibante annotata ſtylo perlegens, facile

Res geſtæ Michaelis Moldauiæ palatini. animaduertet? Nonne magnam exercitus vim contra tā exiguarum virium hoſtem adeo fauſte intolerabilius Padiſchachi regumve Regis viribus reluctantem, emittendam, & deteſtandi, imo luctuoſi ominis, execrandiq; exempli autorem, iuſtiſſima lęſæ Maieſtatis (ſi tyrannidem ita nominare licet) pœna multandum iudicabit? Qui nec Emiri ſiue Turcico, qualis tum erat, Archiepiſcopo & ſecreto Regis Conſiliario, nec nobiliſſimis fortiſſimiſq; Ducib. atq; militibus, nec firmioribus terræ nunc Turcicæ arcibus populoſiſq; parcere norit ciuitatibus, nec inceptæ aſſuetęq; ſæuitię, finem meditetur: ſed ipſam regiā Tyrannicamq; ſedem, cruentis & deteſtandis euertere armis, celeberrimam ac vniuerſo orbi notiſſimam contaminare annihilareq; gloriam, tā præcelſam totq; regnorum & prouinciarum diadematis ſplendeſcentem, tot victoriarum triumphis radiantem, in puluerē Chriſtianiſſimi Imperatoris noſtri auxilio detrudere, pedumq; ſi poſſet, plantis ſubſternere coronam non vereatur. Principiis profecto omnibus modis obſtandum, & vrticarum meſſem in gramine extirpandam, proximum eſſe conſilium, ſi humano conſilio præuiſa diuinæ pœnæ flagella auertere liceat, quiſq; arbitrabitur. Feliciore itaq; ſidere magnus ille terribiliſq; Orientis leo, ſtolidus infauſtuſq; inuicti de tribu Iuda Leonis Chriſti cōtemtor, contra pauci quidem roboris, at ignei vigoris gallum aſſurgere, denuo ſpem concipit: al-

Siliſtra. tera vice Capidzi Baſſcham & Derſtor olim Siliſtræ pręfectum, cum

Derſtor. multis Turcarum, Scytharum atque Genizarorum copiis Palatinum adoriri, extirpare, & Stephanum (quē Anno 1597. circa feſtum S. Michaelis Illuſt. Poloniæ Legati menſæ aliquoties Tulbando ſiue inuolucro capitis Turcico redimitum aſſidere conſpeximus, & ex propriis eiuſdem hæc eadem ſed breuius percepimus verbis) ſubſtituere Palatinum ſeuere præcipit. Sed & hanc vim intentatam, ſuoq; capiti conſtructum præſentiſcens malum, diuina protectus clementia euadit: miſſoq; Kiral Alberto exercitus præfecto XVI. Calend. Martii felix committit prælium: hoſtes inuocato affulgente auxilio vincit, fundit, fugatq; gladio ac igni vaſtatam, arce neglecta ſolo ferme æquat. Nec multum interponens moræ, idem præfectus, ad op-

Turtukai. pidum Turtukai vnius diei itinere ſuperius Vruſczuk ſitum, arceq; carens ſe conuertit, eius incolas cum plurimis pagorum agricolis Diti tranſmittit, & fluminis congelati tandem imminere reſolutionem perpendens, ad Palatinum Bukereſtæ commorantem, ac ſane opor-

Digitized by Google

oportune,quod calidioribus obortis ventis glacies ſubito liqueſceret,regreditur. Cęterum munitiorum quorundam locorum habitatoribus, Palatini gubernationem, anteceſſorum dominatu minus durabilem nec Turcicæ potentiæ contra niti diutius ſufficientem opinantibus,& dum externo in finibus occurrit reſiſtitq; hoſti Palatinus,inteſtinam rebellionem molientibus, Walachoſq; ad eandem, donec inſidiis violentiſue ſuccumbat machinationibus incitãtibus: proximum,quamuis duriſſimum. nec fundendi ſanguinis & demoliendarum arcium ciuitatumque immune arripit cõſilium: Et eundem præfectum cum aliquot ſuorum millibus trigeſimo Februarii Brachillowam in ſoli fertiliſſimi planitie ad Moldawiæ limites ꝓpe Danubium, oblique Siliſtræ ciuitati Turcicæ, remotius tamen oppoſitam caſtigatum ablegat. Is præcipitata mora eam adoritur, diripit,arcem amplam & craſſiſſimo vallo,palis longioribus vtrimq; terræ infixis,ſepto firmatam, tormentis cõcutit,perfringit, Turcis plus mille congregatis, iam deſperantibus, ideoque portis apertis ſeſe ſubmittentibus haud parcit,vniuerſis cæſis,arcem diſſipat, Chriſtianos conſolatur,multiſque onuſtus ſpoliis diſcedit. *Res geſtæ Michaelis Moldauiæ palatini.* *Brachilovv.*

Deinde Craiowa itidem ampla,populoſa,largoq; omnium rerum prouentu abundans, ſed muris & arce deſtituta ciuitas. Bahni, ſiue Primatis Palatinatus, vt ſuperius retulimus, ſedes à quinq; Seruiorum & Walachorum,ſuo quaſi auſu digreſſorum millibus impetitur & diripitur: Ipſe vero Bahn, Mattha nomine, Palatini ſubeſſe imperio affectat,& in gratiam receptus adhuc ibidem degit. *Craiovv.*

Inde Nicopolim maximam & omnis generis mercimoniis aliiſque rebus affluentiſſimam Vrbem trium dierum itinere vltra Danubium ab Vroſczuk,& quinq; à Macedoniæ præſenti metropoli Sophia, nunc Scopia, diſtantem, arce fortiſſima defenſam, tenditur,quæ omni conatu, ſuccenſo pluribus in locis igni, oppugnatur, eiuſque ſuperata tandem flamma abſumitur.

Poſtea trium millium eorundem Walachorum, Seruiorum & Vngarorum,agmen ſub Farcas Aga ductore ad Bdin ciuitatem vergens,& à duobus cuſtodib. Walachicis ꝓditorie duo millia aſprorũ, quorum octo ibidem vni groſſo triplici ſiue nouem crucigeris æquiualent,accipientibus,& Turcarum aliquot ſaltem centenos, cũ circiter triginta fuerint millia,aſſeuerantib. deceptum,paucis cũ dicto ductore elapſis cæditur. Plures iſtiuſmodi direptiones & vaſtationes hoſti- *Bdin.*

Res geſta Michaelis Valachiæ Palatini.

hoſtilium locorum, cum circa eas pręter mactatos incolas & aſſecuta nonnulla ſpolia, pauca relatu digna euenerint, ne vel ficta (quod noſtri inſtituti nunquam fuit) recenſere, vel multitudine nauſeam lectori mouere videamur, prætereundas, & ad terribilem Sinan Baſſchæ delendorum in noſtris finibus Chriſtianorum cauſa ſuſceptam expeditionem, finium Cuſtodis Dei protectione colliſam eluſamq; feſtinandum, lectori gratius fore arbitramur. Magnus ille inquam & iactabundus bellator Sinan Baſſcha, piſcatoris, Sorentæ ciuitatis iuxta Neapolim filius multis tandem de ſubigendis Gauris pollicitationibus inſolenter eructatis, ad Romaniæ Beglerbegatum aſpirãs, & Generalis hoſtilis militiæ Dux declaratus, cum vtriuſq; Walachiæ tum temporis Palatinos Aaronem & Michaelem, Tranſyluaniæ Ducis nouo more, & periculoſo exemplo, Tyranno vſitatum, vtque circa principium copioſior fiebat mentio, ampliſſimum tributum detrectare, & belli contra Vngaros Germanoſq; continuationem propter tam proficui, imo maxime neceſſarii Penuarii defectum, admodum fore difficilem, vt emergens inde maxima ignominia Turcicæ inſolentiæ minime ferenda tranſeatur, perſpiceret: Prouido maturoque conſilio commemoratos dominatus aſſueto violenter reſtituere iugo perneceſſarium cenſebat.

An. 1594. Anno itaque 1594. proprii capitis, niſi id efficiat, hypothecata ſalute, eximiis aliquot comitantibus Baſſchis, cum centũ octuaginta militum ac operariorum millium exercitu inſtructiſſimaque munitione bellica, ad Danubii ripam è regione Dziurdzowæ oppidi, iam ante à Palatino cineribus mandati, & poſt inſtaurationem arcis, pręſidiis Turcicis hactenus defenſæ magiſq; tũ firmatæ, caſtra metatur: operoſum pontem ſuper flumen, quanquam eo loci mediã leucam alueum dilatans, propter dictam tamen arcem & in mediis vndis ſitam inſulam cõmodiſſimum, nauigiis, qualibus fere fulciuntur molendinæ ſimilibus aſtruere feruenti conatu indefeſſoq; labore exorſo annititur. Palatinus vxore, liberis, aliiſq; rebus carioribus, in Trãſſyluaniæ ciuitatem Sabinowam, ante hoſtis aduentum dimiſſis. Bukereſte cum octo militum millib⁹, duo milliaria ad Maguren villam digreſſus, ſub tentoriis viuendum ſecurius paratiuſq; ſtatuit: belli cum tanto hoſte prudenter fauſteque pro ſuis gerendi conſilia meditatur: cum peritis militibus tractat: hoſtem deinde in pontis ſtructura integri fere menſis ſpacio remoratur: donec aliquot Turcarum

rum millibus, bidui itinere deſcendentium flumenq; traiicientium, aliis vero ſub Dziurdzowam nauibus tranſuectis, nimium fatigatus cedere, ſuoſq; ad inſtantia grauiora ſeruare prȩlia cogitur. Sinan Baſſcha ſuper conſtructum demum verſus fluminis inſulam, & inde ſub arcis tutelam directum pontem, nec non ab vtroq; latere nauigiis armatiſq; ſtipatum cum aliis prȩfatis Baſſchis, munitione bellica & militibus Walachiæ ripam attingit, arripit, poſſidet, procedit, & in loco Kaluierim dicto, montib⁹, ſyluis, flumineq; Nieznowiecz ſepto, tres pontes transgreſſus ſubſiſtit, duobuſq; à Palatini caſtris milliaribus papiliones in conuenienti & tutiore loco erigit. Tempus id aut fugam aut prælium excluſa mora flagitare heros noſter videns, fidenti pectore pro patriæ Reiq; publicæ Chriſtianæ ſalute armis experiundum viriliter, quam fugiendum turpiter ſuis perſuadet. Sequenti XIII. Auguſti ante diluculum, ſub ſanctiſſimæ crucis tutela more ſolito, copias numero exiguas educit: magnanimo impetu ipſa hoſtilia aggreditur caſtra, nec obſtanti naturali loci munitione, cum tanto impetu, vt vnum tentorium pene exſcinderetur, irruit. Turcæ tum militum multitudine, tum apparatu bellico, præter loci, vt diximus, oportunitatem longe ſuperiores, omnibus reluctantur viribus, dubioq; belli euentu vtrimq; multis horis, collatis ſignis cōſeritur: donec tandem nimis violenter vrgendo, ad quartā milliaris partē continua pugnæ velitatione Chriſtianos retro pellūt hoſtes, & vndecim tormenta demunt. Hi itaq; cum copioſiſſimo gentilium numero haudquaquam conferendi, quod ſedecim millia exercitus haud excederet, etſi coacti cedentes, ſemper tamen verſus camporum planitiem, ne excurrentibus circumdentur Turcis denſo ſeſe vertentes cuneo: ſylua montibuſq; idipſum ex altera parte prohibentibus, vt loci conflictum præliantium admittentis amplitudo nondum vnius milliaris quadrantem æquaret. Iamq; Turcis crebro machinarum fulmine & ſtrenuo armorum vſu violentius inſtantibus, puſillumq; Chriſti gregem grauius ſubinde vrgentibus: tempus illud neceſſario heroicū motū, factumq; egregium, quo hoſtium percellerētur, Chriſtianorum vero erigerentur animi, requirebat. Magnanimus itaque Ion Michael, ſaluifica Seruatoris tutela inuocata, arrepta copia ſiue haſta militari, ſolus hoſtilem penetrans cuneum ſæuientē aciei ante ſignanum quendam transfodit: alium primarium militem framea diſſecat, viriliter pugnando illæſus recedit. Kiral Albertus exercitus

Res geſta Michaelis Moldauiæ palatini.

Prælium cum Sinan Baſſcha cō-miſſum.

Digitized by Google

Res geſta Michaelis Moldaniæ palatini.

præfectus reuocatis paulatim ſuis, duo in denſiſſimum agmen tormenta interim exonerans hiatum amplum perfringit. Quem Genizari ſuis reſarcire ſclopetis fruſtra conantur: Quod e veſtigio ducenti Vngari, totidemq; Coſaci cum Koſcza præfecto, pedeſtres furenti animo irruentes ordinem diſturbarent, & ſternendo cædendoque Turcarum copias, à tergo ac latere Palatino viriliter cum reliquis inſtante ita confunderent, vt recuperatis vndecim tormentis ſub ipſum veſpertinum crepuſculum, illos præcipites quaſi pecora in caſtra cogerent. In quo fugæ ſimili tumultu, Sinan Baſſcha ad caſtrorum frontem fluminis Nieznow, ponte decidens, binoſq; elidens dentes, vitam pro lucro reputat. Aſſan Baſſcha in ſpinoſis vepribus turpiter occultatus, vix altero die ad ſuos repit, Anatolenſis autem, Zainenſis item, & Heudar Baſſchæ, aliique complures præfecti cum tribus millibus cæſi, vix aliquot centenis pereuntibus Chriſtianis corruerant: vt niſi nox tenebroſa Palatinum impediiſſet, hoſtilem feruenti motu vim haud dubie frangens, vniuerſum bellum ſimul ac ſemel confeciſſet. Ad pugnæ itaque locum quarta milliaris retrocedens parte, ab hoſte caſtra figit, pro nocturna ſalutatione tormenta in aduerſa tentoria explodit, & à copioſis vndiq; diſpoſitis diligenter excubiis, inter alios à Turca quodam ſibi non ignoto, captiuo adducto de hoſtium numero bellicoque apparatu recte informatur, qui itidem Chriſtianorum qualicunque audito numero, ſi Turcæ id hodie noſſent, vel equis tuos milites contriuiſſent, refert & ſeruatus in Tranſyluaniam mittitur. Eiuſmodi circumſtantiis cognitis Palatinus, haud omnibus diebus eoſdem felicium aſtrorum aſpectus affulgere memor, horrendæq; multitudinis hoſtes abiuratos, cœptis haudquaquam abſiſtere ratus, ne vna cum ſuis fraude vel ſtratagematis circumuentus, apertave vi oppreſſus, priori felicitate, libertate, vitaque ſimul priuetur, retro mouenda caſtra conſultiſſimum ſtatuit: media nocte tribus vicibus ſanctiſſimo IESVS nomine intenſa omnium voce inuocato, Turciſque confeſtim more ſolito ALLA, ALLA, qua voce Deum compellant, reclamantibus, digreſſus die XIIII. Auguſti mane ad Ardſin fluuium duobus inde milliaribus ſubſiſtens, & ad omnes aditus cuſtodias diſponens quieſcit.

Sequenti Veneris die Virginis matris aſſumtioni ſacro, præterita Bukereſte, vno inde milliari ſub Iagareſte villa, metatus caſtra triduum commoratur. Interim Vngari, aliique milites inſcio Palatino ci-

no ci-

Digitized by Google

no ciuitatem inuadunt, ſpoliant, & ſibi quam hoſti tantas prædas conuenientiores cenſent. *Res geſta Michaelis Moldauiæ palatini.*

Hic reficiendi lectoris animi gratia interſerendum duximus, duos cicuratos ceruos, aliquot cum palatino itinera confeciſſe, & penes Domini tentorium plerumque excubantes, prælijs & conflictibus quoq; animoſe vel antecedendo, vel ad latus ingrediendo interfuiſſe, nec bombardarum fragorem, nec tormentorum tonitrua exhorruiſſe, ſed erectos duob. inſiſtentes pedibus, ad illorum exploſiones paululum reſpexiſſe, commemoratæ deniq; cum Sinan Baſſcha cõmiſſæ ſub Kaluierin pugnæ conſtanter prȩter animalis huius morem adfuiſſe: Vbi alterutro forte fortuna interemto, alter mœroris impatientia in ſyluas ſe abdidit. Et quis, obſecro, in tam humani tamque felicis Ducis caſtris militare detrectauerit? cuius fortiſſimæ dextræ fugaces etiam cerui aſſiſtentes, communem præliorum cum atheis fixi expectant fortunam, & ad fauſtum cum beſtialis vitæ iactura adhelant euentum: prout ipſius Ducis Michaelis multorumq; fide digniſſimorum militum teſtimoniis vere conſtat.

Decimoſexto Auguſti hoſtẽ ſubſequi certior factus, poſt meridiem motis caſtris vſq; ad noctis medium, quinq; magna cõficit milliaria, & in idoneo loco ad auroram vſq; reſpirans, alia quinq; prolixa emenſus XVII. Menſis ad amplã ſed muro arceq; carentẽ ciuitatem Teruiſum vel Targowiſten prope fluuium Ialownicem, ob æſtum ſæpe riuo ſimilem, interdum in maximum torrentẽ periculoſe exũdantem, ſub montibus, caſtris & excubiis diligenter diſpoſitis, dies aliquot hæret: Inde ad montium radices vnum milliare iuxta Dembowicen fluuium vlterius tendens, vltra octiduum commoratur. *Ialovvnice fluuius.* *Dembovvice fluuius.*

Targowiſtæ itaq; ab incolis deſertæ inſidiarum atque periculi metu tardius appropinquantibus demum hoſtibus, Michael Palatinus iuxta eundem fluuium quatuor à ciuitate milliaria inter montes ꝓpter auxiliares copias ſecurius degens, cuſtodes aliosq; milites ſæpiſſime variis prȩdis captiuiſq; humanius (ex quibus hoſtium cognoſcuntur conatus) redeuntes excipit: ac ne animũ porro deſpondeãt hortatur; Nihilominus tamẽ duo milliaria remotius, in montiũ quaſi fauces, vbi munitæ olim arcis Negrawoda, Latine Nigra aqua dictæ & à Turcis olim demolitȩ apparent rudera, ſe recipit. Eo loco receptui aptiſſimo Walachis pleriſq; quorum plures erant Moldawi, & eodem tempore Ieremia Mogila Palatino ab exercitus Regni *Negrovvoda arx.*

Digitized by Google

Res geſta Michaelis Moldauiæ palatini. Poloniæ ſupremo Capitaneo Dn. Ioanne Zamoiſcio, inueſtito, tam vxorum liberorumq; quam poſſeſſionum verebātur iacturam, clam diffugientibus, vix quinq; millibus viuit ſtipatus. Qui fortiori tamen durantes animo, ſæpiuſq; ſuis excurrentes ſemitis, copioſas prædas, hoſtes plures, equos innumeros, & plus quam centum camelos ſibi Ducique referunt. Qui veluti heroicus bellator ne nunc quidem vel inſtabilium militum fuga, vel plurimorum hoſtium copiis fractus, animum remittit: ſed vicini Tranſyluanię Ducis deſiderans auxilia, hoſtem Targowiſtæ circa muratum Palatium, (arces enim ædificare Tyranni perpetuo interdicto cautum eſt) craſſum admodum inter longos ex vtroque latere terræ intruſos, arborum inſtar palos vallum, terra trabibus intertextis repletum, defenſionis cauſa extruentem. vnam portam, & alteram in poſtico ianuam ferro ſolido obductas inſerētem demtaq; poſtea fluuii aqua, tres intus fontes effodientem, & fixas ibidem ſedes meditantem, opprimere tandem ad extremaque redactam patriam in libertatem vindicare annititur. Neq; miſericordis Dei gratia, neq; auxiliaribus deſtituitur copiis, conceptave ſpe fruſtratur. Singulis enim diebus, aliis accurrentibus militibus, ipſoq; Tranſyluaniç Duce Sigiſmundo, cum Vngaris multiſq; Saculis intra montes verſus Moldawiam habitantib. ſua lingua peculiari vtentibus, Coſacorum more ferociter pugnantibus, ac vbi opus eſt equis remotis aſſultus pedeſtres facientibus. Nec non mille ſexcentis Teutonicis equitibus comitantibus accedente Generoſo itidem Ioanne Wihero, Erneſti filio, cum 80. Coſacis ex Polonia, atque mille ſexcentis equitibus Sileſiacis cum arcubuſis, vt vocantur, aliiſq; telis armatis per Vngariam accelerantibus, inſtructo vix quindecim millium exercitu poſt S. Michaelis feſtum Targowiſtēn ſex milliaria tenditur. Michael Palatinus cum Germanis, Vngaris, Coſacis aliiſq; peditibus in acie, patriæ libertatis recuperandæ cupidiſſimus prçcedit: & III. Non. Octob. ſub meridiem, cæteris cum Duce Sigiſmundo ſubſequentibus, appropinquat. Verum vt generoſus leo ad galli cantum tamen exhorreſcit: Ita Sinan cum aliis Baſſchis & ſelectiſſimis ſuorum prçfectis ignem & fulmina ſpirans ad duorum ſaltem heroum, cum exiguis admodum copiis aduentum, deſpondens animum, eodem quo noſtri accedunt die, mane, cum vniuerſo exercitu, & munitione bellica ad arcis ſubſidium ſub Ali Baſſcha & Cadi ſiue iudice de Awlona, tribus millibus & quingentis armatis Tur- *Targowiſta recuperatio.*

cis ad-

eis adhibitis 40. machinis bellicis, nec non aliis omnib. requiſitis & reb. ad victum conducentib. triennio ſufficientibus relictis, tremebundus aufugit, ac ciuitatem pluribus ſubiecto igni locis ſuccendit. *Res geſta Michaelis Moldauiæ Palatini.* Nemine itaq; in campis præter quatuor Turcas, tardius cum prædis, rerum omnium ignaros reuertentes, ſtatimq; iugulatos, reperto, & nihilominus callidi potentisq; hoſtis machinationib. caute attentis Chriſtianis, quid factu ſit opus? cōſultatur, inſtructo ordine alter dies, diligenter diſpoſitis excubiis, expectatur: Cui⁹ ſummo mane Palatinus arcem totis impetens viribus, à planitie verſus Bukereſten, Stephanum Rezuuan Agam gente Singanum (vt vulgo Zigeuni denominantur) militem quidem fortiſſimum, at in Dominum quondam ſuum, Aaronem perfidum, poſtea victoria in Moldauuia, præter ſpem amiſſa, palo publice affixum, cum Saculis aliisq; militibus & tormentis aliquot collocat. Ipſe cū Sigiſmundo Duce à montiū & fluminis Ialouunicenſes latere, ad templum (quorū 40. partim ſolo ęquata, pleraq; reſtantia nouisq; ſubito refecta tectis ibidem reperiuntur) vnius ſagittæ ictu ab arce diſtans feſtinat; duos terræ cumulos turris inſtar extruit: tormentorum 40. attractorum nonnulla diſponit: ab vtraq; parte incluſos hoſtes vehementer oppugnat: in aliud arci propinquius multo templum migrans, ſine intermiſſione laborem vrget. Et quanquam Turcis, vt in extremis fieri ſolet, totis virib. defendentibus, multis clam per ianuam elabentibus, neceſſariis tamen ſubſidiis extraneis deſtitutis, atq; ab vtraq; parte, tum machinarum globis, tum Saculorum aliorumq; militum aſſultibus fatigatis, tertio obſidionis die VIII. Id. Octob. poſt meridiem expugnat arcem, præſidia cædit. Ibi tum ipſe Ali Baſſcha captus in Tranſyluaniam deducitur: Cadi de Auuolona tuendo ſe occumbit: elapſi fuga vniuerſi pene locorum ignari ſternuntur: quadraginta tormenta cū abundanti puluere, globis plurimis, ſclopetis, bombardis, aliisq; armis & plus quam triennio ſufficientibus victualib. acquiruntur. Nec vlla intercedente mora ſequenti die mane, prætérita Bukereſte, recta Dziurdzouuam (duorum inde dierum, more curſorum properantib. itinere) feſtinatur: *Dziurdzouua.* Vbi Sinan ſubito ſuorum cladem, vindicisq; reſciſcens feruorem cum præcipuis comitib. militibus, theſauro & munitione in reſeruatis ad hunc vſum ponte atq; nauigiis Danubium traiiciebat. Reſtantem itaq; hoſtium copioſam in ripa multitudinem opprimens Palatinus præliando, vrgendo, ſubmergendo,

 tormen-

Digitized by Google

Res geſta Michaelis Moldauiæ Palatini.

tormentis ſternendo, pene vniuerſam conficit. Quin pontem ad fluminis inſulam directum, & inde ad Walachiam ripam, vt antea meminimus, extenſum, quam poterat celerrime machinarum globis diſiicit diſturbatque: naues item grandiores duas globis trauciens, totidem aliis grauiter concuſſis vix elabentibus, in fundum pręcipitat. Sæuiente hoc Chriſtianorum durante impetu, hoſtium in extremis hærebat fortuna, & vt reſiduorum poſtea quidam fatebantur, octodecim millium intercludebatur fatum: vt in exundante vno ſaltem fluminis ſub ciuitatem profundiori brachio, vel oſtio, ſuffocatorum copia ad ſummum vſq; explens lacum tranſeuntibus pontis inſtar inſeruiret. Ex quo longe lateque in ripa, inſula, atque ponte pereuntium multitudo coniici aliquomodo poterit. Eodem præterea die, quatuor tormentario puluere Turcico pleni aduecti currus, à ſuſpicantibus ſtratagema, traiecti globis inflammatiq; in aerem diſplodebantur. Deleta tum ſuperſtite hoſtium manu, contra arcem ex vna parte Danubio, ex altera Naſſu fluuio, ab incurſionibus defenſam, dicto die caſtra diriguntur, ſequenti vehementer oppugnatur, machinarum globis, vt & tertio, Lunæ die, ex ea pręſertim, qua pons fluuii connectit ripas, parte concutitur, & continuato intrepido aſſultu, quem Turcis pontem acrius tuentibus, ideoque duabus exoneratis machinis repulſis, ipſe Wiherus iunior, relictis equis, cum ſuis animoſe vrgebat, arx omnibus deſtituta ſuppetiis, quod Turcarum ex alterius ripę caſtris exploſa tormenta, Deo protegente in ſublimiorem aerem globos diſtorquentia, nihil auxilii præſtarent, expugnatur. Fugituri per pontem hoſtes partim ſeipſos in aquas diſtorquent, partim Chriſtianorum deturbantur telis, ſternuntur item plures, & ſuperſtites aliquot centeni ad Charontis cymbam tandem etiam relegantur. Præter ſclopetos autem & alia leuiora arma, reliquis omnibus trans flumen auectis, ad ripam vero tria tormenta, tribus ſingula equis tracta, ac ob inſperatam noſtrorum accelerationem relicta reperiuntur. Gregarius tamen miles exactis laboribus, ex minus profundis fluminum locis, perticis aliiſque id genus inſtrumẽtis, pretioſas veſtes multas & ſimilia extrahit.

Sequenti Mercurii die, belli Duces Bukereſten tam incolis, quam hoſtibus vacuam digreſſi, duas tantum easque immanes machinas propter repentinam fugam ab hoſte abiectas capiunt, triduumque refectis viribus, vlterius octo milliaria ad Giergiez ciuitatem

itidem

Digitized by Google

itidem deſertam per Walachiæ planiciem tendentes ſubſiſtunt. *Res geſta*
Inde XI.Calend.Decemb. Tranſſyluaniæ Dux, multis vt ha-*Michaelis Moldauiæ*
ctenus, ita ſub diſceſſum vſurpatis amicitię indiciis Palatino vale- *Palatini.*
dicens, Deoq; de tot cæſis, reliqui autem eiectis fugatisque hoſtibus cum eodem gratias agens, nec non neceſſaria ibidem pręſidia relinquens, aſſumtis quinquaginta tum temporis acquiſitis tormentis eximiis, quę ipſe Palatinus, iam ante, pluribus vi hoſtilibus extorſis manibus contentus, vltro concedebat, in Erdel, hoc eſt, Tranſyluaniam, ſic & Ioannes Wiherus ad ſuos regrediuntur. Inter alia autem grauiſſima Walachię inflicta damna, plus quam viginti Chriſtianorum, eo quo ibidem graſſabantur hoſtes tempore, vndiquaque arreptorum millia in Turciam præmiſſa, luctuoſiſſime deplorantur.

Palatinus, Duce Sigiſmundo digreſſo, Tergowiſten decem milliaria diſtantem reperit, vbi hyemem ac magnam æſtatis partem tranſigens, reſiduos miſere diſperſos incolas ex montium cauernis in terrę planitiem reuocat: deſtructas paſſim caſas & euerſa poſſeſſionum loca reſtituit, & ſemina ad agriculturam, quantum fieri poteſt, ſubminiſtrat: Penuariis enim omnibus diręptis, frugibusque & vino ab hoſtibus maximam terræ partem peruagantibus, arreptis conculcatisque, victui ſementique neceſſaria omnia, ex montanis locis & vicina Tranſyluania allata, caro admodum vendebantur pretio: ipſa quoque Moldauia ſuis exhauſta bellis ne ſibi quidem ſufficiebat. Ad hæc vſitata in Turciam negotiatio propter paratiſſima pericula prorſus omittebatur. Ne vero milites abſque exercitiis ocio torpeſcerent, non ita multo poſt, aliquot eorum millia Danubium tranſire, hoſtiumque moliri oppreſſiones permittit. Qui armis aſſueti, alacriter Peluin amplam ciuitatem in- *Peluin.*
uadunt, eamque cæſis plurimis incolis in cineres redigunt, nec non pręcipui & ditiſſimi cuiuſdam Michaelis Oglu vel Oglan vxorem cum filiolo & filia Palatino offerunt: Quę humaniter ſeruata & plus quam quingentis aureorum millibus redemta cum liberis marito reſtituebatur. Sed iam, deplorandane magis, an deteſtanda ſit cœca peruerſaq; hominum, genuinum ſuum Dominum, beneficum patrię patrem, defenſorem fortem & felicem, quem contra apertiſſimã abiuratorum hoſtium vim Deus toties clementer defenſum pręſtitit, domi abſq; vlla cauſſa Turcis prodentium ſtoliditas, ambigitur? Eoq; magis optimo patriæq; amantiſſimo Duci, quod non minus à

perſi-

Res geſta Michaelis Moldauiæ Palatini. Anno 1595.

perfidorum domeſticorum,ſua beneficẽtia ſecundum Deum tũ viuentium,tum honorum titulis fruentiũ, clandeſtinis & formidabilioribus,diuinitus etiam p̃ſeruatur inſidiis, q̃ maxima irruentium hoſtium ſalutiferæ crucis defenſus ſcuto,euadat pericula,à bonis omnib.merito applauditur.Benigniſſima n.tutantis Dei fauente miſericordia,proditoria Cancellarii Kieſſar nominati, machinatione, & conflatis cum Turcis, in deuotum pro patriæ ſubditorũq; ſalute, caput periculis,mirabiliter poſt S. Virginis aſſumtionis feſtũ, A.1595. detectis ſine mora, prę ſidia prope Danubium ad excipiendum ex improuiſo irruiturum hoſtem plurib.millib.firmat, patris, patriæq; proditorem cum filio digna perfidia pœna afficiens diſſecare mandat,miſſoq; ad dictæ militiæ præfectum nuncio,primarium quendã & ſeniorem conſiliarium Demetrium, eiuſdem facinoris complicem,fabrum & promotorem,ibidem vita priuari præcipit. In latiſſimis vltra Danubium campis Dobrucenſib. à Ponto Euxino verſus Vngariam,& à Danubio,Prouuadiam Bulgariæ ciuitatem vſq; ſeſe extendentibus,Poloniç legatis atq; mercatoribus Conſtantinopolim euntibus tranſitum præbentibus, ſex vel plura in frequentibus at vilibus villis,Turcis permiſtorum Tatarorum millia fixas obtinẽt ſedes:& ad quoduis Sultani Turcici mandatum tenentur eſſe parati:plerumq; tamen cum Chamo ſiue Prę copenſis Hordæ Principe militatum prædatumue potius exeunt. Hiſce Tataris iuncta Turcarum tria millia,quatriduo poſt diſſectum Demetrium traiiciunt Danubium:ſed à Palatini exercitu,cui è veſtigio aliquot peditum millia,trecentiq; equites,vt paulo ante meminimus,ſubſidio mittebantur,propitio Numine, felici prę lio ſternuntur, tormentaq; omnia cum abundantibus ſpoliis eripiuntur,vt ficti, fuſique ſuperſtites vitam prædæ loco vix ſeruatam gauderent.

Proditio euerſa.

Campi Dobrucenſes.

Iiſdem diebus quatuor milliaribus inferius à dicto pugnæ loco,tria alia Turcarum millia,vnanimi cum prędictis, de obtinendo per proditionem Palatino,intuitu,flumine traiecto,Walachiam inuadunt quidem, ſed à congregatis ſubito terræ incolis, per finium cuſtodes accitis,itidem recte excepti,iuſteq; ſunt tractati, vt quanquam non ſine Walachorum damno pluribus mactatis cęteri periculoſam fugam armis anteferendam ſtatuerent.

Ceſſantibus circa Danubium iſtiuſmodi violentis incurſionib. alias nouis,primaq; ſpecie minus fraudulentis pernicioſisque viſis,

ſicut

ſicut mare continuis exagitatur procellis, impetitur Palatinus præſidiis. Turcarum Regis & Precopenſis Hordę Principis nuncii cum literis ingentem gratiam, firmamq; pacem, iuratoriis etiam adhibitis clauſulis, offerentibus aſtute accedunt, fictisq; ſermonib. Tatarorum Ducem in Beſſarabia ſiue Cili comitatu, circa Kiliam & Bialogrodum ciuitates, inter Danubium ac Tyram ſiue Nieſtrum morantē, Sultani Oſmanici clementiā, omniumq; offenſarū condonationē conciliaturum, multis perhibent. Ipſe quoq; Zahn, Kerai Tatar Han in Turcarum Chronicis appellatus, plus fidei ſceleſtis conſiliis conciliandæ gratia, per Moldauuię Palatinum Ieremiam latentis fraudis inſcium eadem diligētius tractat, duosq; illi primarios Tataros mittit obſides. Palatinus Michael nihil magis quam durabilem deſiderans pacem, ſuos ſimiliter ad Chamum ſiue Tauricę Cherſoneſi viciniæq; illius pręſidem mittit nuncios, de dubiis propoſitæ pacis cōditionibus legitimo certoq; modo acturos. Ille non modo priora repetere, ſed de conciliando Turcarum rege magnifica promiſſa pro innata genti leuitate & verſutia accumulare: graues, faciem ſi ſpectes, perſonas vna cum pręfatis Turcis pacem iuratum literisque confirmatum mittere: exercitum exhauſtæ Walachiæ maxime nocuum, & conſtitutis iam pactis prorſus inutilem dimittendum, quaſi afflictiſſimorum hominum emergente incremento multum delectaretur, perſuadere: & gratitudinis ergo, aliquot millenos aureos ꝑ tantis in ſe ſuſceptis negotii grauiſſimi laborib. poſcere. Quibus Palatinus, ac ſi res ſerio ſincereq; agatur ab aduerſariis, perſuaſus, & ab vtriuſq; hoſtis nunciorum iuramentis literisq; de ſtabili pace porro continuanda, ſatis aſſecuratum ſe ratus, certam pecunię ſummā Scytharum Principi, honorarii loco dandam conſtituit, militesq; dimittit. Is prolixa hac doloſaq; occupatus tractatione, & non tam pecuniæ aſtuto aucupio acquirendæ cupiditate adductus, q̄ militum in Podola, vtraq; Walachia viuentiū & Tranſyluaniæ fines cuſtodientium tacito perculſus metu, idoneum in Vngariam tranſeundi tēpus ſponte prętermittit, arreptaq; non ſolutæ pręfixo in pactis termino pecunię occaſione, ſine præcedente rumore, cum vniuerſa Horda Walachiam, ipſum Palatinum Michaelem, militib. aſtuto ſtratagemate priuatum capturus, ſibiq; apud regem paraturus gratiam inuadit, planitiem circa Buſouuam, Brahillouuam, Bukereſten, aliasque ciuitates, partim à Turcis intactas, partim nō prorſus deletas obruit,

Res geſta Michaelis Moldaniæ Palatini.

Noua fra° damnoſior.

Res geſtæ Michaelis Moldauiæ Palatini.

celeritate oppreſſos incolas arripit, annuos ꝓuentus captat, igni pleraq; loca mandat, vltra octiduũ ſecure graſſando adeo vaſtat, vt frequentes fertiliſſimæ planitiei ſubmõtaniq; tract⁹, ſicut in maiori Polonia & pleriſq; Germaniç ꝓuinciis villç, omnis generis frugũ, viniq; abundantia ditiſſimæ, rariſſimas interdum caſas, & deſtructa murata templa, pleraq; ruinoſa ſaltem loca, hortos, ædificiaq; olim continẽtia, peregrinantib. non ſine ſuſpiriis, & ne idem aliis vicinis eueniat tçrris, concipientib. votis, obiiciant. Neq; tamen ob icta pacis fœdera tam ſecurum, tam credulum reçonciliatis hoſtib. Palatinum quiſquam, vt diſponendarum cuſtodiarum ſolitam curam cenſuerit negligendam, arguat. Ducenti n. Coſaci cum ſuis primatibus Koſcza, Chirecki, Siemanouuski & Bilecki, &c. ad finium excubias ſeruãdas deſtinati, cum largis Domini ſalariis, & copioſis prædis hoſtib. ereptis, ſatis ſeſe ditatos ſtatuerent, hac ſibi tam cõmoda tamq; optata, Walachis autem luctuoſiſſima arrepta occaſione aufugere poſſe ſperantes, emanent pleriq;, vix 40. proditionis titulum pœnasq; deteſtantes redeunt. A nne heroem noſtrum tot prçlia fortiter euincentem, tot vitæ inſidias prudenter euitantem, à binis ſceleſte ſimulatis amiçis, Tataris atque Coſacis, ſimul & ſemel ita perfide deceptum, milite aſtute priuatum, armisq; patriç dçſtinatis miſere exutum, maioribus tum temporis inopinato minusq; præuiſo hoc ſuo ſuorumq; periculo, & Walachiç vaſtatione intricatum anguſtiis, quam maximis illis Sinan Baſchæ copiis fuiſſe territum, prudentum, ac humanorum caſuum conſciorum virorum diſcurſui, iudicioq; çſtimandum cõmittitur. Quid iam faciat? quorſum ſe vertat? quomodo prçcellentem copiis, verſutia, celeritate reprimat hoſtem, quam miſeris ſubditis ſuperſtitibus præſtet defenſionem? Nerui deſunt, hoſtis vrget, non cito contrahitur ad tantos vaſtatores coercendos ſufficiens miles: Interim tota deſolatur terra, ipſe Dux aut capitur, aut ſubditis amicisq; priuatus acerbiſſimam ſibi reſtare vitam angitur. Verum vt in extremis hærentib. ſuis miſericors Deus comprimis ſuccurrit: ita heroicus animus, in maximis conſtitutus anguſtiis, vires exerit vltimas: Prçcipitata itaq; mora collectis ſex hominum millib. tum diuini auxilii ſpe, tum melioris cauſſæ nixus ſolatio furentibus periurorum Scytharum occurrit copiis. At quæ illorum erat aſtutia, etſi procedens omni conatu capere palantes hoſtes, & aduerſum aſſequi inſtitutum ſatageret: laterem tamen lauare videbatur: Quod

ij ſi

ipſi vel confertim, duorum, trium, pluriumue millium agmine vagarentur, vel pauciores à caſtris maioriue cœtu non procul excurrerent, ideoq; tutum ſemper receptum haberent. Quod igitur erat vltimum, vniuerſæ Hordæ, hoſtiliue agmini ſub Giergicz ciuitate 10. Teruiſo vel Targouuiſte milliarib. occurrere, & audacter apertum committere prælium tentabat: Quod Cham detrectans cũ triginta plus minus hominũ ex improuiſo circumuentorum & arreptorum millib. ad deſertos campos retrocedebat. Eum lęte ſubſecuti ſupradicti Coſaci, in Poloniam per Soczauuam Moldauuię ciuitatem nũc Palatini Ieremiæ ſedem, recta redire proponebant: ſed barbara temeritate ſuperbientes impediti, iuſſuq; dicti Palatini in finitimã Camenециæ arcem ſatis munitam Chodſchinum deducti, & poſtea emiſſi quidem, ſed non dimiſſi, in tertium annum hærent, malumque conſilium conſultorib. peſſimũ, ſera conuicti experientia ſuffragantur: Quin Precopenſium quoq; Tatarorum Dux, nolens volens tacite illis ipſis aſſentiri Coſacis, in pari caſu cõpellitur: qui finium circũcirca, vt ſupra meminimus, cuſtoditorum diſſimulato metu, cum Palatino perfidam tractans pro poſtulato honorario pacem, Regi Turcarum non Agriam tantum, ſed & Viennã, auxiliantib. Scythis, eodem anno debellare fruſtra prę ſumenti, ſubſidio venire neglexit: eaq; de cauſa grauiſſimam indignationem quaſi Palatinum eximere ſe poſſe iactitauerat, incurrit, vt publico etiam decreto à Germano fratre, Galga denominato (ſub Agria egregia contra Chriſtianos exercente latrocinia) eiiciendus vel capiendus, miſſis nunciis Poloniæ Regis, tanquam futurus Vaſallus, fruſtra imploraret, omni poſthabito ſtipendio, tutelam, & vix mediantibus decrepitæ matris ſupplicibus multisq; muneribus onuſtis lacrymis, & pręcipuorum amicorum interceſsionibus, in gratiam, cum noua obligatione, diligentiſsime, promtiſsimeque ad omne mandatum contra quemuis hoſtem pugnatum ſe exiturum, reciperetur, præfatumque mandatum annullaretur.

Res geſta Michaelis Moldauia Palatini.

Sed vt ad Palatinum noſtrum conuertatur ſtylus, is ſuperato, auxiliante Deo, tam grandi tamq; perfidǫ dolo, nullis poſthac iſtiuſmodi hoſtium ſiue tractationibus, ſiue promiſsionibus, ſiue literis iuramentisue plenam adhibiturum ſe fidem concluſit, & illatæ ſibi ſuisque iniuriæ atque damni vindicandi cauſſa militibus aliquoties ad Turcas vltra Danubium excurrere conceſsit.

Digitized by Google

Res geſta Michaelis Moldaua Palatini. Nicopolis.

Anno 1596. poſt S. Michaelis feſtum iterum cum XII. millibus traiecto Danubio Palatinus Nicopolim, vna cum magna munita & celebri arce euertendam proponens, XII. Calend. Nouemb. aggreditur, trucidatis Turcis ſolo ferme æquat, propugnaculum ſub arce diruit, arcemq; ipſam iamiam oppugnaturus à Sanziaco vel loci Præfecto ſplendidis muneribus, veſtib. nimirũ ſericis, auro intertextis, aliisq; Zebellinis, decem item generoſiſſ. equis Turcicis, cum nitidis ephippiis omniq; apparatu argenteo miſſis, vt tolerabilib. initis conditionibus pacifice diſcedat, rogatur: neue Regem capta iam Agria, viam verſus Scopiam aut Sophiam, ampliſſimam, populoſiſſimamq; Macedoniæ ciuitatem, quinq; dierum itinere Nicopoli diſtantem, ad Portam ſiue Aulam Conſtantinopolim continuantem, tanta tãq; publica ignominia afficiat, ac ſi ipſe appropinquans adeo memorabile caſtrũ non miſſis ſuppetiis ſeruare neglexiſſet, monetur: eximie præterea, voti compotem in hoc vno laboraturum Sanziacũ, vt cõmendata hac Palatini diſcretione, mediantib. grauiſſimis interceſſionibus, Sultanus ob enormia plurimaq; perpetrata facinora iratus, non modo reconcilietur, ſed & Palatinatus ipſi, filiisq; ſuperſtitibus firmiſſimis pactis atq; decretis in futura tempora deſtinetur, promiſſiones anneƈtuntur. Palatinus, aut vt vulgo vocatur, Bahn Michael, non tam honoraria, magnificaq; reſpiciens promiſſa, quam munitæ Regisq; aduentantis ſuppetiis ſubleuandæ arcis firmitatem, nec non remotum tranſitus locum facili negocio intercludẽdum tacite perpendens: quaſi oblatis Præfecti acquieturus conditionibus, ſtabilita tranſaƈtione retro caſtra mouet. Superato autem flumine die quodam mane, ſex comitantibus amicis agmen præcedit: ſequuntur longo interuallo quinquaginta equites, & ipſe demum, vt fit, exercitus. Ibi tum arrepti duo fugaces Turcæ, quingentos ſocios villas illius diſtriƈtus paſſim affligentes, multas comburentes, haud procul abeſſe coaƈti affirmãt: iis heros ſex ſtipat⁹ amicis alacris occurrit, ſolus in eos irruens 14. manu ſua potenter ſternit, à ſuis deinde adiutus multos interimit, reliquos aufugere cogit, & Tergouuiſten reuerſus quieſcit: donec variis ipſius cauſſa ventilatis in Porta conſiliis, callideq; ſubornatis & pernicioſe machinatis interceſſionibus à Mehemete III. huius nominis, & XV. Domus Oſmannicæ Padiſchacho, ſiue Regũ Rege, Mahumetis Pſeudoprophetæ Sarracenici genuino ſucceſſore, cum Tartarorũ Hebrææ ſtirpe oriundorum proſapia, vt alibi

Digitized by Google

alibi copioſius deducitur, progenies ſit: falſiſſime credito, poſt Seruatoris noſtri Natalem Anno 1597. vexillum redintegratæ gratiæ monumentum ſubiectioniſque denuo promiſſæ ſignum, per Zauſium vel Portæ commiſſarium mittitur, ac legitimis ceremoniis traditur. Quid enim Walachiæ ciuitatibus & arcibus, ſiue palatiis potius, dirutis, quid oppidis, villiſque fere omnibus toties vaſtatis & deletis, quid pluribus hominum abductis millibus, annuoque pœnu dudum conſumto, aliud ad reficiendos ſuperſtites incolas faciat? Qua ratione Turcarum, vix octo dierum itinere à Walachia per Sophiam vrbem ſubinde in Vngariam turmatim proficiſcentium continuas euitet molitiones & irruptiones? haud reperit. Quanquam interim conſtanti animo omnia conſilia ad iuuandum ſacrum bellum clam quidem, at non ſine Turcarum animaduerſione diligenter dirigat: Cumque Seruii ſiue Sclauones, VI. Idus Iulii miſſis clam nunciis citiſſimum Domini ſuper Danubium tranſitum, nobis præſentibus, minus oportune implorarent: & decem millia variarum nationum in illis angulis hærentium, quaſi proprio auſu, non tamen abſque huius notitia & conſilio præterlapſo Menſe Iunio munitam arcem Waſſchiezam, & duorum inde dierum itinere, amplam ciuitatem Cladow inuadentia, violenterque occupantia, nec deſutura ſeſe, nec ſanguinem, vitamque ipſam profundere pro Chriſtiani Palatini ſalute, vt ſaltem triſtiſſimo, duriſſimæ, barbariſſimæque ſeruitutis excuſſo iugo, ad ereptam libertatem aliquando anhelent, pertingantque, fideliter pollicerentur: temporis omnino habendam rationem reſpondet, donec commodiori oblata occaſione periculoſi iſti conatus ſimul ac ſemel in actum & optatum euentum deduci cum fructu poſſent. In quem finem numeroſum etiam colligens militem, Menſe Iulio cuilibet luſtratorum plus quam quindecim millium, quinque taleros ſoluebat, & alia ſex Sileſiorum millia ex Tranſyluania expectabat. Vt enim huius Ducis Sigiſmundi, ita Inuictiſſimi Imperatoris Rudolphi II. ſubſidia & auxilia non deſunt: Sicut præter aliam Iunio Menſe tranſmiſſam, cõmemorabilem ſummam, Idibus Iulii, Nobilis, ſtrenuus, vitæque militaris peritiſſimus Vir, Dn. Henricus Leſſota Sileſ. ad ſoluenda quatuor millibus delectorum in præſentia equitum, ſingulis Menſibus, quam diu foret neceſſum, ſtipendia, Targowiſten mittebatur.

Res geſta Michaelis Moldauia palatini. An. 1597.

Waſſchieza.
Cladovv.

Stipendiorum ſolutio Cæſarea.

Sed & Sultan Mehemet perfidiæ propriæ optime ſibi conſcius,

Digitized by Google

Regeſta Michaelis Moldauia palatini. ſubito talia per exploratores aut latentes proditores, quod nulli Turcarum terram hanc tuto accedere liceat, aduertens, blanditiis, donis & amplis promiſſionibus, cum potius in officio retinendum, quam interrupto Vngarico bello, cum ſine eius præſentia ſtipendiarii milites pugnatum exire recuſent, & elapſis annis eximii militiæ præfecti parum effeciſſent, armis cogendum conſultius fore aſtute ſtatuit. Ideoque Hali Maſar Zaus, vt in Vngariam tum tranſeuntem comitetur Generalem militiæ præfectum Saterdzi Mehemet Baſſcham, eiuſdem nomine petit, Tatariſque alia via, intacta Walachia iſtuc feſtinare ſerio à Sultano iniunctum ſignificat: Quod ipſe quoque Cham ſiue Scytharum Princeps familiariſſime ſcriptis literis paulo poſt ratum facere nitebatur.

Palatinus militatum cõtra Christianos fruſtra inuitatur.

Palatinatus Dn. Michaelis & filio Petro confirmatur.

XIII. Calend. Auguſti alius Zaus & quidem vir egregius, literas à Sultano, multo quam vllæ priores, clementioris argumẽti, cum ſtrictiſſimo grauiſſimoque iuramento Palatinatum Bahno Michaeli filioque Petro decimum tertium ætatis annum tum agenti, ad vitæ tempora ſine vllis impedimentis pro ſolitæ penſionis annuæ licet hactenus nunquam ſolutæ medietate conferentes & confirmantes exhibet, equum item cum ſplendidiſſimo apparatu, frameam & bullawam, ſiue poteſtatis & militaris gubernationis ſignum, ſolẽni more offert. Poſtea per Moldawiam ad Kerai Tatar Han vel Precopenſium Tartarorum Principem Herczy nomine tranſit, eiq; vt capitales, in defectu omnis alterius tranſactionis, lites cum fratre Fedeth ſucceſſore regni, ab iis Galga ad Gallorum Delphini ſimilitudinem nuncupato, cuius duos filios trucidari curauerat, motæ, aperto Marte dirimantur, & victori cum tyrannico mandato, citiſſime in Vngariam intacta vtraque Walachia feſtinandi, frameam bullauamque Principatus inſignia tradantur, grauiſſime denunciat, quas perſonas & literas, in notum idioma etiam tranſlatas, præſentes videre nos meminimus. Ad quorum Commiſſariorum ſolicitationes omnem collecti militis & hactenus retenti porroque modis omnibus retinendi cauſam in Scythas, quibus luctuoſiſſimo incolarum & ſubditorum abductorum damno, tuto poſthac propter mutua inſuper emergentia eorundem diſſidia, credere nec poſſit nec debeat, transfert, & excuſari propterea excuſatumque haberi ſe petit.

Qua ratione magnanimus Palatinus ad patriæ gubernationẽ, Deo fauente, ſit euectus, quamq; periculoſis bellis eandem tum ab

habi-

habitantibus, tum aduolantibus turmatim ſæpius, imo pluribus irruentibus copiis Turcicis Tatarciſque diuina affulgente protectione, & concurrentibus Chriſtianorum ſuppetiis, in priſtinam vindicare libertatem, proprium tot improbiſsimorũ & abiuratorum hoſtium telis obiiciens caput, & cœperit feliciter, & toties proditorie ac aſtutiſsime ſtructis inſidiis eluſis, continuare fideliter pergat, ſuccincto minuſque elimato, at ſimplici fulto veritate cõprehenſa ſtylo, vt veriſsima ſunt, ita pro eo, qui in optimo quoque deſideratur & maxime prædicatur candore, boni conſuli, votum pro fauſto ſacri belli ſucceſſu adiungi, Ion Michaeli Chriſtiano Palatino faueri, & vlteriorem, vbi Deo iuuante paulo poſt in illis limitibus cætera cum ſuis accipere circumſtantiis licuerit, expectari contextum rogamus. *Strigonienſis obſidio, 1595.*

Strigonienſis obſidionis, & in ea de Turcis parta victoria per fortiſſ. Principem Carolum Mansfeldiæ Comitem, &c. ſuccincta, ac diaria Synopſis, ab Arnoldo Helio Medioburgen. Flandr. eidem Principi tunc temporis à conſiliis, & ſecretis, digeſta, anno M. D. XCV.

POSTQVAM ſummo cum labore, atq; induſtia Illuſtr. & Excell. Princeps Carolus Mansfeldiæ Comes exercitum Cæſareum intra valla munitiſsima prope Altemburgum in Hungaria, q̃ tutiſsime coegiſſet, pontib. ſupra Danubium exſtructis, vniuerſum exercitus robur, atq; copias Comaronium verſus traiecit, iterq; ambiguũ, deludendis hoſtium animis, atq; opinionib. ſemper tenuit. Caſtrũ non procul à Comaronio diſsitum (Tatá vulgo vocant) ſe aggredi velle, quo Strigonienſes de obſidione, ac de firmando p̃ſidio minus ſollicitos, facilius inuaderet, ſimulauit; ipſemet circumquaq;, tamq̃ metãdis caſtris locũ maxime idoneũ exploraturus, obequitat. Mox p̃ter omnem vulgi opinionẽ, mutato vniuerſo caſtrorũ ordine, ad Strigonium ipſis Calẽdis Iulii anno 1595. copias vniuerſas perducit. nullaq; interpoſita mora ante meridiẽ, exploratis omnib. iis locis, vnde aliquid periculi noſtris imminere poſſe videretur, iuxta Danubium caſtra feliciſsime metatus eſt, q̃ cõtra hoſtiũ impreſſiones atq; inſultus, ſumma cũ feſtinatione, atq; ſolertia, q̃ primum vallis, aggeribus, atq; foſſis deſignatis per militẽ muniri atq; circundari curauit. Ex altera vero Danubii parte, earum copiarum, quas Palfius ſecum adduxerat, maior numerus, quo tutius vtrinque pons extrueretur, reſtitit.

Hoſtis

Digitized by Google

Strigonienſis obſidio, 1595.

Hoſtis hoc die prout moris eſſe ſolet, ad explorandum exercitum Cæſareum, non egreſſus eſt, ſed intra vrbis muros ſeſe continuit, decem tantum, aut duodecim, equitibus, ad velitarem pugnam emiſſis, qui ipſo temporis momento, à noſtris in vrbem, quam Raſſianorum vocant, compelluntur, quorum nemo amplius eo die explofis quibuſdam ex vrbis caſtro, ſine aliquo noſtrorum damno, tormentis bellicis, vſquam apparuit.

Noctem ſequentem vigilantiſſimus Princeps, quaſi totam duxit inſomnem, ſingula explorans, atque perluſtrans, eaque ipſa, niſi per poſtremi agminis abſentiam, quod intempeſta nocte necdum aduenerat, prępeditus fuiſſet, tormento bellico, Petardum nominant, vrbis portam tentaſſet, quod tamen in proximum diem ægre dilatum eſt.

Ipſo matutino crepuſculo, Excellentiſſimus Princeps, præuia peccatorum coram ſacerdote confeſſione, audito ſacro, & percepta Synaxi, eques ipſe vrbem exploraturus egreditur, vbi ſingulis perſpectis, ac mature examinatis, domeſticis ſuis nobilibus Petardum portæ vrbis, ipſa meridie affigere, atque adductis ſecum ſelectiſſimis militibus eandem repentina vi inuadere præcepit: Ipſe interim cum numeroſa manu dupliciariorum militum hoſtem è muro, & vallo depellere ſtatuerat. quod procul dubio effectum fuiſſet, niſi aduentantibus noſtris, hoſtes relicta ea vrbe, in alteram, quæ Aquaria dicitur, atque in caſtrum ſeſe recepiſſent, ibique in pugnæ quaſi prælu-dio, quod vſque in ſerum veſperum fere perdurauit 20. aut 25. ex hoſtibus, ex noſtris vero paucis tantum vulneratis, cæſi fuere.

In primo noctis crepuſculo, Princeps ipſe, adcito ſecum Claudio Cogorano, ad vrbem egreditur, ibique foſſis ad eruptiones obſeſſorum comprimendas, deſignatis, quemadmodum quoque in monte, quem D. Thomæ nuncupant, fieri iuſſit, in caſtra reuertitur, atque quieti ſe nonnihil tradidit.

Sequenti ſummo diluculo, exit viſurus pontem, qui ſuper Danubium extruebatur, quem ſua induſtria, atque ſumma diligentia perfici quam celerrime curauit. Hinc vniuerſa caſtra, quæ foſſis & vallis à militibus ſedulo muniebantur, obequitat, ſingulos cohortes ad opus accelerandum humaniſſime hortatur. Interim legio peditum Belgicorum Illuſtriſſimi Baronis à Hacicourt, ex Hochſtratanorum Comitum nobiliſſima familia, in caſtra venit, atque nonnulli

nulli Huſſari ita equites Hungaros familiariter vocant, qui Budam verſus exploraturi quid hoſtis meditetur, excurrerant, cæſis aliquot Turcis, atque nonnullis captis, in caſtra quoque reuertuntur. *Strigonienſis obſidio, 1595.*

Hoſtis poſt meridiem inſtructis aliquot nauibus auxiliares copias, & annonam cum aliis belli apparatibus neceſſariis, in vrbem immittere fruſtra conatus eſt. quorum certior factus Excellentiſſimus Princeps, obuiam ei quaſdam cohortes miſit, quæ eum confeſtim in fugam coniecerunt.

Die quarto Iulii ipſa aurora, verſus vrbem egreditur, & pontem nouum in riuo Danubii, qui inſulam paruam ab vrbe Raſſiana ſeparat, ædificari, quo ad Aquariam propius infeſtandam, acceſſum haberet liberiorem, præcepit: in eaque inſula ſecundum dicti riui ripas, foſſæ, in quibus noſtri milites, ad laceſſendos vrbis muros tutius laterent, quam citiſſime ductæ fuerunt.

Hoc die Huſſari equites, bis ex hoſtibus Budanis captiuos in caſtra perduxerunt, ex quibus certior factus Excellentiſſimus Princeps, inimicum cum auxiliari ſubſidio annonam, & reliqua, quæ ad ſuſtinendam obſidionem requiri videbantur, per flumen tranſmittere decreuiſſe, & quo facilius id fiat, per quaſdam equitum ſuorum turmas, ex altera caſtrorum parte, qua via Budam verſus excurrit, noſtros ad arma prouocaturum, atque interim cum triremibus in vrbē traiecturum, cui vt mature occurreretur, dictus Princeps ſedulo mandauit, fluminis ripas ex vtraque parte militibus communiri, excubias augeri, vniuerſumque exercitum, vbi primum ad arma conclamaretur, in procinctu, atq; pugnæ paratum eſſe, interim leuis armaturæ quoſdam equites, extra caſtra, per noctem totam, itinera exploraturos, ſeſe hoſti aduentanti obiecturos, atque exercitum tempeſtiue monituros emiſit. Sed nihil hac nocte per hoſtem tentatum fuit.

Quinto & ſexto ſequentibus, propter ingentes, & continuas pluuias, atque imbrium tempeſtates, parum aut nihil in caſtris effectum, nocte vero, quæ ſeptimam præcedit, mandauit Illuſtriſſimus Princeps vrbis Aquariā portam, quæ Gocarum verſus ſpectat, petardo tentari, ſed propter itineris difficultatem, atque incredibilem aquarum quantitatem nihil ſucceſſit, atque re non infecta ſolum, ſed ne tentata quidem, in caſtra ſinguli rediere.

Strigonienſis obſidio. 1594.

Eadem hac nocte, tormenta aliquot bellica, iuſſu dicti Principis, ad proſternenda murorum quædam propugnacula, ex quibus noſtris militibus, qui in foſſis, & cuniculis latebant crebra damna inferebantur, diſpoſita fuere.

Sub auroram, cæptum dicta propugnacula vſque in ſeram noctem ex D. Thomæ Promontorio, ſine vlla intermiſſione, conquaſſari.

Eodem hoc die, transfuga quidam explorator, ex vrbe elapſus, & in caſtris à quodam milite deprehenſus, qui eum abnegata religione noſtra Turcicam opinionem profeſſum, atque in obſidione Iaurinenſi ad hoſtem defeciſſe, affirmabat, in carcerem coniectus, poſt ſpontaneam ſingulorum confeſſionem, extra caſtra ad ſupplicium raptus, atque in quatuor partes viuus diſſectus eſt.

Octauo, dictis tormentis propugnacula vrbis, & caſtri inceſſanter infeſtabantur, aliaq; ad vrbis muros penitus proſternendos, atq; ſolo æquandos in poſterum diem præparabantur.

Eodem die venit in caſtra fortiſſimus militum Tribunus atque nobilis Baro Boemus D. Wilhelmus Treka qui tria millia fortiſſimorum peditum ſecum duxit.

Inſequenti nocte, quantumuis Excellentiſſimus Princeps ſedulo ſerioq; mandaſſet, tormenta bellica maiora, necdum, vti conueniebat erecta, atq; diſpoſita fuere, propter apparatus quoſdam, qui huic rei deerant. quod dictam Principem peſſime habuit, eoq; magĩs, quod de hoſtium aduentu rumor increbreſceret.

Nono die ante meridiem, rurſus hoſtem cum triremibus, atq; aliis nauigiis aduentare, atque omnia extrema, vt vrbi ſubſidium immittat, tentare velle, Principi denunciatum eſt: qui confeſtim D. Palfio, vt 1500. Aidones, qui Hungari pedites ſunt, in alteram fluminis ripam, feſtinanter traiiciat, mandauit, ex hac parte, Baronem ab Hacicourt Chiliarcham militibus Belgicis, & quibuſdam leuioribus tormentis, inſtructum hoſti obuiam miſit, reliquam exercitus partem, ſi neceſſe foret, pugnæ paratam habuit. Hoſtis interim aduerſo flumine aduenıens, in alteram ripam vbi dicti Aidones numerum quingentorum militum non excedebant, proſilit, quem dicti Hungari primo impetu, ad naues vſque ſtrenue repulere, ſed à creſcentibus hoſtium copiis tandem in fugam coniecti, præſertim erumpentibus ex vrbe præſidiariis militibus, pauci tandem per præcipi-

cipitia extra periculum ſeſe receperunt. Hoſtibus itaque circiter 300. deſideratis ac cæſis, reliqua pars in vrbem nauigio deuecta eſt. *Strigoniensis obſidio. 1595.*

Sequenti nocte tandem diſpoſita ſunt tormenta aliquot maiora bellica, atque deinde toto die, qui 10. erat, vrbis muri concuſſi, & proſtrati.

Hora, poſt meridiem, fere tertia miſit Excellentiſſimus Princeps Baronem ab Hacicourt cum cohorte Belgicorum militum ad occupandam dirutam murorum partem, vbi machinæ bellicæ viam quaſi aperuerant in vrbem, quod cum quidam ex Aidonibus intellexiſſent, ipſi inconſiderate, atque tumultuarie eo accurrunt, & poſtquam ordinem atque aciem dicti Baronis perturbaſſent, hoſtibus ſtrenue ſeſe ex muro defendentibus, atque noſtros offendentibus, tandem in fugam ſe coniiciunt: idem reliqui imitantur. Tandem dictus Baro grauiter vulnerato capite recedere coactus, vno ex ſuis ducibus cæſo, multiſque ex militibus deſideratis.

Sub noctem diſpoſitis excubiis, & rebus maxime neceſſariis, Princeps diurno labore defatigatus, tandem in tentorium ſe recepit.

Summo diluculo, tormentis rurſus muri diruuntur vſque ad noctem, ſub horam fere diei à meridie quartam, miſit Excellentiſſimus Princeps quoſdam milites ad occupandam rurſus eam murorum partem, quam heſterno die noſtri reliquerant, vbi confeſtim duas gerras, quo tutius hoſti inſultarent, defixerunt, quod cum Turcæ iam vidiſſent, vnanimiter ſubito impetu muros conſcendunt, atque noſtros ſumma vi, fruſtra tamen, repellere conantur, vbi inſignem Turcarum cladem machinæ noſtræ bellicæ, ſed & milites ſclopetarii, qui in Cuniculis atque in D. Thomæ propugnaculo latebant, edidere. Nauem inſuper armatam coopertam contra bombardarum ictus, & militibus refertam, prono flumine, inter inſulam, & Aquariam vrbem, dictus princeps deduci induſtrioſe atque ibidem firmari curauit, per quam, tamquam per pontem miles in proſtratos muros, atque in ipſam denique vrbem irrumpere poſſit, quod hoc ipſo die propter ingruentem noctem fieri non potuit.

Sequenti nocte, dicta nauis à noſtris turpiter, atque ignomi-

Digitized by Google

Strigonienſis obſidio, 1595.

nioſe deſerta, ab hoſtibus vero, cum eius iam certiores eſſent, partim exuſta, partim ſubmerſa, mentem atque opinionem, ſed & Principis expectationem, totiuſque exercitus, inanuſpicato ſucceſſu fefellit. Cui & hoc infortunii, atque ignominiæ acceſſit, quod illi, qui in occupatam iam à noſtris, vti dictum, murorum partem, ſucceſſerant, eamque defendendam, quo poſtridie vlterior progreſſus fieret, ſuſceperant, ad primam hoſtium eruptionem deſertis gerris, aufugere.

Poſtero die qui 12. erat, continua tormentorum concuſſio in vrbis, atque arcis muros in veſperum vſque, ſæuire non deſtitit. Poſt meridiem iracundus Princeps, propter præteritæ noctis infelices ſucceſſus, domeſticis ſuis nobilibus, quorum ductor erat Illuſtriſſimus Henricus & Chalonius eiuſdem Principis ex ſorore Nepos, atque ſupremus caſtrorum metator, ſerio mandauit: operam darent recuperandæ rurſum atque conſeruandæ illi murorum parti, quam præterita nocte vigiles turpiter hoſti reliquerant. quod certe quam primum, ſine vllo militum auxilio cæſis, fugatiſque hoſtibus, effectum à ſtrenuis illis, omnique laude digniſſimis iuuenibus eſt; occupatumq; locum contra hoſtis eruptiones egregie muniuerunt, donec ſub noctem Capitaneus quidam peditum, ex Burgundia natus, nomine Colombæus, cum Belgicis ſuis militibus in eundem locum ſuccederet, qui hoſtes ibidem, tota nocte ſtrenue pugnando, atque oppugnando, ſuſtinuit.

Sequentis diei, qui 13. hora fere ante meridiem nona denunciatur Principi, rurſus hoſtem cum auxiliaribus copiis aduentare, quem, diſpoſitis, vti res poſtulabat, excubiis, rebuſque rite ordinatis, atque emiſſis quibuſdam equitibus Budam verſus, conſtanti, atque alacri animo, ſed fruſtra, non venientem expectabat.

Eodem die fere 3000. peditum Chiliarchæ Treka, quos vrbem verſus ex altera D. Thomæ propugnaculi parte, Princeps meus miſerat, neſcio quo falſo rumore perterriti, aut perculſi, ſponte ſeſe in fugam deſertis plerique atque abiectis armis, nullo hoſtium adhuc viſo, nedum inſequente, tradidere, donec dictus Chiliarcha ſuperueniens, ægre eos increpationibus ſuis, & minis reuerti coegerit, tantus eos terror inuaſerat.

Toto

Toto die qui XIV. erat, tormentis bellicis, ſed paulo quam antea remiſſius laceſſebantur, quod ea, quę ad impreſſionem videbantur neceſſaria, ſumma cum diligentia, ſed & moleſtia, princeps præpararet. *Strigonienſis obſidio. 1595.*

Die XV. pedetentim & gradatim vrbis muri iuſſu principis occupātur, paulatimq; progreſſus à militibus fiunt, qui ſeſe teſtudinibus, & tabulatis, quę ramis arborum terraque aduerſus pyrobolos, malleolos ſulphuratos flammas, atque ingruentia ſaxa, tegebantur, atque muro contigua ponebantur, contra violentiam muniebant, incipientes vallum, atque palos ibidem defixos conuellere, quo facilior, & planior ad impreſſionem in hoſtes faciendam, aditus eſſet, quod toto quidem hoc die perfelices ſucceſſus habuit, donec inſequenti nocte, hoſtibus in noſtros, qui perpauci in excubiis erant, inſperatum atq; crudelem impetum facientibus, tabulata perderentur, cæſis deſideratisque ex noſtris XXV. quod non pauci, qui excubiis intereſſe debebant, in caſtris ſine licentia remanſiſſent.

Poſteris duobus diebus XVI. nempe. & XVII. Excellentiſſim' Princeps Belgicos pedites à continuis laboribus, atque vigiliis quas iamdiu præter cæteros, maximas ſuſtinuerant, immunes omnino eſſe, atque in tertium diem ad impreſſionem ſerio in hoſtes faciendā, vrbemque, ſi fieri poſsit, inuadendam reſeruatos voluit. Itaque machinis atque tormentis bellicis hoſtem tantum laceſſere, & quodammodo ſuſpēſum detinere decreuerat, donec tertio, qui XVIII. erat, die poſt inſignem in muros tormentorum impetum atq; ſtragem factam, tabulataque iterum ad muros delata, diſpoſitis iis, quæ ad impreſsionem requirebantur, vrbem per proſtratos muros tentari iuſſit, ſed noſtris parum ſtrenue minusq; feliciter pugnantibus, atq; hoſtibus ſumma cum pertinacia ſeſe defendentibus, infecta re, atque inuito principe, non ſine damno, atq; infamia, ſinguli muros deſeruere.

Sub noctem principi iterum de hoſtium aduentu denunciatur, qui intempeſta nocte, inter propugnaculum quod ad flumen, verſus Viſſegradum erectum erat, & montes, iter in vrbem inſtituerant. Exercitus vero noſter, contra promptus ad pugnam, atque alacer, hoſtem operiebatur, cum hora poſt mediam noctem quaſi prima, tres ruſtici Hungari, qui ſe ex hoſtium manibus elapſos, eoſq; duobus tantum miliaribus à caſtris abeſſe, conſtanter affirmabant,

Strigonienſis obſidio. 1595.

affirmabant, adducerentur. Hoſtes interim, quod fortaſſis opinione citius luceſceret, rebus quoq; intentatis ad ſua rediere.

Die vigeſimo Princeps vallum cum foſſa, à dicto, quod ad flumen eſt, propugnaculo ad montes vſque deduci, ne quis hoſti amplius ad vrbem pateret acceſſus, quam feſtinantiſſime procurat, idemque exploratis vicinis montibus, atque perluſtratis, vt omnis ad vrbem aditus prçcluderetur, alterum in monte, quem à ſe Carolomontem appellauit, propugnaculum erigit, ne forte, ſi hoſtis eundem prior inuaderet, machinis atque tormentis ſuis bellicis vniuerſa caſtra noſtra infeſtaret. nam ex illo monte, tanquam ſpecula hoſtem Buda venientem eminus videre, arcere, vniuerſumque exercitum noſtrum commonefacere, atque ad arma vocare, licebat.

Sequenti die viceſimo primo in ipſo crepuſculo matutino Princeps flumen traiicit, ibiq; locis, & rebus omnibus rite exploratis, ad caſtra rediit, ac repente hoſtium triremes, ad vrbem properare, nuncius affert, quo audito, confeſtim ad flumen properat, & tormentis aliquot maioribus exploſis, eas in fugam compellit, & dehinc ad caſtra reuertitur.

Excellentiſſimus Princeps viceſimo ſecundo mane egreſſus ad copias, quibus Gocarum cingi, oppugnari, atque expugnari Palfio præceperat, vnde reuerſus confeſtim ad vrbem ſeſe confert, ibique palos vallo defixos, & crates implexas ab arce ad Danubium, quibus vrbs muniebatur, euelli, amputari, proſterniq; per milites prçſens intentusq; procurat.

Die viceſimo tertio huius menſis in ipſa aurora bombardarum & tormentorum ictibus hoſtes alacriter laceſſuntur, noſtriq; ſub vallum, quo in vrbem ſibi aditum parent, atq; hoſtem latentem facilius tutiusq; aggrediantur, ſe defodiunt.

Die viceſimo quarto poſt meridiem hora fere quarta, poſtquam Gocarum tormentis concuti, atque muros ſolo æquari præcepiſſet, tandem ſigno dato PALFIVS cum ſuis irruptionem facere in obſeſſos, eosque vnius horæ ſpatio fortiter expugnare, in omnes ferro & flamma graſſari, paucis quibuſdam exceptis, qui nauiculis STRIGONIVM delati, vitam ſibi conſeruarunt. Vexilla quædam cum tormento bellico, quod noſtri prius amiſerant, Principi dictus Palfius per locum tenentem ſuum obtulit,

Digitized by Google

obtulit,quem pro nuncio,atq; munere aurea torque donauit,atque ad maiora cohortatus eſt. *Strigonienſis obſidio, 1595.*

Poſtquam die viceſimo quinto dictus Princeps Sacr. Cęſar. Maieſtati, & Sereniſſimo Archiduci Matthiæ Auſtrio, ſucceſſum heſterni diei obiter literis ſignificaſſet, rebus omnibus hinc inde, atque excubiis, pro more, diſpoſitis, ſub noctem ad tentoria reuertitur.

Ante meridiem die viceſimo ſexto hoſtis cum copioſiſſimo equitum numero, in itinere, quod Budam ducit, caſtris noſtris eminus videndum ſe exhibuit, cui obuiam Excellentiſsimus Princeps ex noſtris aliquot mittit, vt leuiter cum iis velitari pugna congrediantur, interim vallum, quod vniuerſum ambit exercitum peditibus, & tormentis bellicis inſigniter muniuit.

Tentauit interim hoſtis ex altera parte nauibus in vrbem irrepere, quas extemplo noſtri tormentis bellicis in fugam compulerunt.

Excellentiſſimus Princeps viceſimo ſeptimo die ante vrbis portam, quę Gocarum verſus ſpectat cuniculos agi, foſſis, atque aggeribus exitum præcludi mandat, atque ex ea parte, Hungaricis ſimul ac Belgicis militibus, quibus Palfius ibi præerat, id negotium committit.

Die viceſimo octauo huius menſis, vſque ad meridiem ſcribendis Pragam, atque in Belgium literis dictus Princeps ſine remiſſione vacauit. A meridie vero vſque ad noctem cum hoſtibus in itinere, quod recta Budam ducit, ferra ſtrenue pugnatum eſt, deſideratis tamen vtrinque ac vulneratis perpaucis, vbi vigilantiſſimus Princeps præſens ſemper, ne quid inconſiderate à noſtris tentaretur, adſuit: rebusque, quæ noſtris neceſſariæ, hoſtibus aduerſæ maxime videbantur, mature proſpexit.

Die viceſimo nono toto nihil ſingulare à noſtris actum, quod vniuerſus exercitus, vicinum hoſtem, qui quidem apparuit, ſed ad manus non venit, alacriter expectaret.

Die vero triceſimo dictus Princeps tentauit ex altera Danubii parte, tormentis aliquot maioribus, quæ non procul à Gocharo, nec ſatis feliciter erant diſpoſita, Aquariam vrbem infeſtare, ſed breui ceſſatum eſt, quod parum damni hoſtis illinc acciperet.

Equi-

Digitized by Google

Strigonien-ſis obſidio 1595.

Equitatus Belgicus tam cataphractus, quam lenis armaturæ, qui 10. erat vexillorum, hoc eſt 2000. veteranorum militum, poſtero die, qui vltimus Iulii erat, cum ſummo gaudio totius exercitus noſtri, in caſtra ſub meridiem peruenit, atq; ſub noctem in boni ominis, atq; euidentis lætitię ſignum, omnia tormenta bellica, quæ in caſtris erant, diſplodebantur.

Primo Auguſti die hoſtis iterum ſe caſtris noſtris exhibuit, qui poſt leues atq; velitares aliquot congreſſiones, inter vicinos montes ſub aſpectum noſtrum caſtrametatus eſt. Inſequenti vero nocte poſt horrendam pluuiarum imbriumque tempeſtatem, atque tonitrua, repentino motu ita ad arma conclamatum, atque concurſum eſt, vt plæriq; per pontem, niſi per vigiles occurſum fuiſſet, fugam iam appararent, totusq; exercitus quodammodo tremeret, tandem vero Belgico peditatu alacriter ad defendendum vallum, quod caſtra circuit, accurrente, ac cęteros omnes ad pugnandum exhortante, tandem omnibus animus rediit, quo hoſti vnanimiter reſiſterent, qui tamen totá ea nocte non apparuit, itaq; ſub auroram vnuſquiſq; ad ſua ſe recepit.

Altero vero Auguſti die, ab ipſa Aurora in meridiem, leuibus pugnis vtrinque certatum eſt, ſed à meridie, quum hoſtis ſeſe cum aliquot equitum turmis, caſtris noſtris exhiberet, obuiam illi Excellentiſſimus Princeps P A L F F V M cum tribus equitum millibus confeſtim miſit, quibus aduentantibus, hoſtis ſeſe in fugam dedit, noſtri ſtrenue fugientem ſequuntur, quod cum viderent, qui in caſtris hoſtilibus erant, auxiliares copias fugientibus emittunt. Noſtri etiam noua ſubſidia à Principe recipiunt. itaque hoſtem rurſus, idque contra voluntatem, atque mandatum dicti Principis, vſque in propria ſua caſtra compellentes, vbi vtrimque acriter, parique Marte diu multumque certatum eſt, donec hoſtis in collem vicinum tormenta quædam bellica diuexit, quibus ita noſtros infeſtarunt, atque pertertuerunt, vt in tumultuariam fugam ſe darent, quos hoſtis alacriter inſequutus, non parua damna intulit, maiora illaturus, niſi dictus Princeps, ſumma conſtantia, & magnanimitate ipſemet obuiam iiſſet, & nox ſuperueniens prælium diremiſſet, quam totam Princeps in vallis cum militibus inſomnem duxit.

Ante tertii diei meridiem, rebus per totum exercitum aduerſus ho-

ſus hoſtem rite componendis, ita vt prandium neglexerit, vigilantiſsimus Princeps vacauit. Hoſtis rurſus poſt meridiem auxiliares vrbi copias immittere conatus, & quo facilius, ac minori cum periculo id poſsit, iter per valles inſtituit, donec poſt CAROLOMONTEM in planiciem perueniſſet, quorum omnium Princeps meus certior factus, ſeſe intra caſtra continuit, vniuerſo interim exercitu ad pugnam, ſi occaſio ſeſe offerret, diſpoſito; atque ipſo, quod hoſtem ſpectabat, vallo, perpulchre tormentis, & machinis bellicis munito, vnde tam crebra hoſti damna, atque cladem intulit, vt infectis rebus rurſus ad tentoria ſua vel inuitus redire coactus ſit. Hoſtis interim in propugnaculum Carolomontis, quo maxime offendebatur, iamdudum oculos, mentemque defixerat, vt vel vi, vel ſtratagemate aliquo, noſtris ereptum occuparet. Conuocatis itaque ſummo mane Ianniſaris, clanculum eo proficiſcitur, acerrimam impreſsionem cum non parua ſuorum clade, fruſtra tamen, fecit, qua Belgici milites, cum ſuo Duce, quibus illud commendatum à Principe fuerat, nihilo perterriti, ſed ſtrenue ſe, ſummaque cum laude defendentes poſt inſignem oppugnantium ſtragem ſe vna cum propugnaculo glorioſe ſeruarunt.

Strigonienſis obſidio, 1595.

In ſequenti ſumma aurora, quę diei quartæ erat, Princeps annonam, & bellicos apparatus, quorum aliqua poterat eſſe penuria, in propugnaculum Carolomontis deuehi mandat, & ipſemet comitatur, quo facilius hoſtem inſultantem, ſi ita res poſtularet, excipere, ſuſtinere, atq; repellere poſſint, inde in caſtra reuertitur. Hoſtis interim caſtra mouet, & iter ex altera montium parte, atque ex hac per valles Carolomontis inſtituit, auxiliares in vrbem copias, & ſubſidia inducturus, aut de rerum ſumma, ſi ad manus ventum eſſet, pręlio decertaturus.

Itaque exercitum diſtribuit, vt cum ſeptem millibus equitum noſtras iuxta Danubium copias cum Ianniſaris & aliis quatuor millibus equitum, BARONEM DE SCHWARTZEMBVRGK, & equites ſuos Belgicos, aliiſque ſex equitum millibus, & ſeptemdecim minoribus tormentis, eos, qui ex caſtris noſtris ad pugnam venirent, adorirentur & inuaderent, vrbique tandem ſubſidiis illatis Budam cum reliquis ſuis, qui caſtrorum cuſtodiæ relicti erant, reuerterentur.

Strigonien-ſis obſidio. 1595.

Interea vigilantiſſimus Princeps ſingulos ad arma conuocat, cohortes legitime ad pugnam diſponit, cum MARCHIONE BVRGOVIENSI vniuerſum exercitum obequitat, ſingula explorat, tribunos, ac milites omnes officii commonefacit, incitat, hortatur, adeſſe iam tempus, quo ſe res præbeant, aut vincendum iam, aut moriendum, nihil hic eſſe tertium, communem omnibus hic fortunam eſſe, quam ſummus ille rerum moderator, modo, quæ noſtra ſunt, præſtemus, proſperam dabit.

Rebus itaque ad pugnam conuenientibus ſumma cum diligentia diſpoſitis, omnes & ſingulos intra valla contineri ſedulo mandat, donec ipſe aliud imperet.

Hoſtem interim aduentantem magna cum audacia atque temeritate cunctabundus intuetur, & expectat, quid in animo habeat, ex tam deliberato, atque temerario aduentu, facile colligit. Hoſtis interea ne punctum quidem temporis amittebat, & paulatim caſtris noſtris appropinquabat, quem ex vallo, Dominus Princeps, crebris tormentorum ictibus, non ſine magno eius damno ſalutat, atque aduenienti gratulatur, ille nihilominus alacriter progreditur, & quod in animo habebat, exequi conatur.

Sed quum iam intra Raſſianam vrbem, & montes peruentum eſſe Illuſtriſſimus IOANNES MEDICÆVS rei tormentariæ ſummus Præfectus, maxima tormentorum atque bombardarum copia, quam in propugnaculo Diui THOMÆ ſolerter diſpoſuerat, aduentantem excepit, ſtragemque incredibilem edidit.

Sed D. Princeps metuens ne tam inſignis oblata pugnæ atque rerum bene gerendarum occaſio ſine fructu elabatur, ipſe primus vallum egreditur, aliquot Germanorum atque Hungarorum turmas equitum præmittit, qui hoſtem ad manus eliciant, atque inuitent, quas cum tribus ſelectorum peditum legionibus atque machinis aliquot bellicis, ſumma induſtria ſecum ductis deliberato animo, recta in hoſtem ſequitur, cumque prima fronte, cum hoc apparatu ita conſternatum fundit, vt relictis victori turpiter ſeptendecim machinis bellicis maior pars confeſtim cęderetur, reliquis fuga per montes, vineas, & præcipitia,

tia,

Digitized by Google

tia, inter quæ maxima etiam ſtrages edebatur, elabentibus. E- *Strigonienſis obſidio. 1595.*
quitatus interim Belgicus, qui Schuuartzembergio curę erat, ex altera montium parte, vbi maximus hoſtium numerus affluxerat, atque in noſtros vndique crebras impreſſiones faciebat, ſpartam ſuam perpulchre adornabat, hoſtemque non ſolum inuincibili virtute, atque animi fortitudine ſuſtinebat, verum etiam minimo temporis momento penitus fudit, atque deleuit. Mediceus quoque qui in D. Thomæ propugnaculo rerum ſatagebat, creberrimis tormentorum ictibus, vti prius aduentantem, ſic iam fugientem hoſtem mirum in modum infeſtabat, ita vt vniuerſus hoſtium exercitus in turpiſſimam fugam coniectus per montes, & valles extrema quæque à noſtris pateretur, Tormenta bellica, vexilla, aliaque ab hoſtibus ſpolia per noſtros adDominum Principem deferuntur,quorum omnium nihil præter tormenta militaria, atque vexilla retinuit, cætera victoribus remanſere.

Parta hac tam inſigni victoria, actiſque publice DEO gratiis, mille leuis armaturæ equites ſub Marchione Burgouienſi ad inuadenda hoſtium tabernacula, atque caſtrorum reliquias penitus delendas emittit, quibus aduenientibus, reliqui hoſtium, qui in caſtris ſupererant, relictis omnibus matura ſibi fuga conſulunt. Ibi noſtri in prædas irruunt, omniaque ad caſtra noſtra cum ſummo totius exercitus applauſu deuehunt, 29. tormenta militaria, 27. vexilla, captiui plurimi, & inter eos magnę authoritatis viri, cum vniuerſa ſupellectile caſtrenſi, tentoriiſque innumerſs, victoribus ceſſere.

Mane diei ſequentis, qui quinta erat poſt ſolemnes pro heſterna victoria gratiarum actiones Omnipotenti DEO perſolutas, atque Hymnum, Te DEVM laudamus, in tentorio ſuo decantatum, ipſe Princeps rebus ad proſternendos muros, vrbemque, atque arcem expugnandam neceſſariis totus incubuit, dum milites vndique toto die noua ſpolia, atq; captiuos in montibus deprehenſos,in caſtra adducunt.

Sexto menſis die tormenta diſpoſita vrbem concutiunt, ſub veſperum vero ex continuis laboribus, atque incredibili defatigatione cœpit Excellentiſsimus Princeps aduerſa valetudine non ſine totius exercitus ſummo dolore laborare, qua in dies cre-

 ſcente,

Digitized by Google

Strigonienſis obſidio. 1595. ſcente, poſt tantos exhauſtos labores, tantamque de hoſtibus acceptam victoriam, atque triumphum, relicto per vniuerſum Chriſtianum orbem maximo ſui deſiderio, tandem è viuis ad cœleſtem patriam pie placideque tranſmigrauit, Comaromii 14. Auguſti Anno 1595. cuius piis manibus Epitaphium hoc, quod ſequitur, deuotę pietatis, atque debitæ obſeruantię, æternæque gratitudinis ergo, Arnoldus Helius Madioburg. Fland. XI. Calend. Nouemb. mœſtiſsimus P.

EXCELLENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI SVI, D. CAROLI PRINCIPIS, ET COMITIS MANSFELDII PIIS MANIBVS.

QVem Belga intrepidum toties, quem Gallicus hoſtis
Victorem ſemper vidit, & obſtupuit:
Afflictæ nunquam patriæ qui defuit, auſus
Proq; aris vitam ſpernere, proq; focis:
Cuius in Eoos virtus operoſa, decusque
Effuſum, Heſperios terruerat populos:
Quem Diuus patria procul adciit ille RVDOLPHVS,
Ille, inquam, Sacro Maximus Imperio,
Præfectum, & belli ductorem, quo Hungara tellus
Expediat vinctas vindice tuta manus:
Qui poſtquam fuſis inſigni clade Tyrannis
Et faſtum, & vires, fregerat, atq; animos,
Impleratque ipſis integrum laudibus orbem,
Nec pote erat famam ferre ſui vlterius,
Defunctus vita, tantiſque laboribus, eheu,
MANSFELDÆ *tandem* CAROLVS *ille domus,*
Virtutum decus, & Mauortis gloria, magno
Cum deſiderio, deſiit eſſe, ſui.
Crudeles Parcæ, crudelia Numina, tantum
Poſſe, rear, fatis occubuiſſe ducem?
Hunc pius abſentem CÆSAR, *populuſq; queruntur,*
Hunc pater effuſis murmurat Iſter aquis,
Mæſta ſibi ereptum deplorat Flandria alumnum,
Cui par nec terra, nec fuit Oceano,

Hun-

Hungaria hunc etiam comptos laniata capillos,
Nequicquam ſancta voce rogat ſuperos.
Sat queſtum, ſupereſt PATRIÆ PATER *ecce* RVDOLPHVS,
Libera erunt tanto, lataq; regna, Deo.

Expugnatio Hatuanæ, 1597.

Carmen Chronographicum.

QVI TVrCIs tIMor, hVngarICIs ſpes CaroLVs, hVnC bIs
Septena AVgVſtI toLLit In aſtra dIes.

De expugnatione Hatuanæ à Chriſtianorum exercitu facta, anno Chriſti M. D. XCVII. Narratio hiſtorica, auctore M. Janſonio.

CVM Chriſtiani milites in Pannonia collecto vniuerſo exercitu, & concilio militari habito, communibus omnium ſuffragiis decreuiſſent Hatuam obſidere atque expugnare: die XIII. Auguſti, anno M. D. XCVII. exercitu ex agro Waitzenſi moto, intra biduum, hoc eſt, XV. eiuſdem menſis die, circa meridiem Hatuam peruenerunt, tanta cum celeritate: vt Turcæ prius eos conſpexerint, quam de aduentu eorum quidquam intellexerint. Quare initio crediderunt, quaſdam copias eſſe, quæ prædatum excurrerant. Erumpentes igitur cum Chriſtianis aliquamdiu velitarunt: donec vniuerſum aduentare viderunt exercitum. Chriſtiani obequitantes munitioni, cum omnia luſtraſſent, caſtra opportuniori loco poſuerunt, attractiſque tormentis ſepimentum tribus diuerſis locis concuſſerunt. Erant in vrbe mille præſidiarii: vrbs latiſſima foſſa robuſtiſſimoque ſepimento muniebatur. Ad XXII. diem Auguſti, ducenti Turcæ erumpentes in caſtra Chriſtianorum, magnam ſtragem ediderunt: edituri maiorem, niſi equites Chriſtianorum opportune ſuis ſuppetias tuliſſent. In hoc conflictu Tribunus militum Greiſius inter alios cæſus eſt: cuius milites omnes, eo quod Præfectum ſuum non ſatis fortiter defendiſſent, abſque armis ante Solis occaſum caſtris exire iuſſi ſunt. Cæteris aliquot diebus conuellendo duplici pariete ligneo, terraque intermedia extra-

Digitized by Google

Expugnatio Hatuanæ, 1579.

henda, quibus ſepimentum conſtabat, operam dederunt. Ad XXV. Auguſti, cum in caſtris matutina fieret oratio, ſacerdos quidam Turcicus turrim è qua Chriſtiani plurima damna accipiebant, aſcendit: noſtroſque milites conuiciis prouocauit ludificauitque. His irritatus quidam Baliſtarius, tormentum in hanc turrim direxit, excuſſitque: & turrim vna cum blaſphemo iſto ſacerdote euertit. Cum iam Turcæ animaduerterent, plures ruinas ſterni, & diuerſis locis vrbem ſimul inuaderent Chriſtiani: dimiſſis animis, deditionem eiſdem conditionibus, quibus Strigonienſes, obtulerunt. Sed nihil ad hoc illis reſponſum eſt: imo militibus omnibus ſub pœna capitis interdictum, ne quis cum hoſte colloquatur. Ioannes Albertus à Sprinzenſtein, ſupremus in caſtris fabricenſis, tria nauigia ad oppugnationem mira induſtria præparauit: ab vno latere altis trabibus & aſſeribus craſſis munita: ſuperne robuſtis aſſamentis concamerata, & boum tergoribus tecta, ne ignem poſſent concipere. Septembris deinde tertio die hæc nauigia in fluuium Zagiwam (qui vrbem circumluit, & iuxta Solnocham in Theuſam ſeſe exonerat) ſubiectis rotis demiſſa ſunt: & à terra quatuor locis vrbs eſt oppugnata. Tandem inter quintam & ſextam horam veſpertinam, cum pugna in octauam horam duraſſet, vrbs armata manu eſt expugnata, magno cum planctu & eiulatu mulierum ac puerorum. Quatuor continuis horis in omnes cuiuſcunque ætatis, ſexus & conditionis homines ſæuitum eſt. Nam etſi magni nominis & auctoritatis Turcæ abiectis armis ſupplices in genibus veniam deprecarentur, impetrare tamen non potuerunt. Vagientibus in cunis infantibus & mulieribus prægnantibus parcitum non eſt: paucis exceptis magnatum vxoribus, & liberis, vno Bego, & nonnullis aliis, qui ad examen ſunt reſeruati. Walonum nimia hic fuit crudelitas: qui etiam prægnantium ventres diſſecuerunt, vt fœtus in vtero conſpicerent. Mulieribus quoque nonnullis & viris cutem detraxerunt, lora inde ligulaſque conficientes. Quam immanitatem poſtea in ius vocati hoc titulo excuſarunt: quod exemplum hoc in Turcas ſtatuere voluerunt, ne in poſterum tam obſtinati ſint, tam impie de Chriſto loquantur, & tam indigne Chriſtianos habeant. Perierunt in hac expugnatione ex hoſtibus quatuor circiter millia: ex Chriſtianis trecenti: inter quos Walonum militum Tribunus. Inuenta eſt in vrbe, præter eam, quam

ignis

Digitized by Google

ignis abſumpſit, præda ad aliquot centena millia nummûm æſtimata. Primus qui mœnia occupauit Terskius cum ſua centuria fuiſſe dicitur: quem Ruſwurmius mox inſecutus eſt: quorum vterque octo aut decem propriis manibus trucidauit. Nec minor Italorum in hac expeditione fuit fortitudo. Cæterum cum eodem tempore poſtridie Calendas Septembris Sultanus Turcicus Belgradum, & inde Budam, cum ducentorum circiter millium exercitu, & trecentis machinis campeſtribus, aduenifſet: Chriſtiani metuentes, ne Hatuam ex improuiſo adoriretur, & ſe nondum paratos ad prælium eliceret: nono die Septembris exercitum à munitione Hatuana abduxerunt: & non procul à Waitza caſtra metati ſunt. Et quamuis Archidux, antequam Hatua diſcederet, ſeptingentos pedites, & quingentos equites ad oppidi cuſtodiam reliquiſſet: tantus tamen inter Chriſtianos terror exortus eſt, vt oppido poſtridie incenſo & relicto, in caſtra redierint. *Expugnatio Hatuanæ, 1597.*

De obſidione Petriniæ in Croatia, anno M. D. XCVII.
Narratio eiuſdem.

SVLTANO Turcarum Tyranno cum immenſo exercitu Budam appellente, & pauliſper ibi ſubſiſtente: quod factum eſt anno M. D. XCVII. Baſſa Boſniæ, cum vicinis quibuſdam Baſſis & Begis, conſpiratione facta exercitum quinquaginta millium armatorum collegerunt: & decimo die Septembris Petriniam in Croatia arctiſſime obſederunt. Magna celeritate vſi ſeptem diebus ſubſequentibus, adeo tormentis mœnia diſturbarunt: pyrobolis immiſſis tot locis incendia excitarunt: munitionem Begi Ruſti ſic ſuffoderunt: vt poſt Deum nemo hanc vrbem biduo tueri poſſe videretur. Cum in hoc diſcrimine verſaretur ciuitas: Ioannes Sigiſmundus Herberſtenius & Georgius Leukowitius, euocatis è Croatia & Windiſmarchia, quæcunque potuere, præſidiis, Petriniam magnis itineribus contenderunt. Sed cùm in tanta celeritate, omni apparatu bellico deſtituerētur: nec pontē ſternere poſſent, per quem copias Culpam traducerent: Siſſeccum digredi voluerunt, vbi D. Banus tumultuarium pontem conſtruxerat. Quod cum cognouiſſent hoſtes, rati Chriſtianos fugere; Culpam traiiciunt Turcæ numero ſexies mille, & in noſtros impetu quodam feruntur. Chriſtiani periculum, in quo erant, conſpicati, ſeſe vertunt: & expeditis armis hoſtes aggrediuntur:

Obſidio Petriniæ in Croatia, 1597. tur:eos fundűt, fugant, & in Culpam fluuium præcipites agunt: ita vt quadringenti in primo conflictu, & inter hos Huſſanus Begus cum aliis nonnullis magnæ auctoritatis Turcis abſorpti ſint: multi etiam cæſi, multi capti, & plurimi inſignes equi in noſtrorum poteſtatem venerint. Poſt prælium hoc Chriſtiani Siſſeccum eodem die profecti ſunt: Ibidem poſtridie per pontem exercitum traduxerunt: eo conſilio, vt hoſtes in caſtris inuaderent, aut vbicunque inuenirent, aggrederentur. Cum itaque inſtructis ordinibus per ſyluam incederent, & iam dimidio ab vrbe milliari abeſſent: Serdarum cum octo millibus equitum, & aliquot millibus peditum, obuium habuerunt: qui ſtatim in peditatum Chriſtianorum inuectus eſt. At Chriſtiani magna fortitudine hoſtium vim ſuſtinentes, quoſdam in fugam coniecerunt: quoſdam magni nominis, inter quos Serdari pater fuit, occiderunt: qua in pugna multi Turcæ & equi, ac inprimis etiam Serdari vexillum captum eſt. Exiſtimabant Chriſtiani potiorem hoſtium numerum adhuc in caſtris ad Petriniam eſſe. At è captiuis didicerunt, tormenta pridie caſtris extracta, & in tutum comportata: pleroſque etiam Turcas relictis caſtris fugiſſe: ſolum Serdarum cum octo millibus equitum & Ianizaris permanſiſſe: & Chriſtianos ad prælium expectare. Initio id credi non potuit: auditis poſt omnibus circumſtantiis, læti ad caſtra profecti ſunt: quæ vacua inuenerunt, vrbemque, cum maximo obſeſſorum gaudio, tanto periculo liberarunt. Cognitum eſt è captiuis quinquaginta mille armatorum initio in caſtris ſub tribus Baſſis, & octo Begis fuiſſe: ex his mille & quingenti duabus oppugnationibus trucidatos: reliquos in Culpa abſorptos, in campis cæſos & fugatos: Serdari conſilium fuiſſe, capta Petrinia, Caropolim omni contentione expugnare.

DE WATSIÆ RECVPERATIONE & Hatuanæ expugnatione.

Exuſta acceſſit fugitiuo Watſia ab hoſte
Rurſus ad imperium, Diue Rudolphe tuum.
Ceſſiſti, ſed non ſine cæde & ſanguine, nuper
Tu quoq; Romanæ victa Hatuanna Aquilæ:
Hanc noſter flammis miles male perdidit: illam
Non profecturis ſumptibus ædificat.

Sic

Sic quæ Turca prius defendere mordicus ardet,
Victa iterum in victas linquimus ire manus.
At quæ deſeruit,ſtudio munimus:vbique
Inconſulti oleum perdimus atque operam.

A. H. M. F.

DE EXPVGNATIONE AGRIÆ, ET PRÆLIO IBIDEM AD KERESTAM CVM Chriſtianis geſto à Mahomete III. Turcarum Tyranno, anno Chriſti M D XCVII. Menſe Septembri & Octobri.

NARRATIO HISTORICA, auctore M. Ianſonio.

AGRIA inſigne & antiquum in ſuperiori Hungaria oppidum, mœnibus firmiſſimis munitum eſt, & ſede Epiſcopali nobilitatum. In hoc Mahumetes immenſo cum exercitu in Pannoniam veniens oculos coniecit, quem eo miſit, vt illud obſideret. Quod cum Chriſtiani intellexiſſent, eo confeſtim Tarskium, cum inſigni Germanorum & Italorum manu, mille etiam ſclopetariis deſtinarunt: qui eo feliciter appulit: & ante obſidionem Teufenbachius tria peditum millia, ſub ductu Comitis Ioannis Iacobi à Turn, maximo cum belli apparatu in vrbem inuexerat. Ipſe autem Teufenbachius cum reliquis copiis ſuis excelſum ante vrbem montem occupauit: è quo maxima damna obſeſſis inferri potuiſſent: at paulo poſt eundem montem deſerere compulſus eſt. Viceſimo primo die Septembris ipſe Sultanus Mahometas aliquot Baſſis Giaffara, Ibraimo, Haſſano & Cicala comitatus, cum centum quinquaginta millium exercitu vrbem obſedit, caſtraque inter Tibiſcum & Danubium locauit. Quinque confeſtim propugnacula excitauit: vnde tantis viribus tantoque tormentorum impetu mœnia concuſſit: vt obſeſſis noctes atque dies perpetuo in armis eſſe, quo ſe defenderent, neceſſum fuerit. Etſi autem mœnia eſſent ampliſſima, nec ſatis munita, quæ à tam exigua præſidiariorum manu defendi minime poterant: quæque iure omni vrbem primo die incendere, atque deſerere, & arcem, in qua omnis poſita erat fiducia, tueri potuiſſent: tamen in ſextum vſque diem hoſtium furorem ſuſtinuerunt, & fortiter ſeſe defenderunt, ingenteſque clades Turcis intulerunt. Cum autem peri- *Expugnatio Agriæ. 1597.*

Digitized by Google

Expugnatio Agriæ. 1597.

clitari poſtea cœpiſſent, vrbem iniecto igne exuſſerunt, & ſe ſuaque omnia in arcem tranſtulerunt. Quod cum hoſtes viderent, magno cum impetu in vrbem irruerunt: & lateribus noſtrorum adhærentes, ſimul in arcem ſeſe immittere tentarunt: ſed ita à noſtris reiecti ſunt, vt non exiguus eorum numerus in ipſo conflictus loco ceciderit. Arci adiacebat ingens & munitum propugnaculum: ad hoc conuerſis plurimis tormentis per aliquot dies Turcæ fulminarunt. Cumque illud multis locis, diſturbaſſent, biduo duodecies cum ingenti ſuorum clade fruſtra oppugnarunt: nec ceſſarunt priuſquam illud tertia decima oppugnatione, quæ omnium erat violentiſſima, occupauerunt. Poſtridie Chriſtiani ex arce erumpentes propugnaculum eiectis inde Turcis denuo recuperarunt: qua in pugna ingens iterum Turcarum numerus corruit: Chriſtiani triginta deſiderati, plures vulnerati ſunt. Obſeſſi variis literis & nunciis auxilia implorarunt: ſignificantes ſe defectu pulueris ſulfurei & globorum, arcem diu tueri non poſſe: quod etiam Sultanus non ignorabat. Propoſitum erat obſeſſis, munitionem ad vltimum vſque virum tueri; & pro amore patriæ ac religionis vitam & ſanguinem profundere potius, quam hoſti eam tradere. Et quanquam Sultanus iam ſæpe literis & fecialibus miſſis eos ad deditionem inuitaret, vitam illis fortunaſque ſaluas promittens: è diuerſo autem diriora & immaniora, quam quæ ipſi in Hatuanos ſtatuerant minitans, ſi reſiſtant: nunquam tamen reſpondere voluerunt. Interdixerat enim hoc Treskius, erectoque medio in foro patibulo edixerat: vt quicunque deditionis mentionem facerent, ex eo ſuſpenderentur. Interim maximis omnium votis ſuppetiæ expectabantur. Sed & Archidux, Tranſyluanus, & Hungaricæ copiæ nihil intentatum reliquerunt, vt hoſtem in caſtris inuaderent: At mora nimis fuit pernicioſa. Dum enim exercitus coeunt, continui imbres itinera reddiderunt imperuia, & conſilium caruit euentu. Interea Sultanus apud Tranſyluanum acriter pacem vrgebat, magnifica illi promittens & plurima offerens.

At Tranſyluanus maluit in fœdere cum domo Auſtriaca conſtanter perſeuerare: hoſtem ſe Turcis exhibuit; & noſtris ſcripſit, ſe cum ſuis, ſi obſeſſis Agrienſibus opem ferre decreuerint, tempori adfuturum, virumque ſe præſtiturum. Ad XXII. Septembris diem totus exercitus Strigonium appulit; vbi Archidux Maximilianus magnifice exceptus eſt: manſit ibidem ſequenti die legionem expectans

Auſtria-

Auſtriacam, quæ eodem die acceſſit. Poſtridie totus exercitus recenſitus eſt, & luſtratus: præceptumque ſingulis, vt ſex dierum cōmeatum ſibi compararent. Quarto die edictum, vt omnes ſub ſuis ſignis ad iter ſe prçpararent. Omnibus prçparatis, ſummus militum Tribunus equitatum VVaizam primo, inde Hatuam ac demum Agriam perduxit: omneſque tam Germani, quam Itali, ad hanc expeditionem fuere promptiſſimi. *Expugnatio Agriæ, 1597.*

Viceſimo quinto Septembris Palfius Hungaricas copias, pedites ſexies mille, equites vero quater mille eduxit: qui omnes agricolas magis, quam milites referebant: quingentos etiam Haiduccos, & trecentos præmiatores ſeu prædatores ſecum rapuit. Prædatores illi ante abitum ſuum in agrum Budenſem irrumpentes, centum octoginta boues abegerant: in horto etiam quodam tres primarios Turcas, & nonnullas fœminas, inter quas Begi Budenſis vxor fuit, deprehenderant: quos omnes captiuos Archiduci donarunt, & aliis viciſſim muneribus ab illo donati ſunt. Tranſyluanus etiam octodecim millia armatorum collegerat; & in his octo millia equitum mercenariorum, mille quingenti è ſua nobilitate. Pedites fere omnes è ſuis erant prouinciis ruſtici, ſed tamen in bello exercitati. Cum his Agriam contendebat: quadraginta ſecum trahens tormenta bellica. Bockaium cum reliquo exercitu in Tranſyluania reliquit: ne ipſo abſente patria damni aliquid acciperet.

Hoſtes noſtrorū aduentus certiores facti, cum viderent ſe tormentis parum proficere: omnem operam conuerterunt in foſſa, quæ arcem inter & montem vinarium interiacet, faſcibus lignorum, aliaque materia implenda. Vt autem hoc opus vrgeret Sultanus: per omina caſtra equitauit: admonens ſuos vt in lignis ceſpitibuſque & terrarum ruderibus ferendis, ſe ſtrenuos exhiberent. Obſeſſi iterum erumpentes, multos hoſtes trucidarunt: Ibraimumque ſummum Vezirim Baſſam cum omnibus ſuis in fugam coniecerunt: adeoque celeriter inſecuti ſunt, vt Ibraimus ipſe in fuga Tulipantum amiſerit: ac pene viuus in manus noſtrorum venerit. In hac pugna Treskius glande tormentaria in capite, ſed non lethaliter, vulneratur. Decimo Octobris Turcæ denuo arcem ſummis viribus inuadunt. Obſeſſi quatuor oppugnationes fortiter ſuſtinuerunt: quater hoſtes à mœnibus incredibili ipſorum damno reiecerunt. At quinta oppugnatione TVRCÆ antiquum caſtrum, nouo vicinum, armata manu

Digitized by Google

Expugnatio Agriæ. 1597.

occuparunt: in qua Chriſtiani circiter octingenti trucidati ſunt. Capto hoc caſtro Aga quidam Turcicus Sultano quadringenta Chriſtianorum capita obtulit: quo ſpectaculo Barbarus mire oblectatus eſt. Turcæ potiti iam hoc veteri caſtro, nouum, in quo omnis ſpes erat poſita, multo maiori, quam antea, ſtudio & diligentia aggreſſi ſunt: arcemq; 14. diuerſis locis ſuffoderũt, & 12. die puluerẽ cuniculis iniecerũt, omniaq; ad eruptionem arciſque euerſionem pararunt: ita vt iam arx manifeſtiſſimo expoſita eſſet periculo. Cum itaque obſeſſi rem conclamatam viderent, nec quidquã de ſuppetiis audirent: vim hoſtium diutius ſuſtinere noluerunt, ſed tumultuari cœperunt. Duo Præfecti Niari Paulus & Terskius eos ſacramenti præſtiti admonuerunt: poſitiſque genibus eos ad conſtantiam exhortati ſunt. Imo Terskius ſupplex orauit, vt ſi arcem diutius defendere nollent, ſe ante omnia occiderent, ne tantam perfidiam videret. At nihil his neque monitis, neque orationibus effectum eſt. Interim ducenti quinquaginta milites, inter quos multi Itali, clam ex arce elapſi, in caſtra hoſtium transfugerunt: quorum religionem amplexi, Mameluci facti ſunt. Ea res cæterorum militum animos ita conſternauit: vt confeſtim cum hoſte colloqui cœperint: qui illis data fide ſe omnes cum impedimentis & gladiis dimiſſurum promiſit: hac conditione, vt præfectos, Niari Paulum, Terskium, Colleranum Italum, Fabricenorum, & Kinskium Iuniorem obſides, in commutationem aliorum captiuorum traderent. His ita pactis, XIII. Octobris circa meridiem duo millia munitione Agrienſi exierunt: ſed non longe progreſſi, in latiſſimo quodam campo à Tartaris & Turcis occiſi ſunt: quidam viui excoriati: aliquibus virilia abſciſſa. Exprobrabant etiam illis Turcæ, dicebantque, ſe fidem ipſis ſeruare non debere, cum antea tam crudeliter ſuos Hatuæ tractaſſent. Quatuor prædictos Tribunos captiuos in tentorium Sultani abduxerunt. Pleriſque Turcis hæc ſuorum perfidia plurimum diſplicebat: Haſſanque Baſſam & Ianizarorum Agam apud Sultanum huius criminis grauiter accuſarunt: indignum facinus dicentes, Chriſtianis datam fidem non ſeruari: cum longe aliter ſecum Strigonij actum eſſet: metuendum nunc, quod in poſterum ſimilem perfidiam ipſi quoque experirentur. Sultanus audita hac expoſtulatione, Ianizarorum Agam ad ſe vocari, & in fruſta concidi iuſſit. Deinde publico edicto mandauit, vt ſi quis Chriſtianos captiuos haberet, eos ſtatim dimitteret. Cæterum ſupra dictum eſt, Archiducem Maximilianum, vna cum Palfio, Teufenbachio & Tranſyluano, collectis omnibus copiis, ad liberandam obſidione Agriam profectos; ſed eam

Digitized by Google

profectionem (pro dolor) nimis tardam fuiſſe, ideoque Agriam amiſſam. Cauſa huius tarditatis fuit, non tantum Auſtriacorum & Hungaricorum militum procraſtinatio: ſed aliarum etiam multarum rerum defectus: continui etiam imbres, qui impediebant, ne tormenta celerius attrahi potuerint. Quo effectum eſt, vt dum torm ēta expectantur, quatuordecim diebus vix duodecim milliaria conficere exercitus potuerit. Tandem XVII. Octobris die Archidux cum decem millibus communium equitum, Italicis VVeſtphaliciſque equitibus mille, octo millibus peditum, & magno tormentorum numero, Caſchouiam venit, atque Tranſyluano ſe iunxit. Poſtridie ad Teufenbachium & Palſium profecti, ex omnibus exercitibus vnum conflarunt: in quo triginta duo millia expeditiſſimorum equitum & viginti octo millia peditum fuerunt qui centum viginti tormenta bellica ſecum habebant: viginti etiam millia quadrigarum ſequebantur: quæ ſingulis diebus ſub veſperam in orbem redacta, totum ſuo ambitu exercitum includebāt. Viceſimo primo die optimo ordine exercitus promotus eſt, eo conſilio, vt ſtataria pugna de ſumma rei cum hoſte decertaret: ad quam omnes milites erant animis promptiſſimi. Poſtridie ericetum duobus milliaribus longum, latum vero quatuor, emenſi, Agriam recta contenderunt. At traiiciendus erat fluuius: cuius traiectum Giaffer Baſſa cum viginti millibus Ianizarorum & Tartarorum, triginta etiam tormentis, occuparat: reliquus exercitus in quodam campo non procul Agria ſito, ſubſiſtebat. Baſſæ conſilium erat traiectum hunc amplificare: deinde totum exercitum eo deducere. Erat enim locus magni momenti ob multitudinem fontium & puteorum: ſed fefellit Baſſam hoc eius propoſitum. Nam vigeſimo tertio Octobris die Chriſtianorum exercitus diuerſis locis Baſſam aggreditur: exercitus vero frons eo ipſo loco, de quo dicebamus, hoſtem inuadit. Hic Teufenbachius cum exiguis Italorum, quos in caſtris habebat, equitibus, leuibus præliis cum hoſte certare cœpit; & aliquot tormenta in denſiores Turcarum cuneos immiſit. Qui ſtatim amiſſis trecentis militibus, viginti tormentis, & duobus ſignis Prætorianis, locum deſeruerunt; & in fugam verſi, magno ſuo bono, noctis caligine tecti, noſtrorum manus euaſerunt. Ex Chriſtianis quindecim tantum deſiderati ſunt; pauciores vulnerati; in quibus Dithmarus à Conigsberg equitum magiſter non leue vulnus accepit. Et quamuis Tranſyluani, Huſſari & Haiducci eodem veſpere fluuium traiecerint; noctis tamen obruentis tenebris fugientes hoſtes in-

Expugnatio Agriæ, 1597.

Digitized by Google

Expugnatio Agriæ, 1597. ſequi non potuerunt. Hoc modo loco iſto potiti ſunt. Sed cum anguſtior eſſet, quam vt totum exercitum caperet; frigus etiam intenſiſſimum corpora premeret: & maxima eo in loco lignorum eſſet penuria: exercitum alio transportare decreuerunt. Sub id tempus quidam ex hoſtium caſtris ad noſtra profugit: nuncians Sulthanum cum exercitu appropinquare: vt Chriſtianos ex improuiſo obrueret. Murauit hic nuncius Chriſtianorum conſilium: & ad locum, vnde exierant, reuerſi, currus ita exercitum circumduxerunt, vt quaſi vrbs ligneis cincta muris videretur. Poſtridie, qui erat XXIV. Octobris, hoſtis cum vniuerſo exercitu circa veſperum in conſpectu noſtrorum ſtetit; & iter loci cuius hactenus toties mentio facta eſt, tranſire conatus eſt. Archidux & Tranſyluanus, quia præcedente victoria incitati, amore pugnæ flagrabant, decreuerunt, decem circiter Tartarorum millibus tranſitum concedendum: deinde eos trucidandos eſſe. At Sultanus tria tantum millia præmiſit: reliquos in inſidiis eſſe iuſſit. Hic noſtri mox in Tartaros aliquot machinas bellicas excuſſerunt: quibus multos ſtrauerunt: reliquos in effuſam fugam verterunt. Deinde ſinguli ad ſuas ſtationes reuerſi ſunt. Erat vterque exercitus numeroſus & potens, late ſeſe extendens, ſpectaculum iucundiſſimum: vterque ex eodem flumine & beſtiis & hominibus potum petebat: ideoque ſingulis noctibus ad traiectum memoratum vterque excubias agebat. Poſtridie Sultanus denuo cum totis viribus, mane inter ſextam & ſeptimam horam in conſpectũ Chriſtianorum venit, aciebus longe lateque extenſis: ita vt omnem eam regionem complecti videretur: & ſecundo millia aliquot trans fluuium miſit. Cum his noſtri à matutino tempore in ſerum veſperũ velitarunt: & vtrinque, potiſſimum equites, ſe mutuo fatigarunt: tandem tamen Turcæ à noſtris fuſi, & trans fluuium iterum reiecti ſunt, multis vtrinque deſideratis. Hic Diethmarus à Coninxsberg, cuius antea facta eſt mentio, maiori tormento ictus occubuit: Vicarius Bauarorum Fronſpergerus ſclopeto à Ianizaro in crure vulneratur: Prefectus autem Tockaij in humero vulnus accipit. Chriſtiani toto illo die vſque ad partam victoriam mira conſtantia in ſuis ordinibus perſtiterunt. Interea decreuerunt ſummam rei prælio cõmittendam eſſe: edictumque per caſtra poſtridie ſummo mane ſinguli ad pugnam parati adeſſent. Sexto itaque & vigeſimo Octobris Sultanus ſuos iterum caſtris, quæ non procul à noſtris aberant, eduxit, fluuioque appropinquauit. Stabat hoc loco collapſum quoddam templum: hic aliquot

Digitized by Google

aliquot centena Ianizatorũ in inſidiis collocauit,& 24.tormenta diſpo- *Expugnatio Agria, 1597.*
ſuit:decẽ autẽ millia lectiſſimorũ militũ fluuiũ traiicere mandauit. Noſtri tempus iam oportunũ eſſe rati,ſuos quoq; eduxerunt,& partẽ exercitus in primam Turcarum aciem tanto cum impetu immiſerunt: vt non tantũ eam,ſed & Tartaros,qui alio loco tranſierant,diſperſerint: imo qui in altera fluminis erant ripa, fugauerint: plurimos occiderint: centum nouem tormenta campeſtria hoſti ademerint: omnes, qui in ſua caſtra irrumpere conarentur,fortiter repulerint,& canum inſtar trucidarint. Hinc tantus in hoſtium caſtris pauor exortus eſt:vt ipſe Sultanus cum Ibraimo Baſſa effuſa fuga ſeſe Agriam receperit. Imminebat iã veſper;eratque conſilium Archiducis,milites in caſtra reducendos,nec vlterius quicquam eo die tentandum. Contra Tranſyluanus, Palfius, & Hungari omnes, in tanto metu victoriam perſequendam eſſe ſuaſerunt : & tandem eo facilius Archiduci perſuaſerunt, quod hoſtes denuo coire,& acies inſtruere viderentur. Quare noſtri inſtructis ordinibus denuo in priorem aciem, quæ quadraginta millibus conſtabat, tanta vi irruerunt:vt cæſis quibuſuis obuiis, dimidia vix pars euaſerit. Inde vniuerſum exercitũ aggreſſi, felicitate ſimili fuderũt,fugaruntq;. Supplicio capitis iam antea cautum erat,ne quis miles relicto ordine ad prędam conuolaret. Contempto hoc mandato, dum Chriſtiani hoſtes inſequuntur,vna cũ ipſis in caſtra prorũpunt: multos in tentoriis occidũt: & aurum,argentum aliaq; omnia precioſiora,deſertis ordinibus,neglectoq; officio, cum magno tumultu diripere cœperunt: donec ad ipſius Sultani tentoriũ peruentũ eſſet. Hinc natũ eſt omne infortuniũ. Inuenerunt .n. hoc loco præſidiũ quoddam Sultani, & multa tormenta cathenis ferreis connexa; hæc præſidiarij iſti in Chriſtianos direxerunt, excuſſerunt,& multos diſcerpſerunt. Interea cum equitatu ſuo accurrit Cicala Baſſa,& Chriſtianos à latere inuadit. Hic repentinus terror Chriſtianos ſimul inuadit;adeo vt ſeſe in turpiſſimam fugã præcipites dederint; Germani potiſſimum & Hungari, cum magna ſuæ nationis infamia, & irreparabili Chriſtianitatis vniuerſę damno. Nullis induci aut precibus, aut minis potuerunt, vt ſe ſiſterent,recolligerent, & aliquam ſaltem fortitudinem animi exhiberent. Hoc modo ea victoria manibus Chriſtianorum elapſa eſt; qua non habuiſſent à ſeculo nobiliorem. Tantum potuit paucorum equitum auaritia;qui domi leones,in bello cerui,in præda lupi eſſe perhibentur. Non autem ſibi ipſis, ſed & aliis ad pugnandum paratis interitum attulerũt. Dum enim equis ferocientib.

fugiunt

Digitized by Google

Expugnatio Agriæ, 1597.

fugiunt, nec è fuga reuocari poſſunt: peditum ordines turbarunt, & multos equorum vngulis protriuerunt. Inter eos, qui ceciderunt, primarij fuere VVenceslaus Poppelius, Prettipekius Tribuni militum, duo iuniores Duces Holſatiæ: è VVeſtphalicis & Italicis leuis armaturæ equitibus Præfecti omnes: è Saxonicis, Pomeraniæ & Brandenburgenſis equitum Magiſter, & quadraginta circiter nobiles: è Franconico circulo Bambergenſis equitum Magiſter, & ſignifer, vna cum ſigno: è legione Sueuica Eyteleck à Reyſchach, ſummus vicarius Ramſchiuagius, & centurio Breitſchiuuertius: è Bauaricis ipſe ſummus ductor Plettenbergius: ex aliis legionibus plerique centuriones, ſigniferi, & alij præfecti: ex equitatu pauci præter iam dictos deſiderati ſunt. Et quamuis hoſtis eos ad primum vix lapidem inſequeretur: tantus tamen terror fugientes inuaſit: vt nemine eos fugante, per campos diffugerint, maiori cum ignominia, quam damno. Archidux rebus iam omnibus deploratis Caſchouiam, Tranſyluanus Togaium ſe recepit. Bernſtenius relictis omnibus tormentis & apparatu bellico, etiam ſeſe in tutum contulit. Cum neque Palfius, neque reliqui Hungari, in caſtris manere vellent: Germani etiam conuaſatis omnibus diſceſſerunt. Nec minor (dictu mirabile eſt) trepidatio Turcarum, quam Chriſtianorum, fuit. Nocte enim inſequente precioſiora quædam conſarcinantes, relictis caſtris & tentoriis, & ipſi diffugerunt: compertumque eſt poſtea, toto triduo tormenta, impedimenta tentoriaque Turcarum nullo cuſtode in agris caſtriſque relicta, à noſtris, ſi vires recollegiſſent, facile diripi potuiſſe. Immatura itaque fuga tam celebrem victoriam noſtrorum manibus excuſſit. Varia huic narrationi è transfugarum captiuorumque relationibus confeſſionibuſque aſſuuntur: nos hiſtoriam ipſam nude, vt ab Archiduce ad Cæſarem perſcripta eſt, perſequimur. Perierunt in hoc prælio, & præcedentibus Agriæ oppugnationibus, è Chriſtianis viginti millia: è Turcis circiter ſexaginta millia: inter quos veterani milites multi, Baſſæ & Begi non pauci. Quod ſi Turcas tantus non corripuiſſet metus, ſed fortiter Chriſtianos fugientes inſecuti fuiſſent: nullo eos negotio internecione delere potuiſſent. Turcæ parta victoria, Agriam decem millium præſidio munierunt. Sultanus Belgradum reuerſus, exercitum in hyberna deduxit. Palfius Strigonium reuerſurus in itinere omnes arces & munitiones limitaneas maioribus præſidiis, omnique apparatu & commeatu bellico inſtruxit. Diſperſi etiam milites ſuperioris Hungariæ denuo coire cœperũt, ſed inermes fere omnes: vt qui

Digitized by Google

vt qui in fuga arma abiecerant, ideoque ad omnem expeditionem inutiles. Currus etiam Germanorum, quibus illi in bello arma prædamque vehere ſolebant, ab Hungaris ſpoliati ſunt: quod domini ſeruorum infidelitati adſcripſere: vt qui præciſis loris, relictiſque curribus cum equis ſeſe in tutum receperant. Vltimo Octobris Tranſyluanus cum ſuis Principibus & conſiliariis incolumis, Tſcanatum appulit: deſideratis è ſuis ſolummodo ducentis: inter quos nullus è nobilitate repertus eſt. Affirmat autem Princeps, ſolam Germanicorum equitum trepidationem huius infortunii cauſam extitiſſe. *Expugnatio Agriæ, 1579.*

Mahumetes Sultanus exiſtimans expugnatione Agrienſi & prælio Kereſtenſi honori ſuo ſatisfactum, amiſſis optimis ſuis militibus, Ianizaris, Spachioglanis, & Sylarchis, quos Conſtantinopoli ſecum adduxerat, diuiſit exercitum: partemque in hyberna miſit: cum reliquis ſine tympanis, tubis, explicatis vexillis, vllove lætitiæ aut triumphi ſigno, tacitus Conſtantinopolim profectus eſt. Proficiſcentibus inſidiabantur Tranſyluani & Walachi. nam Barbelius Ianuſchius, Tranſyluanicæ militiæ dux, & Vayuoda Walachicus cum inſigni equitatu & peditatu in ſummo ſilentio Danubium traiecerunt, & exercitus Turcici tergum ita carpſerunt, vt ſeptem millia Turcarum trucidauerint. Tandem & viceſimoquarto Nouembris Archidux Maximilianus cum ſex ciſiis Viennam appulit: vbi Burgauiæ vicecomitem, Schwartzenburgium, & alios nonnullos ex Præfectis inuenit. Chriſtiani omnes munitiones Agriæ vicinas incenderunt, diruerunt & reliquerunt. Turcæ verò poſt Sultani diſceſſum magna contentione Agriam reſtaurarunt. Quod reliquum erat anni, deprædationibus, rapinis, incendiis & latrociniis vtrinque conſumptum eſt.

Infauſta apud Kereſtium, Chriſtianorum pugna breuis, ac dilucida narratio per Arnoldum Helium, Medioburgen. Flandr. Sac. Cæſar. Maieſtatis Commiſſarium bellicum, ac luſtrationum magiſtrum, &c. anno 1597.

SERENISSIMVS Princeps Maximilianus, Electus Poloniæ Rex, Archidux Auſtriæ &c. Sac. Cæſar. Maieſtatis ſupremus in Hungaria Imperator, expugnata iam atq; funditus exuſta Hatuania, dum

Pugna ad Kereſtinum, 1597. prope Watziam caſtra metatus eſſet, inſigni rerum bene gerendarum deſiderio accenſus, atque inflammatus, Conſiliariis bellicis ad hoc ſimul conuocatis, generoſos, ac vere tali principe dignos animi ſui conceptus aperiendos, ſed & effectui mandandos, ſi ita videretur, exiſtimauit. Itaque ſummam temporis rationem, ne ſine fructu præterlabatur, habendam eſſe, oblataſque proſperas occaſiones minime negligendas: ipſam cœli temperiem inuitare ad facinus aliquod magnum ac memorabile: non permittendum tam maſculum florentiſſimi exercitus robur otio, atque deſidia eneruari: arripiendam expeditionem aliquam præ manibus, præſertim quum Tata, Pappa, Veſprimium, Alba regalis, D. Martini mons, Iaurinum, cæteraque vicina loca perpauco præſidio munita ſint, atque nonnulla ex iis haud difficulter recuperari poſſe videantur: deliberaſſe itaque ſe, ac firmiter decreuiſſe, vtilem aliquam Reip. Chriſtia. hoc tempore, operam nauare. Quam Sereniſſimi Regis mentem, omnique laude digniſſimam propenſionem, omnes vno ore, non probare ſolum, ac laudare, ſed etiam quantum fieri poterit, ad feliciſſimos exitus promouere velle pollicebantur. Et iam, nulla interpoſita mora, pontes Comaronii, quibus exercitus Danubium tranſmittatur, ſumma diligentia parabantur, iniunctumque D. Ioanni Perpeſtano, Cæſareo rei tormentariæ Præfecto à ſereniſſima ſua Maieſtate fuit, vt de omnibus iis apparatibus, qui ad obſidionem, atque locorum expugnationem requirantur, mature ſibi cumulateque proſpiciat. Similiter quoque ſupremo exercitus Mareſchallo, D. Adolfo, Baroni à Swartzemberg, vt quam primum exercitum verſus deducat, quo vix peruentum fuit, quum de Agrienſi obſidione, cui ipſemet Turcarum ſummus Imperator intererat, rumores ſparguntur, atq; paulatim ex diuerſis partibus confirmantur. Eodem momento Veredarius Sigiſmundi Tranſſyluaniæ Principis ad Sereniſſimum Regem ablegatus comparuit, ac dictum ſuum Principem (ſi ita Regi videretur) cum ſuo exercitu, quem quadraginta millium aſſerebat, Cæſareo iuncturum promiſit. Tieffembachius quoque, ſuperioris Hungariæ Gubernator, ſuas copias, quæ triginta millium dicebantur, atque annonam etiam, pro vniuerſo exercitu frumentando ſatis liberaliter obtulit. Ad hæc Palfius etiam, cuius in inferiori Hungaria maxima tum fuit authoritas, viginti millia Hungarorum pro ſubſidio pollicebatur. Quibus tam amplis, ac magnificis pollicitationi-

tionibus Sereniſſimus Rex, qui alioqui proprio ſuo motu ad maxima quæque rapiebatur, magis magiſque ſtimulatus, ſerio iam manus cum hoſte conſerere, ac ſortem ſuam cum tam potenti, ac formidato Monarcha prælio, atque armis experiri deliberabat. Quamobrem rurſus Concilium Strigonii cogit, atque has tam liberaliter oblatas ſibi copias, ac conditiones exponit, de quibus nonnulli ſubdubitare, atq; vt verba rebus, cum neceſſitas poſtulabit, reſpondeant, metuere. Tamen quia neminem latebat, quantum vniuerſo Chriſtiano orbi intererat vt mature Agrienſibus ſuccurratur, atque arx illa, quæ iam in periculo verſabatur, contra ferociſſimos Turcarum impetus conſeruetur, omnes vna voce, iunctis viribus, atq; cum vniuerſo bellico apparatu quam celerrime fieri poterit, eo feſtinandum, declarabant. Luſtrato itaque primum exercitu, delectuque habito, Sereniſſimus Rex Trãſyluanum per Veredarium de tota ſua deliberatione, literis certiorem reddit, atq; vt loco, ac tempore iam conſtitutis, vterq; exercitus conueniat, hortatur. Idem Tieffembachio, atq; Palfio nunciat. Sed quia non ita celeriter omnes cõuenire, atq; ſibi iungi poterant, operæpretium videbatur, ſumma cum feſtinatione præmittere Filecum verſus, (quod noſtro præſidio munitũ erat) quaſdam copias, quarum mille pedites ſelecti Agriam deſtinarentur, vt illorum aduentu, opera, atq; ſubſidio recreati Agrienſium animi ſuſtinere obſidionem poſſint, ac aduentum exercitus noſtri facilius expectare. Rebus igitur eum in modum diſpoſitis, Ser. Rex duorum dierum ſpatio, antequam ipſe cum reliquo exercitu ſequeretur, Baronem à Swartzemberg cum copiis ipſi cõmiſſis, præmiſit. Quem tamen in itinere poſtea quarto à motis caſtris die, non ſine admiratione, atq; etiam quadam tarditatis nota, præter ſuam omniumque opinionem, aſſequutus eſt, rurſuſq; vt antea, præmittit. Interim auxiliares copiæ, quæ Agriam deſtinatæ fuere, non mittebantur, donec tandem, ſed ſerius D. Straſoldo nobili Italo, atq; in re militari non infimæ notæ Tribuno, vt quingentos milites, quocunque modo poſſet, in vrbem duceret, atque obſeſſis opem ferret, negotium committeretur, qui in ipſo itinere de occupata iam ab hoſtibus vrbe certior factus, ad ſuos reuerſus eſt.

Pugna ad Kereſtium, 1597.

In hoc itinere totus Cæſaris exercitus ſpacio decem, aut duodecim dierum, extrema annonæ penuria, atque inedia laborauit, vt vel tertia militum pars ſola fame, quum tamen ipſa Regio frumenti

Digitized by Google

Pugna ad Kereſtium, 1597. refertiſſima, omniaque ruſticorum horrea paſſim grano repleta cõſpicerentur, perierit. Huic malo aliud acceſſit infortunium, nempe quod Exercitus per aſperrimos montes, præcipitia, viaſque inuias, & inacceſſibiles duceretur. Tandem vero ſuperatis viarum ac penuriæ moleſtiis, quum paruo locorum interuallo à Tranſſyluano, atque Tieffenbachio, à quibus iam crebri nuncii aduentabant, ſeiungeremur, funeſtiſſimus de occupata per hoſtem Agria rumor omnium animos incredibili dolore percellit, rebuſque noſtris, ac deliberationibus non parum impedimenti attulit. Rex tamen, pro ea, qua eſt, animi magnitudine, prudentia, atque conſtantia, ſpem vultu ſimulans, iter proſequitur, donec cum Tranſſyluano, atque Tieffenbachio iungeremur. vbi, quid vlterius faciendum, cõſultatur, ac tandem paribus votis in eam itur ſententiam, omnem operam, ſtudium, atque induſtriam ponendum eſſe, vt hoſti occaſio præripiatur, ne vlteriores progreſſus faciat, aut vires alio transferat, occurrendum itaque mature, & in poſterum omnes eius conatus omnino reprimendos, & frangendos eſſe.

Decimo octauo menſis Octobris, anni 1596. die, *Sigiſmundus* Tranſſyluaniæ princeps, in caſtra Cæſarea, ad Sereniſſimum regem venit, vt & ipſe etiam Tieffenbachius, quorum copiæ cum noſtris in ſpacioſiſſimo campo, vigeſimo eiuſdem menſis, conuenere. Habebat hic Rex Maximil. equitum Germanorũ decem millia, atq; alios mille Walones ac Weſtphalos, octo vero millia peditum, cum viginti tormentis bellicis. Tranſſyluanus vero primum Equitum Hungarorum millia octo, Germanorum vero, mille quingẽtos, ac totidem Aidones, ſeu pedites Hungaros, ſed maiorem eorum partem plane ruſticam atque agreſtem, vt colluuiem eam potius dixiſſes, quam militarem turbam, quadraginta quoque machinas bellicas ſecum duxit. Tieffembachio aderant equitum ſex millia, atque inter eos magna Nobilium ſuperioris Hungariæ copia, Peditatus quoq; numero vix differebat, qui tamen parui æſtimabatur, præterea Germani pedites circiter mille cum ducentis ſpontaneis, ac veteranis militibus, tormenta vero militaria minora quadraginta.

Palſius etiam circiter ſex Aidonum millia, qui agriculturæ potius, quam militiæ videbantur idonei, equitum vero Huſſarorum millia quatuor, ſecum habebat. Hoc vniuerſum Exercitus noſtri robur, & vires, qui vigeſimo primo in aciem, quantum ſitus

loco-

locorum permiſerat, redactus, hoſtem verſus iter arripuit, vigeſimoq; ſecundo duo milliaria magna per ampliſſimam planitiem cum pulcherrimo apparatu progreſſus eſt. Interim primum exercitus agmen, Iaſirium Baſſam cum viginti Ianiſſarorum, ac Tartarorum millibus Kereſtii iam eſſe, cuius ipſe ſitum per ſe, ac natura firmiſſimum, vti prior occupauerat, ſtudio, atque artificio, nec non triginta machinis bellicis muniiſſet, reliquum vero copiarum Turcicarum in caſtris adhuc prope Agriam hærere, percepit. Hic de occupando eo ſitu, hoſtibusq; pellendis agitur, atq; conuenitur. Itaq; vigeſimo tertio vniuerſus exercitus rurſus in aciem, quod quidem per locorũ aſperitatem non ſine magno labore, ac moleſtia fieri poterat, diſpoſitus pedetentim mouetur, rectaque verſus hoſtem via tendit. Hunc quum noſtra frons, qui nos animo deliberato expectabat, offendiſſet, ſummus vigilum Pręfectus cum Belgicis aliquot equitum turmis velitari pugna congreditur. Idem Tieffenbachius cum ſuis. ſub noctem vero, auctis noſtrorum aduentu paulatim viribus, tandem vno impetu in hoſtem irruitur, quem vi noſtri expellunt, ſitum loci, cum viginti machinis bellicis, atq; duobus equitum vexillis maiuſculis occupant, cæſis circiter centum Ianiſſaris, reliquis vero fuga ac noctis beneficio elapſis, ac ſaluis. Exercitus interim noſter, qui propter itinerum injurias, atque difficultates needum aduenerat, in campis tumultuarie, atque incredibili frigoris aſperitate, totam eam noctem incommodiſſime perduxit. Poſtero die ſummus Mareſchallus aſſumpto ſecum vigilum Præfecto, atque Equitatus noſtri parte, ad explorandum locum caſtris metandis idoneum, ſituq; firmum, egreſſus, Tartarorum quaſdam cohortes fortuito occurrentes in fugam compellit, eosq; Vigilum Præfectus aliquamdiu inſequutus tandem ad Mareſchallum reuertitur, qui cum duobus equitum millib. caſtra poſiturus egrediebatur. Exercitum vltra vicinas paludes medio fere miliari, propter maiorem aduehendæ annonę, lignationis ac pabulationis cõmoditatem, educendã, contra plurimorum opinionem: Situm vero loci iam à noſtris occupatũ, propugnaculo muniendum, ac conſeruandum, exiſtimauit. Non deerant interim, qui nequaquam cunctandum, ſed recta ad hoſtes pergendũ, & collato pede, de ſumma rerum decernendum arbitrarentur, multiq; in diuerſas opiniones, ac ſententias rapiebantur. Interea quidam ex hoſtium caſtris fuga elapſus adducitur, atque Turcarum

Pugna ad Kereſtium, 1597.

Pugna ad Kereſtiuni. 1597. exercitum ad nos properare, vno tantum miliari abeſſe, circumfuſa acie ſigna nobis inferre, apertoque Marte omnino decertare velle, nunciat. Quo rumore commotis nonnihil noſtrorum animis, caſtra ex hac parte metanda, ac retinenda, neq; ſitum firmiſſimum temere deſerendum, nec exercitum incōſiderate periculis, atq; fortunę ludibriis exponendum videbatur, quod ipſo quoq; momento ratum habitum, totiusq; exercitus curribus extemplo circumuallatus, tutiſſimeq; contra hoſtis impreſſionem munitus eſt. In ipſo tranſitu, atq; ſitu paludoſo, reliquiæ diruti templi ſupererant, quę quod caſtris noſtris vicinæ eſſent, ſine magno labore firmari poterant, hoſtique aditum præcludere, quem tamen apertum plurimi conuenire exiſtimabant, atq; collatis ſignis potius coeundum opinabantur. Dum hæc ita ſe habent, hoſtis vigeſimo quarto, cum numeroſiſſimo exercitu ſe nobis exhibuit, atque ſub aſpectum noſtrum tentoria figit, caſtra ſua ex altera paludum parte, ſic vt vtrumque exercitum ſolus loci ſitus dirimeret, metatus eſt. Quod quum Rex vidiſſet, de primatum opinionibus ac ſententiis, pręſertim vero quid Tranſſyluano videretur, inquirebat. Ille multis, ac maximis, quas paulo ante in Tranſſyluanię finibus adeptus erat, victoriis ac triumphis elatus, præceps ad prælium, ſine cunctatione, rapiebatur, quod differendum potius adhuc, plurimi ſentiebant, atq; hoſtibus, ſi ad nos cogitarent, ad decem millia liberum tranſitum relinqui poſſe, & cū iis comœdię prologum auſpicandum eſſe. neq; omnino vanos hoc habuit ſucceſſus, quū tria tantū millia pellicendis noſtris trāſmiſſa, dicto citius à nobis fuſi, fugatiq; fuere, quod à ſuis, qui in acie ſtabāt, tanquam rerum ſpectatoribus aperte videbatur. Illi quoq; noſtros, qui vltra paludes ſerra præliabantur, repreſſere, atq; maioribus tormentis, ſine damno tamen, perculere, quod ad ipſam noctē vtrimq; perdurauit. Poſterus dies, qui vigeſimus quintus erat, velitaribus quoque pręliis vltro citroq; habitis, ſine magno tamen diſpendio totus conſumptus, equites pręſertim defatigauit: quo viſo, ſinguli quodammodo iudicabant, ad manus veniendum, paucis exceptis, qui ſaniori mente, atque conſiliis hoſtium vires cunctando potius, quam pugnando ſuperandas, aſſerebant, nobis de annona, atque commeatu, rebusque omnibus abunde iam proſpectum, atq; etiam in ſingulos dies ex omni parte cumulatiſſime proſpici; contra, hoſtibus omnia deeſſe, ſumma rerum omnium inedia eos laborare, pabula-

bula-

Digitized by Google

bulationem etiam, niſi cum maximo incommodo fieri diutius non poſſe, omnia conſumpta, omnia iam exhauſta eſſe, neque aliunde quicquam expectari, fame, ac penuria, ſed & mora, ac tædio coactum iri, vt cum perpetua infamia vaſa colligat, fuga ſalutem quęrat, in qua etiam à noſtris ſine periculo, cædi, atque deleri penitus poſſit. Quod quum à ſummis, ſapientiſſimisque Præfectis, ac Tribunis maxime probaretur, decretum fuit, hoſtem ex hac parte expectare, neq; quenq̃ amplius fortunæ, niſi quũ ſumma neceſſitas poſtularet, cõmittere. In primo itaq; aurorę diluculo diei ſequentis, qui 26. erat, in aciem totus exercitus diſponitur, hoſti rurſum tranſitus liber, ſed non ſine callida cautela, relinquitur, ille cum quatuor Tartarorum, ſex Turcarum equitum, peditumque Ianiſſarorum millibus inconſiderate ad noſtros tranſit, qui omnes mature à noſtris cæduntur, quadraginta machinæ bellicæ, cum multis captiuis adducuntur, ſtatimq; in ipſo proſpero ſucceſſu laſciuientes noſtri vna voce triumphum, ſed ante victoriam, canunt, hoſtem tumultuaria confuſaq; multitudine, contra Regium decretum, inſequuntur, cędunt, fugant, rectaque ad hoſtilia tentoria in prædas, ac ſpolia feruntur, fruſtra Rege, cæteriſque magnatibus receptui canentibus, atq; continere reliquos volentibus, tantus vel pugnæ, vel rapinæ potius ardor omnes inuaſerat. Et iam ad ipſa Turcici Imperatoris tabernacula ventum erat, quum in atenata illic maxima tormentorũ militarium vis à vigilibus in noſtros diſploditur, ac repentino tumultu, metuque omnium animos percellit, inſuper Cigala cum poſtremo Turcici exercitus agmine, quod integrum adhuc erat, in noſtros à latere irrumpit, cædit, fugat, ac panico terrore vniuerſos ita replet, vt nemo confuſam hanc, atq; conſternatam militum turbam à fuga reuocare, aut in ordinem, aciemue redigere vnq̃ potuerit, hoſtib. ad ipſum iam toties dictum tranſitum vix inſequentibus. Rex interim viſo tam luctuoſo, atq; infelici rerum ſucceſſu, auelli à periculo nolens, mortẽ potius q̃ fugam amplecti ſtatuerat, inuitusq; tandem, deſperatis iam rebus, ac maxima cum difficultate, ſalu⁹ adhuc, atq; incolumis à ſuis abripitur, atq; Caſſouiam perducitur. Hic eſt illius funeſtæ, atq; vniuerſo orbi Chriſtiano deplorandę ad Kereſtium pugnæ longe infeliciſſimus exitus ac finis. Quod ſi vero in ipſa fuga, milites ad caſtra noſtra, quæ contra omnem hoſtium vim, atque impreſſionem tutiſſima fuere, ſeſe recepiſſent, neque certum in fuga periculum, ſi hoſtis inſequutus fuiſſet, dementes potius

Pugna ad Kereſtium. 1597.

Pugna ad Kereſtium. 1597.

elegiſſent, facile reparatis viribus, damna reſarciri, atq; etiam adhuc de hoſte iam exultante victoria potiri potuiſſemus. Magna tamen equitum, peditumque noſtrorum copia in caſtris à fuga ſubſtitit, vireſq; recuperauit, ſed deſtituta pleraq; tribunis ſuis, atq; præfectis, qui iam cum reliquis fuga elapſis euaſerant. Circa mediam fere noctem fortiſſimus Princeps Marchio Burgouius, in hac ipſa rerum confuſione, ac deſperatione, cum Ioanne Perneſtano in territorio Palfiano de reliquiis exercitus colligendis, tormentis atque apparatibus bellicis, cæteriſque rebus maxime neceſſariis, deuehendis conſultauit. ſed quum ſe equis, qui hactenus rei tormentariæ vehendæ deputati fuerant, deſtitutum videret, atque nihil iam vltra remedii ſupereſſe, omnibus, quotquot in caſtris reliqui erant, mandauit, vt ante auroram exeant, relictis quibuſdam tentoriis, focisq; accenſis, ne quid hoſtis de deceſſu ſuſpicaretur, atque ſe itineri credant. Tormenta vero militaria noſtra, ſimul cum iis, quæ hoſti prius adempta fuere, multiſque curribus vacuis, atque caſtrenſi ſupellectile vilioris pretii, hoſtibus relinquebantur, cætera à noſtris direpta atq; ablata fuere.

Strages vtrimq; maxima, & cęſorum ingens numerus: victoriam tamen ex mera noſtrorum, atque inconſiderata inſolentia, ac conſternatione, ab hoſte ſtetiſſe, omnes boni & prudentes deplorarunt. Faxit ille Opt. Max. vt ſaltem cum piſcatoribus icti ſapiamus, ac ſecundum regiam Poetæ ſententiam, aduerſa capiamus, hoſtiſq; in poſterum experiatur,

————— quoq; ſit dubius magis
Status, & cadentis imperi moles labat,
Hoc ſtare certo preſſius fortes gradu.

In Agriæ expugnationem, & infauſtum apud Kereſtium Chriſtianorum cum Turcis conflictum.

CVnctando potuit rem reſtaurare labantem
Maximus ille olim Romulidûm Fabius:
Ipſe quoq; Hetruſcum properando Cocles in hoſtem,
Roma tuo potuit conſulere Imperio.
At nos, inuitet licet ipſa occaſio, contra
Rem male cunctando perdimus, & patriam.

Agria

Digitized by Google

Agria teſtis erit, quam nuper vidimus hoſti
(Vah pudeat) noſtra ſuccubuiſſe mora.
Aut ſi forte etiam in pugnam properamus, & arma
Rem properando iterum perdimus, & patriam.
Ac velut imbelles à cæſo cædimur hoſte,
Et damus infami terga inhonora fugæ.
Vis verbo cauſam? galeatos vndiq; dicas
In bellum lepores currere, non homines.
Degeneres nec libertas, nec patria, nec Diis
Grata queat pietas pugnę animaſſe animos.
Neſcimus, quid ſit rerum experientia & vſus,
Et belli leges, & modus & ratio.
Et tamen innumeras æraria publica turmas,
Et tot ferratas, perſoluunt acies.
Sic propria, ſit magna licet, vis conſilii expers,
Mole ruit pronum ſemper in exitium.

A. H. M. F.

Iaurini recuperatio. 1598.

IAVRINI IN HVNGARIA XXIX. MARTII, IPSA PASCHAtis octaua, Anno 1598. feliciſſime recuperati, deſcriptio per Hier. Arconatum.

QVis nouus exoritur per totam nuncius vrbem?
Vnde repentinę iubila lætitiæ?
Iaurinum à noſtro tribus horis milite captum
Aut quatuor, tenebris nocte ſilente nigris?
Commentum vani puto vulgi, fabulam inanem:
Ecquis enim tantum credere poſſit opus?
Iaurinum, quo vix locus eſt munitior vllus
In tota Europa, mœnibus, arte, ſitu,
Tam valido quod Turcarum ſeruatur, & acri
Pręſidio, in noſtras poſſe venire manus,

Digitized by Google

Iaurini recuperatio. 1598.

Tam celeri ſtudio, tam paruo tempore, tamque
Viribus exiguis, pol, reor eſſe iocum.
Iſte fidem ſuperat rumor, diſcedite veſtris
Cum nugis, non me, ludificate alium.
At iocus hic non eſt, non ludus, fabula nulla,
Nullum cōmentū̃, res ita prorſus habet.
Cuncta poteſt hominum prudens ſolertia, quando
Rite accerſitus promouet acta Deus.
Ergo mihi dic Muſa quibus virtutibus, aut qua
Mœnia Iaurini vi potuere capi.
Dic mihi Muſa virum, tanti qui ſtrenuus auctor
Facti: tale nihil ſæcula priſca notant.
Cæſaris inuictam pridem cura anxia mentem
Torſerat, Hungaricum qua ratione ſolum
Redderet à Scythica tutum feritate, propinquis
Erigeretq; focis otia preſſa diu.
Illi non leuiter pectus iactura premebat
Iaurini, ſine quo nulla futura ſalus.
Attentos igitur fratres iubet eſſe ſerenos,
Et reliquos belli militiæq; duces.
Iaurinum recipi quouis conamine mandat,
Tentandam ſortem Marte vel arte putat.
Rem tandem aggreditur memorandis inclitus auſis
Heros, qui à Nigro nomina Monte tulit.
Ille implorata cœleſti Numinis aura,
Quicquid opus facto, clam taciteque parat.
Hic vbi Danubium pulcer Vagus influit, amne
Et Comaronum tingit vterq; ſuo.
Inde mouet cum ſelecto Schwartzbergius audax
Milite, cui magnos fecerat ante animos.
It comes & ſocius, patriis pręclarus in armis
Palſius, & forti pectore munus obit.
Paſſim occurrebant fluuii, vaſtæq; paludes,
Nauibus at ſtratis has cito traiiciunt.
Iam medium cœli Phœbe ſuperauerat axem,
Lumine perfundens liquidiore polum,

Ardua

Digitized by Google

Ardua quum coram Iaurini mœnia cernunt, *Iaurini recuperatio. 1598.*
Atque illis ſubiti cauſa timoris adeſt.
Namque verebantur ne viſi forte Getarum
Excubiis, dignum laude nihil facerent.
Adde quod edebant latratum iugiter omni
Parte canes, galli multiplicemque ſonum.
Non tulit Omnipotens obſtacula; protinus albæ
Inuoluit Lunę nubibus ora nigris.
Concitat Æolio demiſſos carcere ventos,
Per quos audiri vox ſtrepitusue nequit.
Mira Dei bonitas, mira indulgentia: pergunt
In tenebris noſtri liberiore gradu.
Ad portas veniunt, çratas intus, & amplo
Obiice firmatas, omnia tuta vident.
Appendunt inſtrumentum mirabile, Galli
Pettardum à crepitu ſiue fragore vocant.
Nec mora, ſubiiciunt flammam: ceu fulmine quaſſę
Horribili, portæ comminuuntur humi.
Perrumpunt, foribus fractis, ardore cohortes
Cęſaris immenſo, tympana pulſa tonant.
Dant litui ſonitum; replet loca cuncta tubarum
Clangor, vbiq; feris ictibus arma crepant.
Cæduntur vigiles malecauti limine primo;
Occupat hinc plateas miles, & inde forum.
Interea reliqui turbato tela ſopore
Obuia feſtinant ſumere quæque manu.
Ipſe loci Præſes ſpirans irasque minasque
Proſilit in mediam cum ſociis aciem,
Intrepide contra pugnat, gemino enſe reſiſtit
Fortiter, & noſtros vrget, agitq; retro.
Non impune tamen tulit hoc: audacia Baſſam
Cum ſociis ſubito perdidit iſta trucem.
Vabecurtus ei pectus tranſuerberat haſta,
Et trepidum exerto deiicit enſe caput.
Sed nihil à duro certamine turba remittit
Barbara, fit cędes maior vtrinq; modo.

Digitized by Google

Iaurini recuperatio, 1598.

Hos capiendæ vrbis ſtimulat ſpes firma, ſed iſtos
Perdendę exagitat ſollicitudo furens.
Exundant fuſo prope compita cuncta cruore,
Hic capita auulſa, hic brachia ſecta fluunt.
Agmina cogunrur iam cedere Turcica retro,
Et capere hac illac inferiora fugam.
Mox iterum in Circo concurrunt vrbis aperto,
Atque alacri niſu prælia dira nouant.
Mittitur ad nubes nitrati pulueris igne
Pars alibi, miſeris tota peruſta modis.
Pars tutam fore ſe vallata ſperat in arce,
Sed fruſtra, infeſtis pellitur inde globis.
Singula quid referam? tandem Victoria noſtris
Obuenit, & Turcas vltima fata manent.
Occubuere neci properatæ mille trecenti,
Paucis mancipiis vita relicta fuit.
Hæc ita dum quatuor, vel quinq; geruntur in horis,
Exortus roſeo lumine Phœbus erat.

Dominica in albis.

Atque hæc illa dies DOMINI fuit alba, ſuos qua
Occluſis adiit diſcipulos foribus.
Nimirum quoque nunc Chriſtus perfringere poſtes
Nouit, & ignotas ire redire vias.
Sic Iaurinum igitur propere, Chriſto auſpice captum
Redditur imperio magne Rudolphe tuo.
Cumque illo nobis redduntur gaudia mille,
Redduntur nobis commoda mille ſimul.
Fac Pater omnipotens, cum nato, & flamine ſancto
Nuncius vt talis ſæpe venire queat.

Sereniſſimo Principi, D. MAXIMILIANO
Archiduci Auſtriæ. &c.

OBſidet innumero Iaurinum milite Sinan,
Poſtque dies multos obſidione capit.
Maxmiliane tuo nutu Schwartzbergius heros,
Colligit hinc paruam, colligit inde manum.

Iauri-

Iaurinum aggreditur, tribus horis occupat, hoſtem *Iaurini recuperatio, 1598.*
Atque reſiſtentem fortiter enſe domat.
O facinus ſemper magnum! O memorabile! Iuli
Cæſar, quid porro grandia verba ſonas?
Laude ſua obſcurant (fas dicere?) Maxmilianus
Et Baro Schwartzbergus pol decus omne tuum.

Hier. Arcon.

Diuo Rudolpho II. inuictiſſimo Romanorum imperatori, Hungariæ ac Bohemiæ Regi Sereniſſimo, &c. Domino meo Clementiſſimo, ob recuperatum Iaurinum 29. Martii, Anno 1598.

NVmen *Adeſt* nobis placidum: pulſa æthera votis
Diue *Rodulphe* piis, te plebes fida ſequetur.
Namque licet diuina tuis præſentia rebus
Adſit vbique, Deus patriis te contegat alis,
Stet pro te, Regnoque tuo, Regnique colonis:
Nunc tamen exſeruit ſeſe manifeſtius omni
Speque fideque hominum, tanto illa potentia maior,
Quanto nos reuereri animo aut ſperare minores.
Ecquis enim vallatam Vrbem tanto aggere, tantis
Denique circumducta auſit munimina foſſis
Exigua tentare manu? quis ab hoſte ſuperbo
Tot ſpoliis, deuicta Aſia innumeriſque trophæis
Graſſatore fero repetat ſine milite prædam?
Quis belli ſedem eripiat, Regnique columnam?
Iaurinum ereptum eſt vi Numinis, alite fauſto
Cæſaris: vni ingens victoria debita cœlo.
Tollite laude Deum, magni quicunque Rodulphi
Nomen honoratis; res ſaluo hoc Cæſare ſalua eſt.
Dicite grata Deo, ſceptrum quicunque Rodulphi
Obſequio colitis. Viuemus Cæſare viuo.
Quod fruſtra ſummis repetitum viribus olim,
Nunc captum eſt paruis, Ioua adſpirante labori,
Iaurinum auxiliis, ſublataque gloria cœlo.
Fundite vota Deo, vitam quicunque Rodulpho

Iaurini recuperatio, 1598.

Experitis, noſtra hoc Libertas vindice conſtat.
Speremus meliora Deo duce & auſpice, vobis
Ille ſalutiferam demittet ab æthere dextram
Omne in diſcrimen caſuſque inuictus in omnes.
Vidimus, immenſo ſtudio quum humana parantur
Præſidia, vt Domini manus inuictiſſima bello
Spem noſtram in melius tulerit, patriæque ſalutem.
Sic, Deus, æternum noſtris conatibus Adſis
Dexter, vt erecti meritis, ad ſidera Numen
Laude, pioque tuum tollamus carmine Nomen.
At tu, Magne Pater Patriæ, cui militat æther,
Signaque adorati famulantur euntia cæli,
Viue Rodulphe díu, atque Dei virtute triumphos
Victor age innumeros, vt qui trepidauimus hoſtem
Ante, tuo auſpicio victum adſpiciamus ouantes,
Autoremque Deum vnanimi pietate colamus.

Georgius Carolides à Carlſperga,
P. C. gratul. ponebam.

Digitized by Google

TROPHÆA
DE IAVRINO PRO-PVGNACVLO PANNONIÆ ET TO-tius orbis Chriſtiani longè maximo, plus quam miraculosè recuperato,
AVSPICIIS
JMP. CÆS. RVDOLPHI Secundi Pii, Felicis, Jnclyti, Victoris ac Triumphatoris ſemper Augusti, &c.

Auctore


NICOLAO REVSNERO LEORI-NO, COMITE PALATINO CÆSAREO, & Conſiliario Saxonico, Cum eiuſdem argumenti Epigrammatis aliorum au-ctorum.

IDYL.

Digitized by Google

IDYLLION

DE CORVO ET AQVILA.



Corvvs ſe volucrum turbæ ſubduxerat: eſcas
Captat vt impuras ſeruidus ore Canvm.
Indignata Aqvila hunc volucrum Regina vagantem
Corripit vngue: premens effera colla Canvm:
Hic domus, hic patria eſt (ait) hoc in caſtra reducto:
Diſce Aqvilae melius iam fidem habere tuæ.

N. R.

TRO-

TROPHÆA DE IAVRINO PLVS QVAM MIRACVLOSE RECVPERATO,

Modulata à

NICOLAO REVSNERO
Comite Palatino Cæſareo.

Iaurini recuperatio, 1598.

I.

Ad Rudolphum II. *Rom. Imp. Auguſtum.*

TRISTIS erat capto Iaurino Pannonis ora:
Non vi,ſed fœda deditione Ducis.
Triſtis erat pariter Germania:triſtior inde,
Agria vi tandem quod quoque capta fuit.
Triſtitiæ partem captum virtute leuarat
Strigonium,Caroli Producis auſpiciis.
Cætera quid memorem?Chriſto duce & auſpice Chriſto
Nil deſperandum ſat monet ipſe Deus.
Non vis aut numerus,tandem bona cauſa triumphat:
Sit modo dux præſens Chriſtus,& ipſe Deus.
Quis putet?armipotens vindex Deus ipſe piorum;
Dum nihil eſt toto pectore conſilii:
Chriſtiadum victus tandem prece ſupplice;ſæuas
Tot quando ſpiras,perfide Turca, minas:
Conſiliis armans & bellipotentibus armis
Cæſarianorum pectora fida Ducum:
Proditione prius Iaurinum deſide captum,
Pannoniæ ſemper nobile præſidium:
Præter ſpem votumque pii(memorabile!)cœtus:
Subiugat Auguſti Cæſaris imperio.
Gaude Cæſar iò!nil Chriſto triſte recepto:
Si Deus eſt præſens,quis tuus hoſtis erit?
Fidus adeſt adſitque ſui Deus optimus auctor
Cæſaris,& ſacri tutor vbique gregis.

Digitized by Google

Iaurini recuperatio, 1598.

Illius in manibus rerum ſtat ſumma poteſtas:
Si volet hic, vinces: ſi volet ille, cades.
Sed vinces potius: pro te ſua iam mouet arma:
Pro Chriſto & Chriſti pugnat & ipſe grege.
Et faciet: modo nos gratos, vitiiſque remotis
Si ſimul innocuos & iuuet eſſe pios.

II.

Ad eundem Cæſarem.

Auſpiciis Rudolphe tuis dum maxime Cæſar
Iaurini repetit nobile præſidium,
Feruidus ingenio, belloque expertus Adolphus;
Montis qui Nigri nobile nomen amat:
Peruoluat expanſis comes (en!) Iouis armiger alis
Æthera, quæ pedibus fulmina miſſa gerit.
Magnus adeſt numerus Coruorum rite ſonantum:
Quos Aquilæ comites cœlitus eſſe iuuat.
Palladis ales adeſt quoque forti à milite capta:
Cedat & vt bene res, Noctua nocte volat.
Sed nec abeſt pietatis alumna Ciconia multa:
Aerios nidos rurſus, vt ante, parans:
Turcica barbaries quas impietaſque fugarat:
(Ah ſuperet Pietas! ah cadat Impietas!)
Apparent leporis pauidi hic veſtigia nulla:
Præda frequens licet hac itque reditque lepus.
It miles tacitæ per amica ſilentia Lunæ:
Tutus & hoſtiles nil timet inſidias.
Cætera quid memorem? Tibi Cæſar militat æther:
Militiæque fauent ventus & aura tuæ.
Nempe bonis auibus, Diis & plaudentibus ipſis,
Iaurini recipis nobile præſidium.
O factum bene! ſunt aliquid præſagia veri:
Auſpiciiſque ſacris omen ineſſe ſolet.
Ipſe ſuæ memor (en!) virtutis conficit hoſtem:
Inque ſuo mactat ſanguine turpe pecus.
Barbaricis ouat exuuiis generoſa iuuentus:
Securaque refert parta trophæa manu.

Cinge

Digitized by Google

Cinge triumphali victricia tempora lauro
Cæſar iò! Cæſar,dicite,viuat iò!
Viuat iò! belli Dux Maxmilianus, Adolphus
Viuat iò! Victor,dicite, Viuat iò!
Auſtriadum nomen terris fatale regendis
Viuat iò!ſacrum Viuat iò Imperium!
Tuque potens veri Pæan,nullumque futuri
A ſuperis cela,lætior vſque diem.

Iaurini recuperatio, 1598.

III.

Ad Adolphum Baronem Schwartzebergicum.

PLus bello Mars an Ars poſſit Adolphe gerendo:
Exemplo monſtras tu,Baro magne, tuo.
Scilicet es Martis ſimul & bonus Artis alumnus:
Facta probant, quam ſis Marte vel Arte bonus.
Marte vel Arte ſimul pugnare in Vtramque paratus:
Palladis & vere pullus es armigeræ.
Plus tamen Arte doces vinci,quam Marte, videndo
Iaurinum Scythico cautus ab hoſte capis.
O facinus magnum,& longo memorabile ſeclo!
Et quo vix tota clarius hiſtoria.
Vincit vim virtus:vincit ſapientia robur:
Et bene, conſilio quod geritur,geritur.
Vnus ſic Fabius cunctando reſtituit rem:
Conſul ſic vincit,Roma,ſedendo tuus.
Milite Sulpitius circumdatus vndique multo:
Nempe ſedens,fuſo milite,victor abit.
Sic Cæſar venit,vidit,mox denique vicit
Iulius:aſt haud vi,ſed magis arte potens.
Tu quoq; magne Baro,nõ Marte, ſed Arte triumphas:
Marte ferox quamuis,& ſimul Arte catus.
Veniſti,ſimul ac vidiſti(quis putet?) ecce
Viciſti,magni numinis auſpicio.
Plus eſt conſilio,quam vincere Marte:voluntque
Haud vi res magnæ,ſed magis arte geri:

Iaurini recuperatio, 1598.

IV.

Ad eundem illuſtrem Baronem

DE VABACVRTIO HEROE.

Magno animo magnum facinus Vabacurtius heros
Aggreditur:magno denique conſilio.
Quod gerit,omne gerit,te magno tutus Achate,
Magne Baro:magna perficit inde fide.
Miſſa volans forti dextra non irrita tela:
Tormentum Pataræ penitus omne domat.
Quod cupit(ecce!)capit,ceu telo Procridis,ipſe:
Quis putet?en! Scythico victor ab hoſte redit.
Palladis haud clypeo latitans,Orcive galero:
Præſidio tutus,dux bone Chriſte,tuo.
Nunc Dauidis melos(en!) Delector,gaudeo,lætor,
Perſonet omne ſolum,perſonet omne ſalum.
Ardua ſollicitis victoria quæritur armis:
Conſilio haud aliud tutius eſſe poteſt.

V.

Ad Coruum Tutelarem Principum.

Corue ſacer, Phœbo gratiſſimus ales & oſcen:
Quique in tutela Principum adeſſe ſoles:
Magnus Alexander,dum tendit ad Ammonis ædem,
Te comitem agnouit nocte dieque viæ:
Quem ſimul à mortis gaudes reuocare periclo:
Prodigus ipſe ſui dum Babylona petit.
Te fidum ſenſit comitem ſibi Marcus & olim,
A te Coruini qui bene nomen habet:
Cui,dum cum Gallo certat trepidante duello
Fortis,in hoſte ferox,auxiliaris ades.
Te Cæſar ſimul Auguſtus,te Druſus amauit:
Nempe ſalutator cuius & eſſe cupis.
Ante pedes ſtans Seruatoris nomine gaudes
Tu Conſtantini Cæſaris eſſe comes.
Te rex Pannoniæ Coruini nomine dictus
Fidum habuit comitem Martis vbique ſui.

Annu-

Digitized by Google

Annulum habens roſtro, cui das inſignia gentis; *Iaurini recuperatio. 1598.*
Augurium regni dum capit ipſe tui.
CORVE ſacer, longa ſuperis digniſſime vita:
Preſſus at (heu!) nimium nuper ab hoſte fero:
Ecquid adhuc gaudes TVTELA CÆSARIS almi?
Ecquid adhuc AQVILÆ vis bonus eſſe comes?
Auſpiciis cuius liber modo factus, in orbe
Peruolitas celſa tutus vbiq; via.
Sic reor, & ſi quid poſſum, ſic auguror: ipſe
Augurium firmet, qui regit aſtra, DEVS.
Sis AQVILIS toto ſemper victricibus orbe
Et comes, & capitis TVTOR vbiq; ſacri.
Sic CONSERVATOR, bene conſeruatus & ipſe,
Rite ſacri CORVI nobile nomen habes.

VI.

De eodem Coruo Pannonico Idyllion.

PAnnoniç gentis cuſtos fidiſſime CORVE,
Semper & o AQVILÆ ſuſpiciende comes:
A CANE barbarico, luſtro non amplius vno,
Captus, & (heu!) cauea preſſus vbiq; latos.
Anxius (heu!) animi ſperas metuisq;: ſed oſcen
Fidus adhuc AQVILÆ diſcupis eſſe comes.
Mutus & elinguis ferme iam factus & exſpes;
Ipſe tamen melius CRAS fore ſemper ais.
Alituum Regina, Iouiq; AQVILA arma miniſtrans
Liberat à cauea te CANIS (ecce!) feri.
Liberat à cauea, ſimul & CANIS horrida colla
Impetit, ac ſociat te ſibi rurſus auem.
ADSIT (iò!) tibi CORVE Iouis fidiſſimus ales:
A CANE barbarico tutior eſſe potes
ANGVLVS (heu!) DVRVS nimium tibi ceſſit iniquus:
Tutius in NIGRO VIVERE MONTE voles.

VII.

IN EVNDEM.

DVm ſitit à canibus tentus, molimine longo
Armigero Iouis (en!) ſub duce, CORVVS aquat.

Iaurini recuperatio. 1598.

CORVVS aquat, canibus potitur viuo amne fugatis:
Poſt bellum auxilium cœlitus omne venit.

IIX.

AD IAVRINVM.

TEutona ſeu CORVI tibi vox placet inclyta ſacri:
Quod placuit Regi ſymbolon inde tuo:
Seu tibi proximior fluuius dat NARRABO nomen:
ARRABO ſeu regni ſis quod & ARRA tui:
ARRABONAM ſic Antoninus nuncupat olim:
Sis BONA Pannonici nempe quod ARA ſoli.
Seu veteri mauis IAVRINVM voce vocari:
Seu quouis alio nomine forte clues.
Pannoniæ murus per ſecula multa fuiſti
Hactenus: arx regni præſidiumq; tui.
Capta ſed (heu!) Turcis vrbs deditione nefanda,
Protinus amittis, quod fuit, omne decus.
Romanis AQVILIS iterum nunc libera facta;
Concipe iam pleno gaudia lęta ſinu.
Iamq; magis vigila, regno ſimul & tibi ſoſpes:
Soſpite qua ſoſpes Pannonis ora manet.
Quod ſis, eſſe velis: & ſis, quod deniq; poſſis:
Hactenus & malis, quam quod es, eſſe nihil.
Sis, precor, ò rerum felix tutela ſalusq;:
Præſidium regni ſis maneasq; tui.
Sis BONA ſis, precor, ARA tuæ, ſis ARRABO gēti:
Multus & intereat ſub pede Turca tuo.
Sis Mahometigenis timor, & ſis hoſtibus horror:
Tu potes & patrię murus & eſſe decus.
Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt:
ARRABO dum rapidis mœnia radet aquis.
Dum CORVVS, Regum felix tutela ſalusq;,
Pannoniæ regno ſymbola ſacra dabit.

IX.

IX.

Iaurini recuperatio. 1598.

AdRVDOLPHVM II. Cæſarem Auguſtum.

De I A V R I N O *vna cum Dacia vniuerſa ſimul ac ſemel diuinitus recepto.*

ROmanos rerum dominos viciſſe ſedendo
Fama vetus loquitur, ſcriptaq; priſca docent:
An non hoc monſtri ſimile eſt? non deſidis, inquis,
Militis, aſt magis eſt vincere fortis opus.
Deſine mirari: præſtat RVDOLPHVS id ipſum,
Romani Cęſar maximus Imperii.
Subiugat ex vna ARRABONÆ inſuperabile caſtrum:
Totius Imperii nobile præſidium.
Subiugat ex alia duo regna potentia parte,
Cognita Traiani Cæſaris imperio.
Subiugat hæc (inquam) non vi, non Marte cruento,
Nec prece, nec precio, barbaricoue metu:
Sed pietate, fide, clementia, amore meretur:
Quam vere Princeps eſt bonus orbis amor?
Quin immo nil tale ſuo ſub corde volutans,
Dum ſedet, & patriæ cogitat omne bonum:
Prouidus & regni molimina magna tuetur:
Proq; ſacro vigilans excubat Imperio.
MOESIA ſponte iugum ſubit, & ſubit altera ſponte
DACIA, Pannoniæ conſociata prius.
Tempore ſed longo Turcas experta tyrannos:
Aut qui cum Turcis fœdera dira colunt.
Tot populos, tot regna ſibi ſic Roma ſedendo
Subiugat, & victrix ſemper ab hoſte manet.
ROMA triumphatrix orbis, pulcherrima rerum:
Totius mundi deniq; facta caput.

D. RVDOLPHO II. Romanorum Imperatori Auguſto,

De IAVRINO plus quam miraculoſe recuperato ſubmiſſe gratulatur.

MARCVS

Iaurini recuperatio 1595.

Marcus Gerſtenbergius D. Sereniſſ. Pro Electoris Saxoniæ Cancellarius.

CAptus erat CORVVS, non vi, ſed deditione:
Dum Cuſtos iuſſum non facit officium.
Hunc AQVILA eripuit, non vi, ſed calliditate,
Et poſtliminii munere reſtituit.
Vis aſtu regitur: res Marte vel arte gerenda eſt:
Mole ruit propria vis ſine conſilio.
A DOMINO factum eſt oculis mirabile noſtris:
Fauſtum, quicquid aget, cui Deus ADSIT, erit.
Macte AQVILA hac virtute! iugum pertæſa tyranni
Pannoniæ exſpectat Regia vindicias.
Millibus haud opus eſt multis: tranſcendere muros
Cum Domino facile eſt: perfide Turca caue.
Non AQVILAM imbellem vidi generare columbam:
Cui dedit in volucres Iuppiter imperium.
Nil proſunt foſſę aut muri; nil claudere portas:
Omnia diuinæ peruia ſunt AQVILÆ.

In eundem.

De recuperatione Tranſſyluaniæ & Wallachiæ.

DEſine mirari, Romam potuiſſe ſedendo
Vincere: RVDOLPHVS nunc quoq; præſtat idem.
Magnanimus Cęſar RVDOLPHVS & arbiter orbis:
Romani Princeps maximus Imperii.
Illius acceſſit geminata prouincia regno:
Cęſare non dextrum nempe mouente pedem.
Nimirum gemino victoria digna triumpho eſt:
Contigit hęc nulli gloria Romulidûm:
Quo nunquam venit, quos nunquam vidit, amore
Vicit, & Imperii traxit in obſequium.
Quid faciat pręſens, qui talia fecerit abſens?
Illa ſedens, quidnam regia ſigna mouens?
Tanta eſt Imperii, tanta eſt vis relligionis!
Tanta eſt vis diui nominis Auſtriadum!
Regnum firmat amor: metuendum odere tyrannum:
Nemo diu rigidum poſſidet imperium.

Sereniſſimo

Digitized by Google

Sereniſſimo Electo Poloniæ Regi, Archiduci Auſtriæ, Domino Maximiliano, &c. Et Illuſtri Adolpho Baroni Schuuartzenbergio, &c. poſt Deum Opt. Max. victoribus, & de Iaurino Triumphatoribus. *Iaurini recuperatio, 1598.*

OBſidet innumero IAVRINVM milite Sinan,
Poſtq; dies multos deditione capit.
Maxmiliane tuis, en Schuuartzenbergius heros
Conſiliis, paruam hinc colligit inde manum.
Iaurinum aggreditur, tribus horis occupat, hoſtem
Quantumuis validum vincit, & enſe necat.
O facinus ſemper magnum & memorabile! IVLI
CÆSAR quid porro grandia verba ſonas?
Laude ſua obſcurat rex Maxmilianus, & heros
Schuuartzenbergiades, pol, decus omne tuum.

Recipitur Iaurinum nocte, 29. diem Menſis Martii præcedente. M.D.XCVIII.
H.A.L.F.

ALIVD.

VENIT, VIDIT, VICIT IAVRINVM

Auſpiciis Sereniſſ. Electi Regis Poloniæ D. Maximiliani Archiducis Auſtriæ &c. Illuſtris heros

ADOLPHVS *Baro Schuuartzenbergius.*

SCHVVARTZENBERGIADES pauco cum milite VENIT,
Danubii ſuperans pene ſilentis aquas:
SCHVVARTZENBERGIADES nocturno tempore VIDIT
Hoſtes excubiis inuigilare ſuis.
SCHVVARTZENBERGIADES Iaurini mœnia VICIT
Vicit & auſpiciis MAXMILIANE tuis.

S. S. I. V. D.

Aliud de eodem.

CLara VIENNA refer, tanti quę cauſa triumphi?
Num Deus omnipotens proſpera cuncta dedit?
Proſpera cuncta dedit ſummus moderator Olympi
Finibus Auſtriacis: cunctipotentis opus.

Digitized by Google

Iaurini recuperatio. 1598.

Illuſtris quoniam NIGRI Baro MONTIS Adolphus
Iaurinum VENIT, VIDIT & obtinuit.
Aſt PATER (en!) ſumma quod tu bonitate dediſti,
Fac rogo perpetua proſperitate frui.

Chriſtoph. Pirchaimer Iuriſc.

IN LVNAM MAHOMETICOLAM.

LVmine LVNA notho credis te poſſe volucrem
Lędere Reginam, quæ gerit arma IOVI.
Falleris: hæc oculis radiantia lumina Solis
Suſtinet: haud curans lumen in axe nothum.

N. R.

In Iaurini expugnationem.

DIcite iò ciues, & iò geminate, coloni:
Aula nihil reſonet, caſtraq; præter iò.
Ecce tui rurſum Iaurini mœnia, Cæſar,
Subdita manſueto colla dedere iugo.
Quæq; prius totum infeſtarunt cædibus orbem,
Et ferro, & flammis omnia perdiderunt:
Verſa iterum in ſęuos acuunt ſua tela Tyrannos:
Propugnantq; tuos Auſtria terra lares.
Cauſa eſt, magnanimo Baro Schuuartzenbergius auſu
Dum vigil incautos opprimit arte viros:
Mœniaque expugnat nuper male perdita, ab hoſte
Debuerant per quos tuta manere ſuo.
O magnum belli ductorem! cedite Graii,
Cedite vos, maior naſcitur, & Latii.
Victor iò viuat, cuius per ſecula laudes
Poſtera victuras fama celebret anus.

Arn. Helius.

Digitized by Google

Carmina votiua

DE DVPLICI VICTORIA IN HVNGARIA MIRANDA, SCILICET FORTISSIMI ET munitiſsimi propugnaculi Iaurinenſis: Regiæq; item ſedis & Metropolis Budenſis glorioſa recuperatione Anno 98. facta.

Auxilio Dei ter opt. ter max. Auſpiciis, Diui Rudolphi II. Imper. inuictiſsimi, &c. Conſilio & prudentia militari Adolphi L. Baronis de Schuuartzenbergk, &c. virtute & fortitudine militum Chriſtianorum.

Scripta à

DAVIDE HESSO ARTERENSE
Legum St. & P. Laureato.

qq 2

Digitized by Google

Iaurini recuperatio. 1598.

Magnifico, nobiliſſ. conſultiſſ. atq; ampliſſ. Viro, Dn. Nicolao Reuſnero Leorino, Comiti Palatino Cæſareo, ICto præſtantiſſ. Illuſtriſſ. Saxon. Ducum conſiliario eminentiſſ. inclutæ Salanæ Antecesſori, & Seniori, atq; Aſſeſſori Scabinatus ac Dicaſterii &c. digniſſimo, Poetæ & Philologo celeberrimo, daphnobrabeutæ ſuo meritiſſimo S. D.

VOtiua in geminam atq; adoreoſam
Palmam, quam reparatione fauſta,
Iaurini ſimul inclutaq; Budæ
Auſpice ac Duce cœlico Monarcha
Turmæ promeruere Chriſtianę,
Stylo Calliopes mihi pedeſtri
Scripta carmina, præſes inuidende
Muſarum & Charitum amœniorum,
Magne Cæſarei Comes Palati
Antiſtes Themidos ſeuerioris
O REVSNERE meæ ſator datorq; Laurus,
Cenſuræ offero iam tuæ: ſed illa
Tamen fronte rogo ſereniore
Pellegas, tenuisq; non ſiniſtro
Calculo ſtudium improbes camœnæ.
Cum me publica gaudia excitatum
Iuſſerint Clarium mouere plectrum.
Nam quis lætificam atq; adoreoſam
Palmam, quam reparatione fauſta
Iaurini ſimul inclutæq; Budę
Auſpice ac Duce cœlico Monarcha,
Turmæ promeruere Chriſtianæ,
Non mactet cupida apprecatione?
Non fauſtaq; hilariq; ouatione
Succeſſus voueat bonos, & auctus
Ates lætificæ ſecundiores.

Nobiliſſ. Tuæ Magnif.
Deuotiſſimus
Dauid Heſſus LL. Stud.
& P. Laureatus.

Haſce

Digitized by Google

Haſce meas de vtraque victoria meditationes, & votiuas gratulationes, licet inter varias occupationes & interpellationes mihi natas Magnificentiæ tuæ, patrone & præceptor meritiſſime in ſignum & teſtimonium quoddam obſeruantiæ meæ exhibeo, maiorem in modum rogitans, vt Mag. tua eum quem ſemel in clientelam ſuam ſuſcepit, deinceps quoque fauore & beneuolentia complecti non deſinat. V. M. τάχιστα ex arce minoris Summoerdæ. *Iaurini recuperatio. 1598.*

D.H.L.ſſ.

De miranda Iaurini recuperatione facta Duce Adolpho de Suarcenbergk, &c. 14. Kal. April. veteri Stylo. Anno 98.

EPIGRAMMA.

Corvvs vt inſidiis & fraude doliſque Sinonis,
Captus, & infeſta proditione foret.
Hei quam luctificos peperit ſors dira dolores!
Nam volucres duram flentq; gemuntque vicem.
Præcipue luget caſus Iouis ales iniquos
Coruina viduus ſorte hyemante fide.
Et meditabundus quæ capto ſpecula reſtet,
Reſtituine Aquilæ Marte vel arte queat,
Omnia pertentat: virtuſque dolorque recurſant,
Et fallax turpi calliditate dolus.
Viribus aggreditur; ſed vi prohibetur & armis:
Non vngue & roſtro ſcindere clauſtra valet.
Tandem hoſtes cupidos prædæque fugæque, recluſis
Offendens portis vique doloque domat.
Sors dia adiutrix fortes felicitat auſus:
Diuinaque Aquilæ cœpta ſecundat ope.
Cæduntur Turcæ; Coruus reparatur; & acri
Bellatrici Aquilæ robore iunctus ouat.
Chriſticolis cupideque cupit ſe fidere turmis,
Pertæſus Schytici ſceptra Tyranna Ducis.
Pannonica vltrices iam propugnacula turmas
Expectant Aquilæ, ſpe dubia atque metu.
Nil Aquilæ niſus prohibent celereſque volatus
Bombardæ, turres, flumina, foſſa, lacus.

Digitized by Google

Iaurini recuperatio, 1598.

Omnia diuino penetrat munimine victrix:
Quid mirum? ætherei ſacra tuetur Heri.

Ευχαριστήριον.

Quod prius occultis fabricis atque arte Sinonis
Auroque & gemmis (heu!) lugebamus ademtum
Iaurinum, Auguſti victricia Cæſaris arma
Chriſticolum imperio repararunt vindice Chriſto:
Ac ferri-crepidas pugnæ repulere cruenta
Turcarum turmas cœloque Deoque minantes.
Plaudite Chriſticolæ, victori plaudite Chriſto,
Thuricremæ votis ardeſcant pectoris aræ,
Exhalentque Deo gratum ſpiramen odorum,
Victorique Ducique almo; Non cornea noſtro
Fibra, animo ſurgat, grata decora incluta palmæ
Cœlitus allapſæ lingua celebremus & hymnis.
Non vis, non rabies, ſutela doloſa, ameſq;
Et ſpes affulgens nummi, (proh dedecus!) ingens
Præſidium expugnant, & propugnacula quaſſant
Squallentis patriæ: prudens ſolertia belli
Horrificis ſtipata armis cladem eluit iſtam,
Et poſtliminii iure omnia perdita cæſis
Reſtituit Turcis, quod vix optare licebat,
Non ſperare, tamen miro cognoſcimus auſu
Attoniti, Iouam meriti partique trophæi
Autorem merito laudantes, ille grauatis
Chriſticolis felix ſuccurrit, fortibus idem
Virtutum ſtimulis, pupugit præcordia, in arma
Fauſta Duces agmenque vocans queis maſcula virtus
Curæ, qui magnos auſi tentare labores.
Nam quid degeneres magnum & memorabile patrent,
Qui niſi nequitiæ ſtablum & flagrantia nil ſunt
Flagitii, pablum picei phlegethontis & orci,
Vibices fœdæ generoſi Martis? an iſtos
Imperii credam defendere poſſe ſalutem?
Magnanimos magnis fatum prædeſtinat auſis.
Quam bene nunc Aquilis glomerat ſe Coruus, & alis
Applaudit, queriturque ſuo ſe crimine tetro

Diuul-

Digitized by Google

Diuulſum Domino,ſceptrumq; iugumque Tyranni *Iaurini recuperatio, 1598.*
Chriſticapi diris pertæſus deuouet,& ſe
Imperio mauult Aquilino armiſque tueri.
I nunc & Chriſtum blaſphemo inſigniter ore
Irride, vires Auguſti ſperne, Viennam
Europamque omnem præſentia Numina Chriſti
Sancte implorantem,vel cœli vertice firmis
Suſpenſam,ac Chriſto defenſam,(ô vmbra!)cathenis
Expugnaturum minitare,acieſque ſuperba
Chriſtiadum ſanna & criſpanti deſpice naſo:
Et nos tela manu gerimus Ductore Iehoua,
Conſiliumque animis cluet,eſtque infracta pericliſ
Mens nobis,ſequiturque Duces victoria noſtros.
Nec muri,valles, foſſæque & flumina poſſunt
Vim noſtram prohibere,furor nil ſegregat hoſtis.
Tu modo tu nobis ſuccurre iuuamine præſens
Chriſte ſalutifero,tu flatu hoſtilia diffla
Agmina,ceu rapidus folia & tectoria ventus
Penniculæ ad cladem clades ſe agglutinet iſta
Grandior & grauior non gentem,impune dicatam
Chriſte tibi tanto fremitu,tantoque furore
Arietet,& roſtro pedibuſque euiſceret vncis
Sanguineo ſponſam ſudore & morte paratam
Trux Schyta,Caucaſei proles ſæuiſſima Apellæ.
Horrida te contra ſeſe quibus impiat amens
Crimina cæleſti vindex vlciſcere dextra.
Ipſum age Chriſtiuorum(quem falſo fama ferebat
Hoſtili cecidiſſe manu,proprioque cruore
Fraterno dudum ſquallentem ſanguine dextram
Turpaſſe, atque vtinam ficta hæc præſagia veræ
Sint necis!)obtrunca,pœnaſque repoſce nefandi
Æquales ſceleris;ni crudus acinaces illum
Iuuerit, optato tumuli ſpolietur honore
Eſca feris factus;Nam tale homicida meretur
Efferus exitium:noſtriſque auerte periclum:
Conſilium retro conuerte,redargue cœpta
Perniciem in propriam:Virtus animuſque remigrent

Mili-

Digitized by Google

Iaurini recuperatio, 1598.

Militibus noſtris, non lucrificabilis, auri
Perlecebris capti, ferrique crepidine fracti,
Defenſa patriæ pro libertate fideque
Detrectent pugnare, ſed in media arma ruentes
Hoſtibus occurſent animoſo pectore, & arcto
Seruitio, Dux Chriſte, tuos fidiſſime ſeruos
Duriter adflictos, atq; omnia durima paſſos
Eripiant: Tibi Chriſte vt poſtera turba ſonoras
Victuro æternet victori carmine laudes.
  Vota valent, agnoſco omen iam turbidus aer,
Imbricitorque Aquilo, coruiſq. Aquiliſque ſecundus
Aduerſos terret Turcas, turbatque trementes
Et proſternit humi: nobiſque refulget amicus
Cynthius, & frontem Phæbe ſoror æqua ſerenat:
Ac precibus nebulæ rurſus piceæque tenebræ
Optatæ exhalant vndis: quibus agmina noſtrum
Tecta latent, nequis ſeptos caligine opaca
Cernere vel cautus cœptis occurrere poſſit,
Vota valent dextre ſucceſſum Numina firment.

IAVRINVM

Ἀναγραμματιζόμενον

MVRI VANI.

Quid trux, quid ſceleroſe, quid cruente,
Quid latifreme & inſolens Tyranne
Turres, mœnia, ductileſq; foſſas,
Propugnacula, ſaxeaſque moles
Veſano mitem furore iactas?
Et faſtu tumido inſolentiaque
His confiſus atrociore pugna
Chriſtum Chriſticolaſque prouocare
Audes? infragili manu furores
Qui compeſcere poſſit æſtuantes
Tuos ecce repoſcit vltionem
Turmæ ſignifer ipſe Chriſtianæ,
Olympi fabricator & profundi.
  Quid nunc mœnia ductileſque foſſæ,

Propu-

Iaurini recuperatio, 1598.

Propugnacula ſaxeæque moles
Proderunt? Deus acer vltor inſtat
Effreni ſceleris nefariique.
Vani præſidium ò! inane Muri
Sunt: exempla quid anxie requiris?
Iaurinum aſpice, ferrea poteſſe,
Quod vi robore maſculoue nunquam
Vinci conſilioue peieraſſes,
Captum conſpicies, cadaueroſi
Vaniq; & fragiles quid heicce muri
Profuere tibi tuiſque cœptis?
An cæleſtis Heri ſeueriorem
Vindictam potuere & incitatum
Impetum prohibere prouocati?
Fruſtra mœnia ductileſque foſſas,
Propugnacula ſaxeaſque moles
Diuinæ obiicis inſolenter iræ.
Hanc non vis prohibet caduca: ſola
Id ardens pietas quit: inuidendus
Hæc credentibus eſt eritque murus
Quem nec Tartareus furor ſatanæ
Nec hoſtis rabies cruenta franget.

ALIVD.

Impietas vanis fatua eſt confidere muris:
   Vin' muro infragili fidere? fide Deo.
Præſidium Vani nimium ſunt debile Muri;
   Inuicta ætherei dextera ſola Dei eſt.
Quid prodeſt Turcis vanos opponere Muros:
   Fruſtra illis arcent agmina Chriſticolùm.
Nunquid vindictam potuit prohibere Iehouæ
   Iaurinum, vaſtis terribile aggeribus?
Quorum non Pietas, quorum reuerentia nulla,
   Numinis, aut virtus cingit honore latus,
Incaſſum muris ſe defenſare laborant:
   Iuſtitia & pietas mœnia firma cluent.

rr   Quæ-

Iauarini recuperatio, 1598.

Quæcunque humanis ſunt condita viribus: æque
Corruere humanis viribus illa queunt.
Vos igitur Chriſto qui nomina chara dediſtis,
Proque almi cultu belligeratis Heri:
Exemplo moniti nimium ne fidite muris,
Sed ſpes in Domini ponite præſidio.
Hic vanos muros, hic foſſas tranſilit: Idem
Hoſtilem ſternit cæde potente gregem.
Ipſe ſuis arx eſt & murus aheneus; illum
Non Schyta concutiet comminuetve Satan.

DE

Digitized by Google

DE BVDA, REGIA HVNGARIÆ SEDE ET METROPOLI: AVXILIO DEI TEROPTIMI TERMAXIMI: AVSPICIIS DIVI RVDOLPHI II. ROMANO-GERMAnici Imperatoris inuictiſſimi, &c. Conſilio & prudentia militari Adolphi Lib. Baron. de Schwartzenbergk, &c. Virtute & fortitudine militum Chriſtianorum feliciter recuperata.

Anno Θεανθρωπίας CIↃ IↃ IIC. V. Eidûs
Octobris ſtylo nouo.

CARMEN HOC SCRIBEBAM
Dauid Heſſus Legum ſtud. & P.L.

 Pri-

Digitized by Google

Obſidio Budenſis, 1598.

Priſtina tandem etiam redit in præcordia Virtus
Cæſareæ turmæ, vires animumque cohorti
Immittente ſuæ Chriſto, & firmante ſecundis
Ominibus niſus! Non blaſphemantis atroces
Romanæ vlterius furias fremituſque Tyranni
Horrebunt acies: Germana atque Hungara pubes
Inſurget ſtimulante Deo, cædeſque nefandas
Atque vlciſcetur viduatas ciuibus vrbes.
Sit mihi quæ captam retulit modo nuncia Budam
Fama tenax veri! ſed quid manifeſta deinceps
Gaudia ſuſpendo, dubitanteque pectore cunctor
Ac ſtupeo tanto & tam fauſto credere voto?
Munita aggeribus vaſtis, opibuſque ſuperba,
Circuitu ſpacioſa ſuo, ſpecioſaque tectis,
Metropolis cor, flos atque vrbium ocellus amænus
Hungariæque eadem Regina & Regia ſedes,
Auſpiciis Auguſte tuis o! Diue Rudolphe;
Conſilio Suartznberge tuo; Victricibus armis
Chriſticolûm, imperio Romano eſt reddita Buda.
Hanc cruda Alectus ſoboles, ſi rite recordor
Annales priſcos, cum Phœbi cærula lampas
Grata ſalutiferi poſt incunabula Chriſti
Quindecies centum ſignaſſet curſibus annos,
Luſtraque fluxiſſent iam quinque & Luna nouenum
Confeciſſet iter, Schyticis emiſſa latebris,
Arrepti laxat rabide Solymannus habenas
Imperii flectens, frendenti feruidus ira,
Pannoniam ingrediens, Ludouico Rege fugato,
Atque paludoſo male cauto (heu fata!) necato
Forte loco; cæſis pugnaque fugaque cruenta
Chriſticolûm agminibus cæpit, captamque ſuperbe
Diripuit, turbæ & ſpoliandam tradidit omni
Martigenæ. Stolido faſtu vanoque tumore
Incenſas Muſæque ſuas Phœbuſque Themiſque,
Et Sophia & Pietas illic fleuere fauiſſas:
Regifico ſumtu varioque parata labore
Bibliotheca atros heic dum conſedit in ignes.

Prò

Digitized by Google

Prò ſcelus atq; pudor! rabioſa inſcitia doctos *Obſidio Budenſis. 1598.*
Cumq; his ingenuas artes proſcribere regno
Regium & egregium cenſet? quid barbare ſęuis
In tot victuræ monimenta & nomina famæ?
Nil tuus enſis in ingeniumq; animumq; Tyrannus
Iuris habet: corpus non mentis præmia perdes.
Funera quid tota paſſim edita diriter vrbe
Commemorem dum cæde ferox dum fulminat haſta,
Obuia dum nullo diſcrimine corpora ſternit?

Non hanc bellatrix cladem Germania inultam
Paſſa eſſet, niſi Pontificisq; & fœdera Galli,
Heu patriæ exitioſa atque inſidioſa grauatæ!
Cœpta retardaſſent: dum vires Cæſaris armis
Implicuere nouis. Hanc feudi iure tenendam
Dein Tranſyluano ceſſit, fidumq; vaſallum
Hungarię ſibi conſtituit, quoad inclyta Budæ
Obſidet & valido Ferdnandus milite quaſſat
Mœnia: ibi contra pacti ius omne fidemque,
Cum tria ſignaſſet tacta libra orbita Solis,
Luſtra, ſibi Budam vana ratione repoſcit:
Quam ſic poſſedit donec ſaguloque togaque
Inuictus, fulcrum Imperii columenque Rudolphus,
Auſtriadum germen, vim fortunante Iehoua,
Inuiſa iuſte pœnas à ſtirpe reſumſit.

Salue ô! Teutonidum Numen terreſtre Rudolphe,
Imperiique diu feliciter vtere habenis.
Pallade per te patriam Rex pacis honore
Ioua ſerenauit, nunc vim lætumq; triumphum
Fauſtiter infeſtos contra tibi proſperat hoſtes.

Virtus, mulſipluę victrix facundia Suadę,
Relligio ac Pietas, & Iuris feruida cura,
Pœoniæq; artis cultura, argutaq; terſę
Carmina Melpomenes, Sophiæ ſeptemplicis artes,
Diue tui Cæſar grata viguere ſub vmbra
Imperii: Ingenuas pax aurea nutiit artes.

Nec tamen alma togę bellandi gloria ceſſit:
Martia Strigonii quod propugnacula pareht

Obſidio Budenſis. 1598.

Chriſtiadum Imperio, quod caſtrum, nobile caſtrum,
Iaurini, aſtuto reparatum eſt robore, quodq;
Fœta opibus, foſſis, caſtellis, turribus, armis,
Atque viris ceſſit Romanis viribus, ipſa
Buda & victoris fidei quod credere ſemet
Velle ſuosq; ferunt (ſi vero fama caleſcit)
Albanos patres, & quod vicinia Peſtum
Territat. Hæc dico quod vel Romana Rudolphi
Sceptra colunt vel mox bello fracta atque ſubacta
Cogentur trepido ſubmiſſe agnoſcere vultu,
Omne hoc auſpiciis, poſt præſentaria CHRISTI
Auxilia & vires; debetur Cæſaris: huius
Cuncta gubernantur ductu. Non illius armat
Agmina & inſpirat validum præſentia robur
Militibus! Sic non minuit præſentia famam
Ac maieſtatem: Tamen & ſe porrigit eius
Cura iſtuc, longe meliusq; & tutius illum
Ancipitum dubiis bellorum exceſſe periclis:
Quo ſeipſum ſummę rerum imperiiq; reſeruet.
Vnius tantum ſors eſt in milite ſolo:
Cunctorum in ſummo ſpes vita ſalusque Monarcha
Stantque caduntque ſimul: nulla illum ignauia tardat,
Sed patriæ communis amor, commune periclum.
Ergo æternus honos ſagulique togęque manebunt
Tantum heroa; eius pax & victoria nomen
Clarabunt, donec belliq; artisq; Patronos
Phœbum & Bellonam memorabunt carminis orſa.
Nec decus atque animi generoſas fama ſileſcet
Virtutes, aſtus & robur maſculum Adolphi,
Qui Suartznbergiadum, ſibi priſca ab origine nomen
Deducit, generisque ortus & ſtemma Baronum.
Cuius mens ſolers & cauta audacia Turcis
Plus nocuit quam vis aliorum ſæua minæque.
Conſilio ſollerte viri reparatio felix
Iaurini cunctis proceſſit ouantibus: huius
Calliditate recens Budæ victoria claret
Parta: virum decorat conſtans induſtria: primus

Monſtrat

Digitized by Google

Monſtrat iter carpſiſſe pedes, ſumſiſſe labores. *Obſidio Budenſis. 1598.*
Multimodis illum fortuna exercuit anceps
Bellorum vicibus; quæ norma, quis agminis ordo,
Quæq; explorandi cura, atq; audacia tectis
Inſidiis cautisque dolis, pugnare ſit hoſti,
Exacte nouit. Cum iuſta eſt cauſa duelli
Quid refert pugnes adoperto Martis agone,
Vel pugnam inſidiis veles? plus laudis honore
Furta merent belli queis inſignem hoſtica cladem
Agmina & exitium grauius: ſociiq; ſalutis
Auxilium præſens ſentiſcunt atque iuuamen.
Sic recte & caute Dux quid præſentius audet.
Non quicquam ignauis magnum & laudabile geſtum eſt
Conſiliis, audax armorum eſt atque virorum
Certamen faciendum: at non audaculus hoſtes
Contemnat, potius caueat: non ſegnia, verum
Pectora cauta Ducis Fortuna armata requirit.
Romana audendo & caute Res creuit agendo.
Sic vrbes veluti reti capiuntur & arces:
Inq; ſinum lætis victoria deuolat alis
E cœlo. Deinceps tectos quoq; pectoris aſtus
Fortunet Swartzberge DEVS, lætoq; coronet
Succeſſu: Imperii vires aquilęque biroſtris
Poſt genus Odryſium non vnquam impune laceſſat.
At tu præſidium, bombarda, haſtile tuorum
CHRISTE pia facilis quęſo emollire querela:
Et quia manſuris Latii pomeria regni
Auſpiciis naſci meruerunt: vindice dextra
Caucaſei ſtirpem Turcæ, mactabilem atroci
Supplicio, quæ te ſpernitque & acerbiter odit,
Deprime, Barbaricos blaſphemi vlciſcere faſtus
Hoſtis, diuini quæ ſit pollentia monſtra
Roboris, vltricem Iehouæ ſentiat iram,
Supplicium ſceleris ferat indeprecabile tanti.
Si non impietas rabioſa & ſanguinis hauſtus,
Chriſticoli, ac propriæ te incuruat gloria famę.
At belli fines iniuſtam reſpice cauſam:

Quæ

Digitized by Google

Obſidio Budenſis. 1598.

Quæ nimia Imperii nimiumq; profunda libido
Argenti atq; auri non noſtrę offenſio culpę eſt.
Sceptra age qui mutas variasq; ob crimina Reges,
Da CHRISTE, vt placida contentus viuere ſorte
Qui neqiit: tumide dum ſumma ad culmina tendit,
Præceps cum ramis quos iam comprenderit, vna
Decidat, & victum non vis ſed cauſa triumphet.
Sic ſemper noſtro celebrabere carmine CHRISTE
Durabitq; tui penes omnes gloria gentes
Nominis & cunctum laus æternanda per æuum.

De eadem Budæ recuperatione Elegia
συγχαριστική.

ECquid gratifici ſegnes in carminis orſa
Metrica ceſſamus pſallere vota Deo?
Quin hos exuimur mores, Pœanaq; lætum
Victori accinimus Chriſticolûmq; Duci!
Gratia Ioua tua eſt, quod mœnia Regia Budæ
Imperii cogis noſcere ſceptra tui.
Quod Schytico pugnas hoſti; palmamq; ſecundas
Nobis, quodq; minas viq; metuq; domas.
Quod Furiæ opponis diuinum robur, & illi
Monſtras offenſum quid ſit habere Deum.
Atq; illa, qua ſæpe die truculentus & atrox
Edidit hoſtili funera multa manu,
Chriſticapo oſtendis ſortem finire ſecundam:
Inſtare vltricem nunc ſceleri Nemeſin.
Tormentum, clypeus, galea, & penetrabilis haſta,
Ac gladius pugnax & cataphractus eques.
Ipſe ſuis DEVS eſt cultoribus: ille Tyrannos
Contundit rabidos ſanguineasq; minas.
Ille ſalutiferum cum genti ſpondet & offert
Auxilium, ac dextræ cunctipotentis opem.
Suſcitat eximium rerumque hominumque peritum
Ductorem, ingenii conſiliiq; cati.

Digitized by Google

Qualis in Hungaria floret Schwartznbergius heros, *Obſidio Bardenſis. 1598.*
Armiſoni doctus Martia bella ſagi.
Ille ad conſilium flectens oblata, repente
Conficit aſtuto quæ placuere animo.
Amplius in dubiis prodeſt occaſio belli,
Quam virtus variis exagitata malis.
Expers conſilii propria vis mole labaſcit,
Perſtat quæ cauta calliditate cluet.
Suartznbergi cautos quoq; dehinc feliciter auſus
Fortuna ætherei Conſeque Duxque patris.
Tu Mahometigenum rabidos compeſce furores,
Illorum gladius te Duce hebeſcat atrox.
Attoniti contra nequeant hoſtire, ſed illis
Bellona in tergum decidat inque pedes.
Diffugiant lepores galeati, expergita contra
Agmina Chriſtiadum feruidus ardor agat.
Te Duce pręueniant Lunatas robore turmas
Cornua proſternat te clypeata Duce.
Nam tibi quid poſſet rabiesque furorque repugnax,
Qui poteris nutu vim prohibere trucem:
Tu nos, victricis iuratus munera dextræ,
Defende à Schytico Tartareoque iugo.
Et tandem partę poſt incluta præmia palmę,
Tranquilla noſtros pacificaque dies.
Bellum, Mars, acies, hoſtilis buccina ceſſent,
Ac mundum exhilaret læta & amica quies.
Quando erit abſterſo rubicundi vt puluere Martis,
Oblitus Schytici, vim rabiemque Getæ,
Lætifica placidę fauſtaque ſub arbore tandem
Pallados, optato pacis amore fruar.

DE NOMINE BVDAE.

QVęrebam quonam Fornacis nomina fato
Nata tibi Hungariæ Regia Buda forent.
Cum mihi quid quæris quę nominis extet origo,
Ridens Latonæ filia, Pallas ait.

Fatalem fatuum eſt verbis adfingere ſenſum:
Rem veram & demta diſpice nube meram.
Quod ſi ſollicite veſtigas nominis omen
Fato iſtud promta ſuſcipe fronte datum:
Quæ cœlo nobis hyemante hiberna miniſtrant
Fornacisq; locum ſorte vicemq; gerunt.
Quis non egregiam Fornacem Regia Budę
Ex merito indigitet mœnia rite ſuo?
Hic ſua Chriſticolæ iam Fornacalia tractant,
Fornace hac torrent ſub Lare farra ſuo.
Da DEVS vt fauſte tali Fornace fruamur,
Atq; hæc vt caleat non niſi amore tui.

Annus recuperatæ Budæ.

SEdecies centum poſt incunabula CHRISTI,
Binum deme, poli ſol peragrarat iter.
Cum Schyticis erepta iugis ò! Diue Rudolphe
Vindicias ſentit Regia Buda tuas.

SVMMA-

Digitized by Google

SVMMARIA EORVM, QVÆ in obſidione Budenſi Anno 1598. notatu maxime digna occurrerunt Ephemeris, per Arn. Helium Medioburg. Flandr. Sac. Cæſ. Maieſt. Commiſſarium bellicum, ac luſtrationum Magiſtrum, &c.

Obſidio Budenſis. 1598.

EXPVGNATIS iam & recuperatis Tata, Palota, Veſprinio, atque finitimis locis Illuſtriſſ. Baro, & Comes Schwartzembergius Cęſareum exercitum Iaurinum reduxit, atque in inſula Iaurinenſi locum caſtris præſcripſit, vbi dictus exercitus inſolita imbrium vi, atque Danubii inundatione, viginti quinq; dierum ſpatio detinebatur, mox Comaronium verſus mouet, vbi tandem abſoluta militum luſtratione ac ſolutis ſtipendiis Strigonium recta, atque illinc Budam pergit, primoque Octobris die, nonnullæ copię Danubium traiiciunt, propugnaculum, in quo collapſi, ac diruti templi parietes includebantur ad tutiorem pontis fabricationem in altera fluminis ripa erigunt, foſſisque ac vallis, nec non tormentis aliquot minoribus muniunt. Dominica ſequenti, qui tertius erat menſis dies, totus Exercitus Cæſareus, cum bellico commeatu, ac præparamentis traiecto iam ac ſuperato flumine, rite in aciem diſponitur, ac BVDAM recta mouetur. Hoſtis in itinere bis nobiſcum velitaribus pugnis leuiter congreſſus, liburnicas aliquot armatas aduerſo flumine noſtris obuiam miſit, quibuscum nonnihil præliatum eſt, ac tandem à noſtris, ac dupliciariis militibus, qui ripas obſidebant, atque ex occulto crebris bombardarum ictibus liburnicas laceſſebant, retro in fugam coactæ ſunt. Tandem Budam peruentum, vbi hoſtis aliquot equitum, ac peditum turmis, collem eminentiorem ante vrbem occupauerat, atque ex eo noſtros crebris eruptionibus, ſine diſpendio tamen vſque ad noctem detinuit, qua iam ſuperueniente, relictoque colle, ſimul omnes in vrbem ſeſe receperunt. In hunc collem Baro Meſpergius chiliarcha cum ſua legione ſucceſſit, atque poſtero

Obſidio Budenſis. 1598. die cuniculis, ac foſſis muniit. Sub medium fere diem, noſtri ſuburbia cum balneis, quæ iuxta vrbis muros erant, inuaſere, atque vrbis portam, Petardo, (vti vocant) fruſtra tentauere, quod ea intrinſecus terra obſtructa, atque vallata eſſet. Tribus ſequentibus diebus, præparandis gerris, aliiſque neceſſariis ad vrbis muros ſolo æquandos, cuniculis etiam agendis maior exercitus pars incumbebat, duabus tantum machinis bellicis, quæ ſparſim iis, qui in mœnibus erant, negotium faceſſerent diſpoſitis.

Octauo die, qui Veneris erat, inceptum tormentis maioribus in tribus locis diuerſis vrbis mœnia diruere. ſed tamen rebus poſt meridiem bene exploratis, atque examinatis, viſum eſt eo die impreſſionem fieri non debere. Hoſtis interim Peſtio quaſdam equitum ac peditum cohortes in alteram fluminis ripam educit, vallum erigit, tormenta quædam militaria in noſtros diſponit. ſed quum res ex voto non ſuccederet, ſub noctem reuerſi, tormenta rurſus in vrbem deuexerunt.

Tota nocte ſequenti Gallicus peditatus, cui Baro Boppardus Nobilis Lotharingius præerat, octo tormenta maiora diſponit, atque ſequenti die, qui nonus erat, muros, à quibus dicta tormenta vix ſexaginta paſſibus diſtabant, omnino diruit, ac ſternit. Eodem die dictus Baro machina militari, quæ caput ipſi auulſit, ex mœnibus occiditur. A meridie, tribus in locis per diruta mœnia noſtri ſimul impreſſionem in hoſtes faciunt, diu vtrimque, ac ſtrenue pugnatum eſt, ſolis Gallis animo deficientibus, ſed tandem peditatus Belgicus, cui fortiſſimus miles Ioannes ab Ouerbroucq, Leodienſis nobilis prçerat, per conuulſam turrim iuxta Danubium, primus omnium vrbem cum ſumma laude, atque inuicta animi magnitudine inuaſit, hoſtem à mœnibus in ſuperiorem vrbem, cæteris noſtris alacriter ſequentibus repreſſit, ac compulit. In dicta irruptione ſtrenue quoq; ſe geſſere legiones, quibus chiliarchæ Roſwormius, atq; Petzenus præfecti erant. Galli vero, qui iam receſſerant, quum cçteros viderent vrbem inuadere, reſumptis animis, rurſus in muros irruunt, ac cum reliquis hoſtem perſequuntur, qui infracto animo per domos, ac fana Turcica, extrema quæq; in noſtros tentabat, mortemque potius, quam fugam amplectebatur, vnde maxima à noſtris per totam vrbem ſtrages edita, paucique capti in caſtra deducebantur. Tota nocte ſequenti dire-

Digitized by Google

direptæ, atque expilatæ domus, prædata omnia, maxima farinæ, maxima hordei,frumenti,auenæ,atque fœni copia ibidem inuenta, equi etiam non pauci,quæ omnia Victoris arbitrio ceſſere. *Obſidio Budenſis. 1598.*

Tantum hoſti victoria illa terrorem incuſſit,vt maxima eorum pars qui in ſuperiorem vrbem incolumes euaſerant,cum ciuibus fuga ſibi per pontem conſuluerit, quem rumpi quamprimum,atque hoc modo fugientes cohiberi, Baſſa procurauit. Sequenti die,qui erat decimus,noſtri in vrbe iam occupata ſedulo incumbebant obſtruendis atque occludendis aduerſus hoſtium eruptiones viis,per quas inceſſanter nos infeſtabant. Sub noctem propugnaculum quoddam, quod hoſtis extra vrbem, in monte nuper ædificarat, & cum nonnullis minoribus machinis munierat, exuſtum,atq; incenſum deſeruit,quod noſtris Aidonibus, ſeu peditibus Hungaris conſeruandum ſtatim committitur.Poſtero die mœnia vrbis inferioris, quæ à noſtris machinis diruta, atque conuulſa iacebant ; iterum quantum fieri poterat à noſtris reparantur,ingreſſuſque curribus,ac palis ligneis præcluduntur. Interim Swartzembergius ſuperiorem vrbem obequitans explorat,ac loca collocandis machinis bellicis idonea diſquirit. Martis die, qui duodecimus erat,hoſtis creberrimas, ac damnoſas eruptiones in noſtros facit, multos cædit, plures fugat, omnibus negotium faceſſit:Sed tandem leuioribus tormentis noſtri,repulſis hoſtibus,exitum præcludunt. Decretumque fuit cuniculos ſub vrbis muros agere,iiſque vi pulueris tormentarii conuulſis ac dirutis, aditum in vrbem ſternere, quod tamen,vti poſtea adhuc dicetur,non ſucceſſit. Duobus diebus inſequentibus præparabantur ex altera parte vrbis tormenta maiora, qua via Albam Regalem verſus ducit,ſed hoſtis interea noſtris inſultare, atque crebra damna inferre non deſtitit. Die Veneris,ac Sabbati,15.ac 16.magno tormentorum furore atque impetu mœnia concutiuntur. Legio Comitis Sultii cum Petzana atque Palfianis equitibus Hungaris vrbem ex ea parte obſidebant,ne forte,auxiliares hoſtium copiæ, de quibus iam rumor erat, obſeſſis ſuccurrerent.

Sequentibus vſque ad vigeſimum ſecundum,diebus nihil notabile vel memoria dignum propter ingentes,& cõtinuas imbrium tempeſtates actum. Cuniculi de quibus antea dictum noſtris magis quam hoſtibus nocuere, atque nonnullos eorum, qui ad impreſſionem faciendam adducti erant miſere combuſſerunt. Vigeſimo vero

Expedit. Chriſtianorum ad Caniſam. 1600.

ſecundo, copias aliquas equitum, ac peditum quibus Peſtium tentaretur tranſmittendas decreuerant, ſed neſcio quamobrem nec illud ſucceſſit, mutatoque conſilio in caſtris remanſere. Hinc omnia magis, magiſque ex maxima cœli iniuria per exercitum noſtrum languere, hoſteſque eo feruentius noſtris inſultare, eruptionibus moleſtiores eſſe, omnia læta, ac proſpera ſimulare, indies ſubſidia expectare, vt tandem conuocato concilio, noſtri de ſoluenda obſidione conſultarent atque conuenirent, præſertim quum iam miles noſter aſſiduis vigiliis, moleſtiis, laboribus, cælique tempeſtatibus fractus eſſet, atque conſumptus, ac vix vlla amplius vrbis expugnandæ ſpes affulgere videretur. Vltimo tandem menſis die tormenta cum cæteris belli apparatibus in caſtra reuehuntur, atque ſequenti nocte, ſuburbia, cum toto inferiori oppido, quod hactenus noſtri occupauerant, funditus exuruntur, ſtrenue hoc ipſo tempore cum hoſtibus qui in noſtros eruperant pugnatur, ac tandem Dominico die ſequente, vniuerſa caſtra noſtra mota ſunt, atque obſidio ſoluta. Hoſtis interim noſtros eminus inſequitur, ac velitationibus nonnihil infeſtat, donec ſuperato Danubio exercitus Strigonium reuerteretur, ibique Hungari, atque Germani exauctorati, ſinguli ad ſuos deceſſere. Hic eſt obſidionis Budanæ ſucceſſus parum felix, felicior proculdubio fuiſſet, niſi frigora hibernalia, pluuiæ continuę, atque ipſum denique cœlum militem noſtrum conſumpſiſſent, atque in perniciem quodammodo noſtram omnium conſpiraſſent.

Expeditionis Chriſtiani exercitus ad Caniſam Diarium anno 1600.

VNDECIMO Septembris die luſtratis duabus equitum turmis ex iis quas Excellentiſſimus Illuſtriſſimuſque Dux Mercurii ſuæ Maieſtati conſcripſerat, acceptaque à ſereniſſimo Principe Archiduce Mathia in caſtra proficiſcendi licentia ad ſuos reuerſus, equitibus præcipit, vt itinere pedeſtri Iaurinum peterent, ipſe vero nauigio eo ire ſtatuit. verum adeo fuit aduerſa tempeſtas, vt quamuis duas noctes in naui pernoctarit: Iaurinum tamen appellere ante 14. diem nulla ratione potuerit. Contigit itaque cum Iaurinum ſubiret, ſereniſſimum Archiducem altera via, vt ea quæ in rem maxime eſſe viderentur ordinaret, in idem oppidum ingredi.

Decimo quarto die præcipit Sereniſſimus Archidux Matthias Domi-

Domino Gal. caſtrenſi ſuæ Maieſtatis conſiliario, vt cæteris omnibus ſatrapis, & militum præfectis indicaret, ſuam ſuæque Maieſtatis eſſe voluntatem, vt ſua excellentia toti exercitui cum imperio præeſſet; viderent igitur ſinguli vt eidem protinus in omnibus obedientiam præſtarent. Quod quidem valde commode fecit, quod eodem tempore Caniſiam petiturus Iaurinum præteriret exercitus: Qui quidem eo die non amplius miliare confecit. Cæterum cum ſua excellentia intelligeret haud ſatis commeatus exercitui paratum, ſimulque animo volueret ſæpius exercitus fame quam viribus frangi vincique, vix adduci potuit, vt in caſtra rebus ita conſtitutis abiret. Huic igitur incommodo vt occurreret ſereniſſimus, totum ſequentem diem Iaurini hæſit, promiſitque ſe facturum nihil vt in hoc genere exercitui deeſſet. *Expeditio Chriſtianorum ad Caniſam. 1600.*

Decimo ſexto eiuſdem menſis conſtitutis omnibus quæ res tempuſque poſtulabant, Iaurino diſceſſit ſereniſſimus: ſua excellentia quoque eodem exercitum ſibi commiſſum adiit, confectoque duorum milliarium ſpatio prope ſacellum quoddam olim exuſtum ſecundum ſyluam, caſtra metata eſt.

Sexto Octobris, in ripa Muræ fluminis noſtri conſederunt non amplius quam ſeptem aut octo millium. Eorum vires haud mediocriter diminutæ erant duorum millium abſentia, qui præſidiis finibuſque tuendis relicti erant præter eos qui in ipſa regione conſcripti expectabantur. Quos eodem finium defendẽdorum, magno incommodo deſtinauerat neceſſitas. Hic noſtris ſe coniunxit comes à Sirinio; illius Inſulæ dominus, quæ Draui Muræque fluentis marginibus intercipitur, cum duobus vt narrabat peditum ſimul & equitum millibus. Affuit & Sclauoniæ Croatiæque Prorex (Ban vocant) cum duobus itidem vt ipſi aiebant millibus. Affuit & Comes ab Hermeſtain Stiriç capitaneus generalis cum ſexcentis expeditis equitibus, ac mille peditibus. De ſumma tamen totius numeri non nihil defuit, ita vt cum eodem die caſtra mouerentur, non amplius quatuor in vniuerſum millia & quingenti ex Hungaris; Croatis Stiriſque cenſerentur, vniuerſus autem exercitus ad tredecim millium non pertigerit numerum. Sua excellentia eodem die caſtra moueri iubet, ac recta Caniſiam quam Turcicus Baſſa nomine Abrahim quindecim totos dies ducentis millibus obſidebat, eam ſi qua liceret, ex pręcepto ſuæ Maieſt. liberatura contendit,

Digitized by Google

Expeditio Chriſtianorum ad Caniſiam, 1600.

tendit. Etſi vero animaduerteret cum potenti hoſte ſibi rem fore, omni tamen ratione fortunam tentandam decreuit; ſub ipſam igitur profectionem aciem inſtruit & ordines, equitibus peditibuſque mixtam temperat, Caniſiam pergit, & confecto non magno miliari in ripa paludis conſidet. Hoſtis nihil omnino tentans noſtrorum numerum vireſque cognouiſſe ſat habuit.

Die Sabbathi quæ fuit ſeptima Octobris diſcuſſis nebulis inſtructa rurſus acie ſua excellentia cum exercitu pergit. Huic ad paludem impigre hoſtis occurrit, tamque denſis cuneis ſeſe conſpiciendum præbet, vt totus exercitus partim in iugo collis vltra paludem, partim in vallo ex aduerſo collis in procinctu ad inuadendos noſtros eſſe videretur, cum primum mediam partem paludem tranſiiſſe conſpiceret, ſua excellentia nihilo minus obfirmato animo obſeſſis ſuppetias ferre contendit: extemplo factam aciem diſſoluit, moxque ex vna, duas inſtruit, quod locus anguſtior eſſe videretur, quam vt priori illo ordine acies tranſire poſſet. Tum iubet vrgeri, paludemque tentari; quam cum media pars tranſgreſſa fuiſſet, ſubſtitit, reliquos cum tormentis expectans. Qui cum itidem tranſiſſent in iugum collis quo hoſtium globi denſiores apparebant vno impetu cunctos niti iubet. Hoſtis aciei noſtræ ordinem exactiſſimum animaduertens cedit pugnamque ſubterfugit. Sua excellentia occupato colle directas in hoſtem machinas explodit. At ille nullam pugnandi copiam noſtris faciens, ordine in caſtra properat. Hoc animaduertens ſua Excellentia ſimul & animum militum perſpiciens in hoſtem ire monet. Ille noſtrorum ordine territus, quem perfringi poſſe non niſi magno ſuo malo cogitaret magis ac magis pugnam detrectans ordine cedit. Noſtri diuerſis ex collibus crebris tormentorum ictibus eum remorari & ad pugnandum cogere conati illis vſque ad caſtra, quæ quartam partem miliaris Caniſia vix aberant, magnam quidem cladem intulerunt, ſed ad manus venire non licuit, quod & ſyluula & palus ingens penes quam eorum caſtra erant, prohiberent velitatione. Igitur tantum commiſſa, cum iam nox ingrueret ſua excellentia militem conſiſtere iubet, immiſſura per tenebras in ſyluam pedites, niſi locorum periti naturam regionis nimis paludoſam affirmantes, conſilium improbaſſent.

Octauo die Octobris, hoſtis ignominiam prioris diei non ferens, albeſcente cœlo ſignum dat, ac circa meridiem nihil moratus cre-

Expeditio Chriſtianorum ad Caniſam. 1600.

crebberrimos tormentorum ictus in cornu dextrum noſtri exercitus pergit donec vix teli iactum à noſtris diſtaret. Verum cum iam pridie ſua excellētia animaduertiſſet nō vnum nec difficilem hoſti ad noſtros patere aditum, primo diluculo dextrū cornu caſtrorum contraxit, quod animaduertens hoſtis ſubſtitit,& paulo ſuperius ad ſyluam qua caſtra noſtra claudebantur, contendens, ſclopetarios in eam immiſſurus erat, niſi à noſtris iam eam occupatam reperiſſet. Cedit igitur paulatim retrorſum, vias omnes ad noſtros quæritat;eos circumdare & ex omnibus partibus aggredi tentat, Turcæ et ianiſſari nōnulli qui noſtros inuaſerant,à comite ab Hermeſtain,cui Dominus à Collonitch,cum turmis domini à Schomberg præſto erant,gnauiter repellūtur. Hi cū nemo fortius obſiſteret impetu facto longius hoſtem propulerunt,& duodecim mediocris formæ tormenta occuparunt,hoſtiū etiam tētoria ingreſſuri, niſi ſua excellentia ea re cognita,miſiſſet,qui vlterius proſequi,vel tentoria ingredi vetarent : Tum quod id ſtratagematis hoſtis excogitarat ad eos occupandos & opprimendos ſi in prædam effuſi fuiſſent, tum vero quod à dextra parte hoſtium præcipua multitudo, id vnum occaſionis loco expectaret,vt in noſtros extra aciem vagabundos irrueret. Eodem tempore duo millia Tartarorū,noſtrorum tergis inſiſtebant, quos fortiter comes ab Holac ſuſtinuit: ſiniſtrum etiam cornu leuiter impugnatum fuit,ſed illud non magno negotio dominus Ban defendit.

Nono die hoſtis allectus cupiditate quinque aut ſex currus ſpoliandi qui abſque ordine & ſcitu noſtrorum in caſtra commeatum inferebant, maiori vi quam pridie diuerſis partibus erupit; cumq; maxime à tergo vrgeret, ſua excellentia eandem partem curribus vallauit,& aggerem tormentis collocandis exſtruxit. Maxima nihilominus caſtrorum pars patebat. Quod effecit vt crebræ velitationes vſque ad tertiam horam pomeridianam contingerent. Dominum de Thilly cum equitibus trecentis quos ex Lotharingia & Belgia duxerat in caſtra noſtra venientem tria millia Turcarum equitum exceperunt, quibus non tantum ipſe fortiter reſtitit, ſed etiam ter in eos facto impetu in oculis noſtrorum terga vertere coegit,& in ſyluas propulit. Id animaduertens ſua excellentia, quę probe armata in fronte ſui agminis apparebat ſclopetarios equites domini Verlein cum nonnullis equitum turmis eidem, quem

tt iam

Digitized by Google

Expeditio Chriſtianorum ad Caniſam, 1600.

iam hoſtes maiori numero è ſylua progredientes inuaſerāt, auxilio miſit, in hoc conflictu idem à Thilly ſagitta ſecundū talos vulneratus magna hoſtium multitudine perempta duodecim è ſuis deſiderauit.

Decima Oct. hoſtis maiori quam vnquam antea numero pone caſtra noſtra viſus eſt. viginti ſane millia equitū ad pugnam expeditorum vallum quoddam ingens à tergo noſtri exercitus obtegebant, qui ad terram aliquando ex equis defluentes ſe in certamen ſclopetariorum loco obtulerunt, & equites comitis ab Holach, qui aliquantulum proceſſerant, inuaſerunt ac ſimul vndequaq; (potiſſimum autem illi qui retro erant) in caſtra irrumpere tentarūt, verum cum vbiq; noſtri fortiſſime propugnarēt & probatiſſimum ordinem mixtis inter ſe peditibus equitibuſq; tenerēt, hoſtes primo ſubſtitere. Deinde plurimum de contentione remiſere, ac demum in conſpectu noſtrorum vſq; ad crepuſculum veſpertinum ſubſiſtere ſatis habuerunt. quæ res nonnullum timorem noſtris afferebat, ne forte aliquid hoſti conſtaret de comite à Solm qui ad inducēdum commeatum in caſtra noſtra miſſus erat. Poſteaquam ſeſe hoſtis receperat, ſua excellentia animo voluens quanta inopia exercitus laboraret, ſimul & audiēs iam pleroſq; ſuper hac re murmurantes conſiliū conuocauit. Omnium ſentētia fuit loco cedendum eſſe. Cæterū cum ſua excellentia contra cum domino Collonitch iis oſtendere conaretur, maioris fore periculi cedere quam in eodem loco ſubſiſtere: ecce tibi comes à Solm cū ducentis curribus commeatus ingreditur, cuius aduentus conſilium diſſoluit, & deliberationem in ſequentem diem reiecit.

Duodecima Oct. hoſtis magno numero ex aduerſo cuiuſdā antiqui propugnaculi rurſus apparuit, ibiq; tormentis locatis noſtros aggeres fruſtra quatere cœpit. ſolo itaq; tormentorū conflictu tota illa die pugnatum eſt. Porro cum cōmeatum in duos aut tres dies ſufficere putaretur, vix in medium diem ſat eſſe cōpertum eſt. quæ res nouam tumultuandi materiā attulit. cōuocato igitur de integro veſperi conſilio omnes vt antea in prima ſententia perſiſtētes recedendū ſi fieri poſſit ſuadēt. Hora itaq; ſecunda noctis diſceſſui præſcribitur, in quo ordo à ſua excellentia præſcriptus valde neglectus fuit, ab iis qui agmen claudere verebantur. In quorum numero potiſſimum fuere capitanei. verū cum fieri nō poſſet, vt turbatio nocturna niſi de die tolleretur, in eadem confuſione vſq; ad

Digitized by Google

Expeditio Chriſtianorum ad Caniſam 1600.

lucem quo ad licuit, perrexit exercitus, ſubſiſtente crebro ſua excellentia & poſtremum agmen expectante, ne per paludes aliquid incommodi confuſio militibus pareret. Primum agmen cōſtabat equitibus & vnica peditum manu. Hoc ſequebantur tormenta comitante altera manu, vltimo loco reliqua acies erat, quæ cum ſuo agmine poſtremo rite clauderetur, ea tamen confuſio fuit vt nouiſſimi frequenter in primis ordinibus cernerētur. Quod etſi trāſeundo paludes magnum incōmodum & periculum afferret, nullum tamen remediū ante lucem adhiberi potuit. Intempeſta nocte magno tumultu à Tartaris ad arma clamatur. Primo diluculo comes à Thuru qui in poſtremo agmine verſabatur tametſi id illi ex facta ordinis diſtributione non incumberet, renunciat ſe in maximo diſcrimine conſtitutum, ter conatum hoſtem in ipſum impetum facere, eundemq; ad id faciendū vires maiores comparare. Hoc audito ſua exc. celerrime cum equitatu eo conuolat, eumq; præſenti diſcrimine liberat, cum D. Collonitch qui tranſuerſa via eo quoque peruenerat. Ergo cum ſic ſua exc. exercitum per varios colles, paludes ac lacunas aliquantulum ſubduxiſſet, poſtremum agmen expectans ſubſtitit, in quo qui erāt milites, etſi ſuſpicarentur hoſtium numerum augeri, ea tamen erat nebularum denſitas, vt vix quiſquam quid gereretur ſatis animaduerteret. Tum quoq; tentarunt hoſtes exercitus latera diſſipare, ad quod nō parum loci planities adiuuabat, viarum tamen anguſtiæ conatus eorum irritos ſæpe reddiderunt. Antequā ſol occideret hora circiter vna ſua exc. miſit qui iuberent exercitum qui iam valde præceſſerat, ſibi præſtolari. Quod D. Nadaſdy & D. Hermeſtain, qui dexteram læuamq; partem cum ſuis tenebant paulo ante fecerant. Cum ad agmen peruenit ſua exc. militū animos valde fractos, & pręter opin. perculſos reperit. Ex his tamen mille ſclopetariorum elegit, quos ad poſtremum agmen ob viarum difficultates impeditum miſit. Diſcuſſis aliquantulum nebulis hoſtes aucti numero noſtrū equitatum acriter premebant. Sed horum conatus mille ſclopetarij, quos ſua exc. eo miſerat remorati ſunt: ſua exc. interim expectans cum poſtremū agmen ex viarum incommodis emerſiſſe intelligeret, exercitum eo conſilio progredi iubet, vt quam cito cōmodum locum nactus ſit, ſigna ſit in hoſtem cōuerſura. Vt autē noſtri ſe tutius reciperēt copias D. comitis à Challiguy fratris ſui ſiniſtrā partem viæ D. vero Breyneri dextrā tenere pręcepit. Hoc itaq; ordine

Digitized by Google

Expeditio Christianorum ad Canisam. 1600. milliare cõfecit exercitus. Hoſtes interim cũ pedites & equeſtres ſclopetarij acceſſiſſent poſtremum agmẽ carpere cæperunt, iamq; Tartari cum nonnullis Turcis agminis latera prope perfregerant, & ad ipſam exercitus anteriorem partem procurrẽtes ſubinde latera propugnatoribus in conſpectu Ducis ipſius Mercurij nudabant, maioremque omnino cladem intuliſſent niſi ſclopetarij equites complures mactantes eorum conatũ fregiſſent. Sua Excellentia igitur videns hoſtẽ vsque ad ipſa pene tormẽta procurrere, ratus ſe minus à caſtrorum loco abeſſe quam reuera aberat, iuſſit Dominũ à Starẽberg, qui vices gerebat Mareſchalchi caſtrẽſis, cũ Dom. Gal, & manu domini à Merſeburg tormẽta deducere ad locũ caſtrorum, ibiq; munitiones quas poſſet excitare. Erat autem is locus trans Muram in quo ſua Excellentia pontem conſtruxerat. Pergebat interim excellentia ſua cum exercitu optimo ordine ſubinde ſubſiſtens ne nimium à poſtremo agmine abeſſet: in quo quidem frequenti bombardarum ſeſe viciſſim ictu noſtri hoſteſq; ſalutabant. Verum ſua Excellentia animaduertens vndique hoſtes exercitum circumdare & noſtros ita circumuenire, vt qui ab exercitu ad primum agmen viciſſim mittebantur nunciis ſuos conueniendi facultas negaretur. Comitẽ ab Holach Dominumque Nadasdy iubet conſiſtere, Hoſtis ratus noſtros iam velle in eo loco conſidere totis viribus (erant viginti millia, totidemque iam iam venturi expectabãtur) magno furore in noſtros irruit. Sua Excellentia planiciem in qua hoſtes erant ad ſiniſtrã occupari iubet, ibique ad prælium apto delecto loco poſtremum agmen, quod hoſtis omnibus viribus vrgebat, aduentare vidit. Hoc agmen cum ad reliquum exercitum perueniſſet ſubſtitit, pariterque ſibi campum ad læuam comitis de Holach delegit qui dextrorſum aliquantulũ cedens illi locum dedit. Eodem veſtigio temporis hoſtis cum Frãcico, Vallonicoque peditatu, qui quod à reliquo exercitu ſeparati eſſent ad dexteram cedere cogebantur. id animaduertens ſua Excellentia eo celeriter conuolat, & iis animum addens id demum efficit, vt facto impetu hoſtes non nihil repellerent. Tantus autem furor fuit quo hoſtis in Frãcos & Vallones pedites inuectus fuerat, vt manus quædam Germanicæ experterritæ paulo quidem lentius (hoſtis enim ea parte non vrgebat) cederet, & vix ſariſſas in hoſtes demittendi ſat animi haberet. Ad hanc igitur repreſſo à Galli

pediti-

Digitized by Google

peditibus hoſte ſua excellentia contendit, illiſque animos, vt antea Gallis facit. Colligunt ergo ſe & lacunam quæ longo in campum tractu ſeſe ad viam terminabat. occupant. Quod quidem hoſti impedimento fuit quo minus in noſtros ex ea parte inuaderet. Nolens igitur lacunam tranſire eam circumire conſtituit. Noſtris etiam minime commodum fuit eandem tranſire, quod ducentis paſſibus, à loco aciei noſtræ abeſſet: ea acies calcaris figuram referebat, ita vt equitatus omnis planiciem tenens duo latera cingeret. Turmæ Domini Breyneri, & Domini Hofchirich ſiniſtram, Domini Schomberg dexteram partem habebant. In ipſa via erat comes de Challigny, cuius turma aliquantulum ad læuam, verſus hoſtes ſe extendebat, à tergo illius templi exuſti ruinæ cernebantur. Sua excellentia ad ſuos equites qui ſecundum viam in acie ſtabant, ſe deinde recepit. Vnde ex loco eminentiori quicquid gerebatur videre, & laborantibus ſubuenire poterat. Inſtructa ergo hunc in modum acie animatoque peditatu ad Dominum. Collonitch qui in fronte agminis erat, læto vultu procedit, equũ identidem belle ſubagitans & hoſtem plane inuaſurus, ſi voluntati non defuiſſet occaſio, tametſi lacuna illa non nihil impediebat Collonitch approperat eamq; monet conſultius eſſe in eodem loco hoſtem expectare. Cum igitur vtrique ſeſe ex oppoſito intuerentur exercitus, Tartari ſecundum paludem quendam ad pontem, quo tormenta noſtra cum manu Domini Merſeburg & maxima parte noſtrorum, potiſſimum autem Hungarorum conuenerant, excurrerant. Ex his nonnulli arma corripiunt. verum agnitis Tartaris tanto timore terga vertunt, vt non pauci, cum ad vigilias, quæ ad pontem erant perueniſſent tranſituq; prohiberentur ſeſe in Muram præcipites dederint & fluctibus hauſti ſint. Hoſtis tandem videns noſtros optimo ordine diſpoſitos, nullis clamoribus impreſſionibuſque terreri, poſteaquam à meridie ad horam quartam veſpertinam in conſpectu noſtrorum ſubſtitiſſet ſeſe demum recipere cœpit: ſua vero excellẽtia cum aliquantiſper iis abeuntibus in acie perſtitiſſet ad pontem, ad reliquos cum exercitu contẽdit. *Expeditio Chriſtianorum ad Caniſam, 1600.*

Duodecimo Octobris cum ſua excellentia cum omni peditatu aliquot diebus ibi hærere, & equites in inſulam dimittere conſtituiſſet, rogauerunt ſatrapæ ſeu collonelli vt in eandem inſulam in qua impedimenta reliquerant ſibi quoque tranſire liceret. Id au-

Expeditio Christianorum ad Caniſam, 1600.

tem ſua excellẽtia eo conſilio facere conſtituerat, vt hac ſua mora hoſtem in timore contineret, ſimulque occaſionem captaret aliquos in oppidum Caniſiam immittendi. Quod ſuum conſilium cum explicaſſet, in alia omnia iuerunt, & exercitum diuidendum, eiuſque partem ad defendendos Auſtriæ fines mittendum dixerunt. Hæc ſententia excellentię ſuæ non arriſit, vt qui nullam diuidendi exercitus cauſam videret. Ex quo ſane videri queat quam miſera ſit Ducis bellici conditio, qui alieno conſilio obtemperare debeat.

Decima ſeptima Octob. ſua excellentia ſecundum Muram cum exercitu aſcendens è regione Semeignec caſtra metata eſt euetus obſidionis expectans & occaſiones, aliquos in oppidum mittendi captans, quas reperire non potuit.

Decima octaua Oct. importunis nonnullorum flagitationibus tandem victa excellentia ſua dominum Nadaſdy ad tutandas fluminis Aab ripas abire permiſit, ægre admodum ferens exercitum eo pacto diſſipari. Eodem die comperit ex duobus captiuis magni nominis Turcis, quos Billerbeg vocant, Caniſiam in noſtrorum poteſtate adhuc eſſe, fore tamen breui vt Turcis cederet: quod obſeſſorum inopia, & pulueris tormentarij defectus iis innotuiſſet. Iidem affirmauerunt Turcas animaduerſo eo ordine quem noſtri ſeruabant (in quo equites peditibus permixti ſibi mutuam operam præſtabant) non auſos fuiſſe die Sabbathi ſeptima Octobris, cum noſtris confligere.

Ac ſane ſi de noſtrorum receſſu ſermo ſit, perſpecta multorum ignauia, multorum fuga, hoſtiumq; multitudine, is ſane miraculi ſpeciem habere non immerito videri poſſit. In hoc enim non amplius ſex millia, quadraginta millibus hoſtium & vltra cincta, ita vt ipſum agminis caput ſubinde peruenirent, exitum tamẽ fœlicem repererunt. Die vero illo Sabbathi tredecim millia noſtrorum, Turcarum centum millia expedita & præmonita aggreſſa fuiſſe, propuliſſeque. Facinus præclarum, qui ſunt, quique futuri ſunt belli Duces teſtari poterunt. Quod ſane, cum ſeruati ordinis exacta diſciplina præſtiterit, iidem quoque facile iudicare queant, omnes clades quas Chriſtiana res publica vnquam accepit aut diuina vltione, aut noſtrorum imperitia, ordiniſq; neglectu accidiſſe, ex quo ſane & Chriſtianitas & Cæſarea Maieſtas multum excellen-

Digitized by Google

Expeditio Chriſtianorum ad Caniſiam. 1600.

lentiæ ſuæ ſe debere fateri debent, quod & exercitum tantillum ſeruauit,& cum eodem hoſtes deuicerit, omnes rationes tentarit cum maximo vitæ ſuæ diſcrimine Caniſiam obſidione liberare: cuius votis cœli fortuna minus reſpondiſſe videtur. id tamen non tam exercitus paruitati (licet nullam pene cum hoſte proportionem haberet) quam penuriæ famique adſcribi debet: quæ tanta fuit & militibus & equis, vt poſt extremam inediam milites ſolis equorum cadaueribus abſque vllo pane vitam ſuſtentarent. Quæ res ſane plurimis fuit exitio. ob defectum pabuli centum equi vna nocte perierunt. Hanc inediam minime ferentes plurimi ſe per tenebras ſubduxerunt, in quorum numero plerique Hungari. Illud quoque obſeruatu dignum, hoſtem toto tempore quo ad Caniſiam fuit noſter exercitus nihil contra eam molitum fuiſſe. Ac ſi commeatus ſuppetiſſet dubium non eſt quin & hoſtem fregiſſet, cumq; re infecta cedere coegiſſet. commeatus penuria Sigettum iam olim perdidit ac in poſterum multa perditura videtur, ſi locũ habuerit. Nullus enim crudelior nec magis domeſticus hoſtis quam fames. Hæc frangit animos, corpus conficit, ſpiritus exhaurit ac tandem vitæ nexus diſſoluit. Certiſſimum igitur ſit omnia præſidia quæ hoſtis à Danubio remota inuadet expugnatum iri niſi probe commeatu muniantur.

Neque vero res excellentiæ ſuæ vicio dari poſſit, quæ commeatum prouidere debuerit: nam imprimis regionis incolæ promiſerant nihil exercitui defuturum hac in parte. Ipſeque ſereniſſimus Archidux Matthias cum Iaurinum ad ſuum exercitum veniſſet commeatus curam in ſe receperat. Denique cum in mora magnum eſſet periculum, & ſereniſſimus idem voluiſſet vt quacunque ratione Caniſiæ obſeſſæ ſuccurreretur non potuit excellentia ſua commeatus cauſa profectionem differre, timens ne ſi interea Caniſia ab hoſtibus occuparetur ſua id culpa contigiſſe diceretur, ipſius quoque ſpes in populi illius regionis diligentia, promiſſoque tota nitebatur.

Quod cum ita ſe habeat (ne longior ſim) finem faciem, ſi Deo immortales gratias egero, quod excellentiæ ſuæ conatus ita fortunarit vt eum ſaluum & incolumem in hæc loca cum magno honore reduxerit triumphantem duodecim tormentis, duobus equitum vexillis, quæ ex hac expeditione non tam ſuorum quam

ſex

Digitized by Google

Expeditio Chriſtianorum ad Caniſam 1600.

ſex millium hoſtium nece multorumque magni nominis captiuorum exitio retulit.

Scribebat Hannibal Matthey du Mont ex conſiliis Priuatis excellentiſsimi Ducis à Mercurio eiuſdemque Secretarius. In campo Raachelſpurg ad Muram die 25. Octob. anno 1600.

INDEX

Digitized by Google

INDEX, MATERIAS IN OPVSCVLO HISTORICO HOC TOTO CVM PRIMIS obſeruatu notatuque dignas complexus.

A.

ARON *Moldauiæ Palatinus.* 229.230 240.245.
Abbates. 21
Abellus ab Holeneck. 58
Abraimus. 51
Achmat baſſcha. 235
Acies Hungarica curribus cingenda cenſetur. 38
Acies ſtataria. 39
Adamus de noua domo. 46
Adamus Gallus. 125
Aditus Hungaria vaſtata Turcis futurus ad principes Chriſtianos animaduertitur. 51.81
Ædes Auguſtini. 58.59
diui Marci. 60.61
Hercey. 95
maioris prapoſiti. 95
Ægyptus. 16
Ænobarbus. 73
Ærarium publicum Hungaricum penuria labora'. 20
Aga Ianizarorum. 162
Agria. 23.82.100.251
Agria deſcripta. 84.85.86
Agria expugnata. 273.288
Agrienſes. 83.85 86 90.97
Agrienſes per Turcam laudati. 101
Aimakiko. 209
Akamky Baſſa. 145
Alba Graca. 9.10.25.51.55.89.141.180
Alba Graca à Turcis liberata. 15
Alba Iulia. 23.216.227
Alba regalis. 22.28.46.50.82.125
Albertus Kueſegy. 101
Nagh. 89
Reibitz. 217
Alexander Walachia Wayuoda ſtrãgulatur. 227.228.229
Alexius Thurzo. 19.37.46
Aliportuk. 147
Alla. 242.202
Alpes. 217.218.219.226
Alphonſus Peteſius Kiſcampo. 111
Altenburgium oppidum. 57
Alueus Danubÿ minor. 32
Aly Baſſa. 85.86.87.90.113.114.117. 220.222.244.245.
Amaſia in Lycaonia. 183
Ambitus Keneczenÿ. 134
Ambroſius Sarcanus. 27
Zatkan. 45
Zadornick. 89
Ambat Baſſa. 85.87.89.91.108.109.111 115.135.
Ambat lacrimans in Alybaſſam inuehitur. 100
Amurathes. 16 25
Andreas Bathor. 17.27.39.42.128
Byka. 167
Orbancz. 46

Digitized by Google

Palog. 97
Saray. 93
Somoghy. 101
Trepſka Polonus. 39.44.45
Animi Hungarorum omnium ad prælium cum Turcis faciendũ nimium prompti ſunt. 34
Anna de Caudale Galla. 17
Annales Romani. 24
Antiſtes Agrienſis ex Batha Budam miſſus. 40
Quinqueccleſienſis. 40
Sirmienſis. 40
Strigonienſis. 39
Varadienſis. 40
Zagrabienſis. 39
Antiſtites Hungariæ profani diſciplinæ veteris obliti. 48
Antonius Blaſco. 89
Bonfinius. 9
Loſoncius. 104
Paloczy. 39.45
Verancius. 83.112
Apparatus Mahometis apud Conſtantinopolin terribilis. 2
Aqua nigra 243
Aqua quædam paluſtris & limoſa. 40.
Aqua ſexquipalmis. 50
Aquila quædam miraculoſe apparet contra Turcam militaturis. 218
Arces ad Danubium per Turcam volentes captæ 57
Archiepiſcopatus Colocenſis. 18
Archiepiſcopus Colonienſis. 21
Strigonienſis 26 43.57
Arcubuſi. 64
Arcus Parthici. 65
Ardſis flumen. 242
Argiera. 81
Arianus. 74
Arnoldus Helius Medioburgenſis. 255
Arrhabon fluuius. 127
Arſrom Aſſyriæ vrbs. 176
Arx Budenſis. 19.46
magis ad voluptatem quam contra vim conſtructa per Turcam capitur. 56
omni præſidio præ metu Turcaico deſtituta. 10
Arx Chynadina. 85
Lippenſis capta. 223
Poſonienſis. 19
Quinqueccleſienſis illæſa manet. 45
Strigonienſis. 46
Themeſienſis nobiliſſima. 23
VViſſegradi. 46
Aſapi. 185.201
Aſpri nummi. 8.71.279
Aſtor Baleonius. 169.171
Audacia Pauli Tomori valde reprehenſa. 48.52
Auſtria. 22.57
Auxilia belli contra Solymannum per Ludouicum II. Hungariæ regem fruſtra petuntur. 20
Auxilia Germanica. 210.219
Spiræ contra Turcam decreta. 81.
Auxilia Stirienſia. 58 59
Auxilium Turcicum imploratũ. 79

B

Baba. 237
Babocza. 112.117.120.121.122,&c.

Bachia. 23 24
Bahn Mattha. 239
Balaſſa. 130
Balaton lacus. 22.45
Balibeius. 51.52
Ballibeches. 74
Balthaſar Bogathius. 216
Bandum ſiue Banderium idem quod Flammularis. 228
Banus Croatiæ. 37 39
Barbari machinarum tractandarum imperiti. 225
Barbari quantas in anguſtias caſtra Hungarica circumequitando adegerint. 49
Barcouius. 124
Baro de Schvvartzenburgk. 265
Barones Hungarici priuilegiis ſuis ſe excuſantes contra Turcam progredi tergiuerſantur. 30 39
Bartholomæus Martiny. 44
Baſſa Aſiaticus. 12.14.15
Baſſa Boſniæ. 271
Carambeius. 141.142
dux è Natholia Turcicus apud Viennam cadit. 70
Eunuchus. 89
Socolouitſchius. 141
Temeſuarienſis ſauciatur. 212
Baſſal. 117
Batha. 24.30.31.32
Bdin oppidum. 239
Bebeccianum. 98
Becranus. 51
Beglerbegatus Romaniæ. 240
Beglerbegus Alepi, Damaſci, Natoliæ, Wanenſis. 179
Begus Bachienſis captus. 203
Bellogradum. 9.10.18.19.20 22.23.25. 32.48.141.271.280.
Belgradum amiſſum. 24
Daciæ vrbs. 16
oppugnatum & expugnatum in Barbarorum venit poteſtatem. 16
reipublicæ Chriſtianæ propugnaculum. 13
Bellatores ducenties milleni Solymanno ſunt contra Hungaros. 53
Bellum Cypriũ breuiter deſcriptũ. 168
Murathis III. Turcici Imp. contra Machometem Hodabenden. 173
Benedictus Mincenthius. 216
Sigiſmundus. 95
Topordy. 113
Bertah baſſa. 135
Beſſarabia ſiue Cili comitatus. 249
Bialogrodum. 249
Bigihon. 22
Bilecki. 250
Biſtricia oppidum. 23
Blaſius Diak. 148
Nagh. 91
Paxy Iaurinenſis. 44
Bockaius. 226
Bodrog fluuius. 129.130
Bogdan. 234
Bohemi. 20.34.80.122
Hungaro militatum vadunt. 52
Bohemia. 35
Bokcia præſidium Turcicum. 211
Bolides ignitæ. 97
Bolvvilerus. 120. 121. &c.
Bornemiſſa. 96.99
Boſiſch Bakith. 39

Boſnenſes. 22
Boſnia. 124
Boſphorus Thracius. 1
Bozna. 22
Brahillouua. 249
Braſſouia oppidum. 23.226.227
Buda 10.26.48.55.56.57.79.80.139.
209.260.271.
combuſta. 46
Hungarici regni ſedes. 22
per Solymannum viſaque & laudata. 30
quantum diſtet à Vienna. 70
Buiak. 209
Bucureſtum. 222.223.231.237.238.
242.245.246.249.
Bulgæ. 233
Bulgari. 105
Burggrauius Miſnenſis. 124
Buſovva. 249
Byzantium. 12.50

C.

Cadauer Stephani Metzkey Scepuſiũ delatum. 103
Cadauera cum hominum, tum belluarum. 224
Cædes ſtupris mixta. 7
Cæſar & Pontifex armis infeſtis inter ſe certant. 47
Cæſar Turcarũ qua occaſione Budam ſe conferat. 55
Cæſar Turcarum Viennam contendit. 57.
Calamancia. 124.125.126
Calixtus Pontifex R. Nicolai V. ſucceſſor. 10
per Capiſtranum & Ianum Coruinum de victoria per eos apud Albam Græcam obtenta certior fit. 16.
Camenecia. 251
Campi Barcenſes. 216
Dobrucenſes. 248
Caniſa. 120.&c.326.
Canonizatio. 36
Capriſtranus vir religioſiſſimus. 12
Capita mortuorum multa ſine vulnere ad Albam Græcam reperta. 16
Capitaneus Borſedenſis. 92
Segnienſis. 45
Capitula. 21
Capitulum Quinqueccleſienſe. 38
Capos Vyuarum. 112
Caput comitis Serinÿ palo affixum. 135.136.156.
Monachi pro triumpho per Turcas circumlatum. 44
Caracias. 15
Carahaus Perſa. 178
Caramania olim Cilicia. 180.181
Caranſebeſum. 211
Carniola. 119
Carolus Auſtrius. 73
Czeretinus. 124
Francorum rex VII. 3
Imperator Romanorum. 17
Mansfeldiæ comes. 255.268
mons. 265
Carolus Quintus, Imp. R. 79
Carpathÿ montes. 23.24
Cars arx quædam. 178
Caſparus Alapianus. 144
Barhaſeghy. 116
Peteu. 87.89

Raskay.

Raſkaj. 41
Ritſchan. 59
Caſſouia. 23.204
Caſtaldus. 105.112
Caſtellanus Poſonienſis. 45
Caſtellum nouum delineatum. 74.75
Caſtellum nouum expugnatur. 78.79
Caſtra Aſiatica Turcis adempta. 15
Cæſaris Turcarum quam ſplendida fuerint. 61.62
Hungarica num curribus vallata ad Danubij ripam tam diu collocãda ſint, dum copiæ auxiliares veniant, dubitatur. 48
Othomannorum per Hungaros nobiles belli gerendi imperitos parui penſa. 48
regia & Pauli Thomory diuiſa. 35
Sinani apud Tergouiſtiam. 220
Caſtrum ferreum. 123
Caſus mirus. 66
Cauſa iuſta vires in milite excitat. 100
Cauſæ Conſtantinopolis Mahomethi oppugnandæ quæ fuerint. 1
diſceſſus Turcici ab obſidione Viennenſi. 71
quibus Hungaris à Turca retro cedere non licuerit. 37
Cecius mons. 22.62
Celoces Turcarum quingentæ. 62
Cerui duo cicurati cum Palatino Moldaniæ aliquot itinera, dum bellum contra Turcas gerit, conuerſantur. 243.
Cetriſcus armiger Ludouici regis Hungarici, nominis huius ſecundi. 50.
Chamus imperator Tartaris eſt. 216
Præcopenſis Hordæ princeps. 248
Chanadinum. 23
Cherſoneſus Taurica. 249
Chirecki. 259
Chius. 7
Chodſchinum. 255
Chriſtiani capti per Turcam Vienna diſcedentem conciſi. 68
Turcam profligant apud Albam regalem. 195
Chriſtianus quidam Turcæ ſecreta Viennenſibus reuelat. 64
Chriſtophorus à Tieffenbach. 204
de Frangepanibus. 18
Paſſerer. 56
Richerius Thorigneus. 1
Richerus. 73
Zeſlitz. 60.70
Chronica Turcica. 249
Chryſius amnis. 111.132
Chryſonicus. 10
Chryſopolis. 176
Cibinium oppidum. 23
Cicala. 273.279.287
Ciſutes rei naualis peritiſsimus. 73.74
Cili comitatus. 249
Cilia. 10
Ciuitates liberæ. 21
Ciuitates quædam Hungaricæ Iohanni Zepuſienſi patriæ proditori, ſe dedunt præ Solymanni metu. 56
Clades ad Mugacium accepta. 50
Clades Belgradienſis. 25
per Solymannum quã magna fuerit Hungaris apud Mohaczum illata. 37.45

Turcarum Bellogradum oppugnātium quam magna fuiſſe videatur 15.
Claſsicum cantatum. 152
Claſſis Hungaris & Cruce ſignatis impleta. 11
Clemēs VIII. Pontifex maximus. 229
Cohortes Bohemicæ & Germanicæ pecunia Pontificia conſcriptæ. 48
Collegium diui Franciſci. 12
Colocia. 23
Colomanus Portolabus. 95
Colombaus. 260
Colonia Dacorum veterum. 104
Coloniæ Romanorum. 24
Coloſium oppidum. 23
Comaronium. 280.268
Comarum. 46
Comelius de Nona. 229
Comes Chriſtophorus Zagrabiam peruenit. 45
Ciliæ. 10. de Frangepanibus. 45
Palatinus dignitate ſecundus eſt à rege in Hūgaria magiſtratus. 17. 25
Palatinus vt æger pedibus ſit; in prælio tamen ineundo ſtrenuum ſe præbet. 30.40
Scepuſienſis alter belli dux contra Solymannum perit. 44
Serinius. 150.151.152.166
Comitatus Sapronienſis. 123
Comitia 128
Commora. 57
Conſtantia Agrienſium. 102
Copia Aſiatica. 51
Bani Croatiæ elegantiſſima. 37
Bohemorum. 45
Copioſiſſima per Turcā contra Hungarum contracta. 51
Getica. 51
Hungarorum nauales. 29
nauales nulli ad Mohaczium vſui eſſe potuerunt. 38
pontificis pedeſtres. 29
Scytharum periurorum. 250
Tranſyluana. 45
Turcica Sauum tranſeunt. 25
Concilium Strigonij coactum. 283
Conditiones Budenſibus ſi Turcis ſe dederent, ab iiſdem præſcriptaque & violatæ. 56
Conradus Gozman. 72
Conſilia Pauli Thomory cum Turcis hoſtibus occulta. 37
Conſtantinopolis deſcripta. 3.248
expugnata. 1.2.&c.
Conſtantinus Imperator. 5.6.&c.
Conuentus ordinum Hungaricorū. 20
principum Spiræ habitus. 21 29
procerum Germaniæ per Ferdinandum Spiræ celebratus. 51
Spiræ per Ferdinādum indictus. 80
Tolnenſis. 26
Corcyra. 169
Corpus Hungarici regis mortuum, cubicularij eius indicio repertum, Albam ragalem defertur tumulandum. 50.54
Ludouici II. regis Hungariæ cute nudum quid portenderit. 50
Coruinus Bellogrado appropinquat. 12
Coſaci. 233.237.242.244.250.251
Coſaci populi. 228
Craiouua vel Crailouua. 228.239

Crem-

Cremſium. 58.62.71
Creta. 170.171
Croata. 120.122
Croatia. 18.28.35
Croatia vbi incipiat. 22
Cruceſignati. 11
Crucigeri ſæua cade in Turcas ſæuiunt. 14
Crudelitas Walonum. 270
Crunzium. 129
Crux Sigethi erecta. 145
Cubicularij regis Ludouici. 39
Culpa regis Ludouici Hungarici amiſsi in quem reijcienda videatur. 43
Cumuli cadauerum ingentes per Turcam ſtratorum. 46
Cuniculi contra Turcam acti. 64
Cuſtodes reginæ Mariæ Hungaricæ Budæ quinam relicti. 37
Cutis Ludouico II. regi Hungarorum qualiter medicorum inũctionibus circumducta fuerit. 50
Cyprus bello vexata. 168
Czauſchius. 141
Czelle pagus. 44
Czetricz. 40
Czirvvona. 237
Czorga. 121
Czrabragius. 82

D.

Dacia. 16
Dalmatia. 18.22
Damna Walachiæ inflicta. 247
Danubius. 9.10.11.16.22.23.30.31.141 214.223. 224.225.226.229. 247. 248 273.
Danus ad belli contra Turcas auxilium ſollicitatus. 81
Debrecinium. 23
Deditio Lippenſis. 214
Dedititij triremibus per Ænobarbũ deſtinati. 79
Defenſio Draui contra Turcam qua occaſione fuerit omiſſa. 30
Delineatio breuis quadam caſtelli noui 75.
Dembovvice fluuius. 232.243
Demetrius quidam diſſectus. 248
Theſſeny. 116
Deſcriptio Filleci. 205. *Hungariæ.* 22
rerum à Michaele Moldauiæ tranſalpinæ ſiue Walachiæ geſtarũ breuis. 227. *Sigethi.* 158
Deſertores Hungarici regis eſſe nõ videntur, qui cum ipſo mortem conditione eadem oppetere pro patria non dubitarunt. 43
Dies diuo Sixto ſacer. 12
Diethmarus à Coninxberg. 278
Dij pro conſeruatione ipſorũ per Agrienſes celebrati. 102
Direptio caſtelli noui. 73
Diſceſſus Turcæ à Vienna lentus eſt ſuſpectus. 71
Diſſenſiones de fide Catholica monſtroſa fugiendæ. 69
Diſsidia domeſtica poſt Ludouicum amiſſum in regno Hungarico exorta. 43
Ditio Iouefenſis. 211
Tranſiluanica. 211
Diua Clara. 66
Diuiſio Hungariæ. 22
Diuus Hieronymus de Ripera. 229

Lan-

Laurentius oppidum. 145
Martinus patria Sabarienſis. 22
Dobo. 89.90.91.94.95.99.100.101.102
Dobrucenſes. 248
Dolor Solymanni propter ereptum caſtellum nouum. 73
Dotes Hungariæ. 25
Drauus. 18.22.24.30.31.32.136.139
Danubio miſcetur. 24
Dregel. 209
Duces bello contra Solymannum gerendo quinā per Hūgarum regem fuerint præfecti. 31
Bohemi Germanique conflictum cum Solymanno Ludouico Hungaro diſſuadent. 53
Dziouzdzouia. 231.234.240.245

E.

Ebubegker. 175
Eccius comes Salmenſis. 135
Eck à Reiſchach. 58.66.72
Edictum Turcicum aduerſus Hungaros pro Ioh. Zepuſienſe promulgatū. 56.
Egar. 138
Egenolphus Collenſis. 121
Emericus Bebek. 85
Czibak. 39
Nagh. 93
Pribek. 94
Warday. 45
Emir vnus ex ampla Mahometis proſapia. 231.232
Enſis Mahomethis falcatus. 13
Eperieſſum. 213
Epidaurus. 76
Epiſcopatus Quinqueccleſienſis. 31
Epiſcopi Hungarici cum rege contra Turcam eunt. 29
Epiſcopus Boznenſis. 30
Veſprimienſis. 37.46
Zagrabienſis. 37
Epitaphium Caroli comitis Mansfeldij. 268
Comitis Serinij. 157.188
Epitome obſidion. Sigethanæ. 158. &c.
Equi innumeri Turcarum è fuga properata enecti. 70
Turcarum pernices. 59
Equitatus Belgicus. 264
Hungaricus conciſus fere totus. 49
Equites Auſtriaci Nigri vocati. 121
diaboli ſermone patrio dicti. 122
Equus Ludouici II. regis Hungarici moritur. 27
Erchium. 27.29
Erd. 27
Erdel. 247
Erdeund. 24
Erenricus à Konigsberg. 124
Erneſtus à Brandenſtain. 59
Eſſekum. 139.141.142
Europa. 22
Exercitus è Germania conflatus. 9
è Germania in Hungariam ductus. 82
Hungaricus non vult vt rex Ludouicus à prælio abſit. 38
Hungaricus per Turcicum Balibeianum tota die mire vexatur. 52
Hungaricus totus contra Turcā pugnaturus in agmina duo diuiſus. 39
per Ferdinandum in Bohemia contractus. 71

Exi-

Exitium Germaniæ vnde certiſſimũ impendeat. 69
Expeditio Chriſtianorum ad Caniſam 326.
Turcarum Spiram fruſtra nunciatur. 51
Expugnatio Agriæ. 273.281.288
arcis Toccaiæ. 127
Bellogradiana. 16
Hatuæ. 269.272
Temeſuari. 103
Zigethi. 136.138.159.190.&c.
Ezeck. 24.25.27.30

F.

Factiones domeſticæ poſt regis Hungarici mortem in regno ſecutæ. 43
Fadſatenſes. 212.213
Fadſatum oppidum. 213
Famauguſtani. 171
Familia Franciſcana. 52
Farcas Aga. 239
Fauces Boſphori Thraciȷ. 1
Catari ſinus. 74.75
Feketehalom oppidum. 216
Fel Nemeth. 101
Feluar oppidum. 27
Ferdinandus archidux Auſtriæ. 17.18. 70.
Iohannem Zepuſienſem profligat. 55.
Ferton. 22
Feſtum Circumciſionis in honorem filiȷ Perſici Imp. celebratum. 187
Feuldvvar pagus. 40
Fideles Auſtriæ felices. 69
Fides Budenſibus cuius culpa per Turcam ſeruata non ſit. 70
Figura ſeu forma Conſtantinopolis. 8
Fillecum expugnatum. 203
Fines Barcenſes. 216
Flumina Hungariæ. 22.23
Fœcunditas ſoli Hungarici mira. 25
Fœdus inter Turcam & Sigiſmundum Polonum. 20
Fœminæ hoſtē lapidibus reiȷciunt. 100
Fœtus è prægnantibus exciſi. 61.68
Forma aciei Hungarorum cum Solymanno conflicturorum. 49
Fortuna pugnæ Bellogradenſis variabilis. 13
Frahates. 16
Franciſcus Balaſzy. 45
Batthiani. 28.36
Bay. 90
Chaholy Chanadienſis antiſtes. 44
Comes à Turre. 124
Dando. 148
de Peren archiepiſcopus Varadienſis. 44
Gallorum rex. 21
Hampo. 45
Hommonay. 39
Keſas. 116
Otzag. 45
Perenni epiſcopus Varadiēſis. 29.36
Popendorfius. 129
Sarmientanus. 74.77
Scherenkus. 152
Theke. 217
Zay. 82.83.112
Frater Nicolai Bolvvileri germanus. 121.
Fratres minores de obſeruantia. 18
Fraus quædam no. a. 249

Digitized by Google

Fridericus Rheni Palatinus. 62.71.72
Fuga Hungarorum coacta & ineuitabilis. 43
  Turcarum & Tartarorum. 235
Fuggerus Antonÿ filius. 124
Fumium. 22

G.

Galatæ. 178
Galea capiti regis Hungarici imponitur. 42
Galga. 251
Gallia Ciſalpina. 16
Gaſparus Horvvarth de Wingard. 27.40.
  Raſka. 38
Gazelles interfectus. 1
Geinzar Aga. 235
Gentes Aſiæ molles. 71
  plagæ ſeptentrionalis in Mahomethem II. concitatæ. 10
Gabriel Orozy. 90
Gabriel Perenni. 39.45.105.128.130
Georgiani ſiue Iberi. 177.178
Georgius Barbely. 211.212.213.223
  Baſii. 27
  Bathor. 94
  Bathor. 132
  Chaky. 167
  comes Scepuſienſis. 28.31
  de Palma. 30
  de Palyna epiſcopus Boznenſis. 44
  de Zapolia Baro. 44
  Gulay. 92
  Horvvarth. 94
  Iuani. 89
  Kechkeſz. 167
  Macedonay. 115
  Marchio Brandenburgenſis. 46
  martyr. 20
  Mathiaſch. 148
  Ortovvchicz. 45
  Palady Scepuſienſis. 29
  Thurius. 135
  Vitezi. 101
  Zekel. 115
Gereſgalium. 124.126
Gergicia Walachiæ oppidum. 226
Germani. 80.220.240.279.280
  ad Ludouicum Hungarum contra [illegible]am confluunt. 52
  [illegible]feſti. 9
  [illegible]ngarum cõtra Turcam minime [illegible]uturi ſunt viſi. 47
  Saxones vocati. 23
  quidam pecunia corrupti. 63
Germania. 22.35.68
Geſta inter Turcas & Chriſtianos per Hungariam. 189
Giaffara. 273
Giergiez oppidum. 246.251
Giula. 132.134.207.211
Globi hoſtium per Agrieſes collecti. 101
Globus equitum cataphractorum pulcherrimus. 40
  plumbeus in marſupio militis tormento petiti repertus. 60
Gregorius Bornemiſſa. 87.89.102
  Bykſith. 114
  Deak. 87
  Zepuſius. 52
Greiſius quidam dux occiſus. 269

H.

Halla. 146.145.&c.
Hadrianus Põtifex Ludouicum Hungarum

garum libenter contra Turcam iuniſſet, niſi pecunia ipſi defuiſſet. 16
Haiduci genus quoddam militum. 212
Hannibal Carthaginenſis Cyprius. 29
Hatua expugnata. 269
Haydones, 115.284
Haſſanus. 273
Hazan begus. 136
Hazerduu ſylua. 117
Heceyey prædiolum Agrienſe. 91
Heluetij. 23.81
Henricus dominus à Plauen. 124
Leſſota Sileſius. 253
Henyey defenſaculum. 115
Hibrahim Baſſa. 44
Hieronymus patria Stridonenſis. 22
Zanius. 169.&c.
Hiiula quidam Hunnorũ princeps. 23
Hoggia. 176
Holloko. 209
Holubeſt villa quædam. 230
Homines ducẽties mille in prælio Hungarorum contra Sultanum periiſſe creduntur. 47
Horda. 249 251
Huna flumen. 22
Huni. 22
Hungari. 22
Hungari deſertores regis ſui fuiſſe falſo accuſati. 43
gens quondam inuicta. 16
gens turbidiſſima. 47
Hungaria circa Caſſouiam. 204
deſcripta. 22.124
inferior. 9
vel citerior uel vlterior eſt. 22
Vltradanubiana. 23
Hungarus quidam ſe cum Turca è turri Bellogradenſi præcipitẽ dat. 14.
Huſſari quales milites ſint. 46.49.257
Hymnus, Te deum laudamus, cantatus. 267

I.

Iacobus à Werdenavv. 72
Radouans Vayda. 113
Iadera. 169
Iagareſte. 242
Iatovvnice. 243
Ianizari Turcarum. 40. 62.65.71.74. 79.80.92.97.135.146 147.185.&c.
Iankoli. 234
Ianus Dalmata. 6
Ianus Iuſtinianus Ligur. 5.6.7
Iaurinum. 22.46.133.136.231.282
Iaycza. 22
Iazyges. 52
Iberi ſiue Georgiani. 177
Ibrahim Baſſcha loco dignitateque ſua motus. 236.273
Ieremias Mogila. 226.243.249
Ieſus per Chriſtianos inuocatus. 146. 154.235.242.
Imam ſacerdos Turcicus. 176
Imbraim baſſa. 61.64.65.69
Imperator quidam Romanus ad pontificatum promotus. 24
Induciæ inter Turcam & Agrienſes tractata. 97.98
Infantuli viui per matres in terram quem in finem fuerint defoſſi. 45.
Ingenium Ludouici Hungarorum regis II. 17

Digitized by Google

Inſolentia militum Germanorum contra Viennenſes. 71
Ioachimus Brandenburgicus elector. 81.
Camerarius cladem Mogacicã deſcribit. 50
Ioſcum oppidum quoddam. 211
Iohannes à Greiſneck. 58
à Weyſſpriach. 124
ab Hardeck. 59.70
Andreas Auria. 169
Antonius Baro Burgij. 21
Banfr. 37
Baptiſta. 39
Bayoni. 167
Borkomizza. 19
Bornemiſſa. 37
Boſchaynus. 74
Cacianer. 59.70
Capiſtranus. 9.10 25
Capiſtranus ad Calixtum dat literas. 16
de Batthian. 45
Dragfy. 40.44
Figedi. 87
Gozthoni. 28
Gyzius. 133
Hagmaſy. 115
Hardeck comes. 45
Hauſer. 58
Hozthori. 115
Huniades Coruinus. 9.10.25.&c.
Iacobinus Claudiopolitanus. 211
Iſtvvanfy. 45
Kalnay. 38.45
Mazieiousky. 44
Medicaus. 266
Ormandi. 90
Paxy. 45
Perneſtanus. 282
Piloczky. 44
Poſgay cadit. 93
Pribecus. 99
Sambucus. 82.89.112
S. Angeli Cardinalis. 10
Sepuſius. 48
Sl idanus. 79
Statilius. 28.33
Tahy. 37.39
Tornalus. 45
Traubinger. 56
Wayda. 89.101.
Wiberus. 244.247
Zamoiſcius. 217.244
Zapoli. 17.18
Zepuſius. 53.55
Zerechen. 38
Zukany. 95.99
Ion Michael. 229.241
Iſiedorus Ruentenus Cardinalis. 8
Iſmael Schach. 176
Iſter. 9
Iudæi. 21
Iudex Curiæ in Hungaria quis & qua dignitate præditus magiſtratus ſit. 40.
Iugum ſeruitutis Germaniæ populis indignum. 55
Iulius Cæſar. 23
Iulius comes Hardecenſis. 124
Iur, vrbs, quæ & Tiflis. 182
Iuramentum Serinij & militum eius, inter vtroſque mutuum. 143.144
Iuuenes nobiliores quibus rebus tractandis

Digitized by Google

ctandis ætatem meliorem terant. 36.

K.

Kaluierim. 243
Kamanceh. 25
Karan begus. 136
Karothna. 124
Kekko. 290
Kendy. 94
Kerai Tatarhan. 249.254
Kereczenium. 134.135
Kereſta. 273
Kereſtium. 281.287
Kereſtur. 129
Keſas Baſtia. 114
Kieſſar cancellarius quidam. 248
Kilia. 249.237
Kiral Albertus. 233.237.238.241
Koſcza, oppidum. 242.250
Kraſſa aqua paluſtris quædam. 32
Kurkutea. 15

L.

Lacus Acronius. 119
Hungariæ citerioris. 22
Ladislaus Caniſa. 14
Hungarus vult, vt filius ſibi natus Iulius appelletur. 50
Kereczenius. 113.132.133
Macedonius. 21.28
Ladislaus Zalkanus archiepiſcop. Strigonienſis. 19.44
Lampertus Gnoinski. 38.39
Laſcus. 80
Laureacum. 61
Lazarus Albanus. 74
Nagh. 116
Schvvendius. 128.129.130.131
Legati Agrienſes. 102
Legati per Ludouicum Hungarum crebri Spiram miſſi. 51
per præſidium Para ad Turcã miſſi. 9
Legatus Imperatoris Caroli. 74
Leges militibus in Agria obſeſſa per ducem præſcripta. 88
Leo Orientis & de tribu Iuda. 238
Leonhardus à Vels. 58.72
Gnoiensky Polonus. 29.32
Levva. 82
Libertas Chriſtianorum qua ratione peritura videatur. 68
Ligures. 9
Limites Moldauiæ. 239
Lincium. 60
Lingua Walachica quid Povvar vocet. 227
Lippa. 85.104.105.106.211.213.214
Litera Ænobarbi ad Agrienſes. 98
Alybaſſæ ad Agriæ præfectos. 88
Imbrachim baſſæ. 69
regis Hungari Ludouici II. ad tranſyluanos præfectos. 28
Venetorum ad Turcam. 168.169
Littus Adriaticum. 25
Boſphori Aſiaticum. 236
Loca mediterranea Hungariæ citerioris à quibus teneantur. 22
Loca quædam ad Alpium radices. 316
Locus quidam non procul à Danubio delineatus. 214
Loſoncium. 106
Loſonctius. 93
Ludouicus Gritti ducis Venetorum nothus. 57

xx 3 Hun-

Hungarus copias, quãtas poteſt, cogit. 52.
fraude nec non inſidiis ſuorum circumuentus è Buda contra Turcam educitur mactandus. 52
ingenio iuuenis imbecillo. 16
inſidiis Iohannis Zepuſienſis Turcæ expoſitus. 56
nominis huius II. occumbit. 17
nulla cute præditus in lucem editur 50.
pugnam cum Turca differri fruſtra ſuadet. 33.34
quam ob rem Baronibus ſuis iraſcatur. 24
ſe militibus ſuis oſtendens, ſe, ſi neceſſe ſit, pro ipſis & religione mori non dubitaturum affirmat, vt eos ad idem faciendum alacres efficiat. 41.
vbi & quomodo perierit. 54
Sandalius. 74

M.

Macedonia. 15
Machinæ Ænobarbi murales. 75
bellicæ Turcarum copioſæ. 53
Hungarorum paucaq; & futiles. 53
per Viennenſes Hungarico regi contra Turcam nouiem miſſæ. 37
Machinus Mongianus. 74
Mahomethes apud Bellogradũ fugam aſtu ſingulari ſimulat. 13.14
Cõſtantinopolin expugnat. 1.2. &c.
fidem Paræis datam violat. 9
Hodabende. 173.177
in pectore ſauciatus fuga turpi in caſtra ſe recipit. 15
II. Bellogradum oppug[nat.] 9
II. orbis terrarum ſ[...] vocari iuſſit. 15
Solymanni pro[...] 16
Maiores Ma[hometis] Conſtantinopolin fruſtra ſæpe expugnare tentarunt. 1
Maklar. 89
Mand[...]. 74
Manipulares duo è Caſtro nouo ad Ænobarbum transfugiunt. 78
Manus Turcarum inuicta per Belgradi & Rhodi expugnationem debilitata videtur. 32
Marathon. 46
Marchio Burgouienſis. 266.267
Marcus Antonius Bragadenus. 171
Antonius Columna. 169
Horwath. 118
Ianſonius. 269.273
Mare Euxinum. 23.24
Maria Chriſtierna. 211
Ludouici regis Hungarorum Boemiæque II. coniunx. 17.26.50.51.52.54
Maromaruſia. 23
Martelota. 74
Martinus Boſniack. 148
Martyrium Hungarorum bis millium per quendam prædictum. 36
Maryſius fluuius nauigabilis. 23
Maſcheffa. 74
Mater regis Hungarici Ludouici II. Galla eſt. 50
Matthæus Nagh. 46
Matthias Coruinus. 17.54
Czettrini. 45

Ke-

Digitized by Google

Kereczenius. 135
Mauricius Saxonum dux. 102
Mauruſius flumen. 211
Maximilianus Leiſſer. 58
Maximilianus I. 50
Maximilianus ſecundus. 127
Maylath. 40
Metzkey. 93.94.97
Medet, medet. 97
Mehmet Begus. 220.222
Melchior Balaſſa. 127
Membetan Arczlan. 89
Meſſis vrticarum in gramine extirpanda eſt. 238
Metus de Solymanni aduentu principibus Chriſtianis aliquibus vanus eſt viſus. 51
Mezericius Morauia regulus. 28
Michael Bykſith. 114
Fekethe. 44
Gaſparith. 95
Moldauia Tranſalpina præfectus. 227
Podnamiczky. 33.45
Zilagius. 14
Miles quidam mutus quid deſignarit. 203.
quidam vxorem ſuam perimere vult, ne in manus Turcarum incidat ſtupranda. 165
Milites efferi quidam ſe rege abſente pugnaturos eſſe negant. 48
Germani. 71
Hayduci vocati. 212
Poloni quare cōmendari ſoleant. 29
veteres & experti per belli non peritos contempti. 48
Miraculum circa Turcas Fillecum oppugnantes. 208
Miſericordia Ferdinandi per Hungarum implorata. 51
Miſerskius Baſſa. 149.155
Miſſilia lamina & globi forma efficta. 97.
Mœſi ſuperiores. 22
Mohaz ad ripam Danubianam ſitum oppidum. 17.24
quale oppidum. 31
Molarcha. 74.79
Moldauia. 18
Moldauia Tranſalpina. 227
Moles Alexandrina 84
Monachus. 41.42
Monachus in acie prima cecidit. 44
Mons D. Martini. 282
Montana Vienna. 61
Montes Caucaſei. 177
Marcmaruſii. 23
Mophti. 231
Moraui. 20.34.80.122
Morauia. 23
Mors Ludouici regis Hungarorum in paludem prolapſi. 49.50
Mortaria duo. 151
Mos Sultanorum. 185
Moſci. 216
Moslauia. 139
Mugacium idem quod Mohazium eſt oppidum. 48
Munera Turcica Stephano Vayuoda filiolo miſſa. 80
Muranus. 82
Murus Conſtantinopolis mire denſus. 3.
Muſtapha Boſnenſis baſſa. 141

Myſia

Digitized by Google

Turcarum Bellogradum oppugnātium quam magna fuiſſe videatur 15.
Claſſicum cantatum. 152
Claſſis Hungaris & Cruce ſignatis impleta. 11
Clemēs VIII. Pontifex maximus. 229
Cohortes Bohemicæ & Germanicæ pecunia Pontificia conſcriptæ. 48
Collegium diui Franciſci. 12
Colocia. 23
Colomanus Portolabus. 95
Colombaus. 260
Colonia Dacorum veterum. 104
Coloniæ Romanorum. 24
Coloſium oppidum. 23
Comaronium. 180.268
Comarum. 46
Comelius de Nona. 229
Comes Chriſtophorus Zagrabiam peruenit. 45
Ciliæ. 10. de Frangepanibus. 45
Palatinus dignitate ſecundus eſt à rege in Hūgaria magiſtratus. 17. 25
Palatinus vt æger pedibus ſit; in prælio tamen ineundo ſtrenuum ſe præbet. 30.40
Scepuſienſis alter belli dux contra Solymannum perit. 44
Serinius. 150.151.152.166
Comitatus Sapronienſis. 123
Comitia 128
Commora. 57
Conſtantia Agrienſium. 102
Copia Aſiatica. 51
Bani Croatiæ elegantiſſima. 37
Bohemorum. 45
Copioſiſſima per Turcā contra Hungarum contracta. 51
Getica. 51
Hungarorum nauales. 29
nauales nulli ad Mohaczium vſui eſſe potuerunt. 38
pontificis pedeſtres. 29
Scytharum periurorum. 250
Tranſyluana. 45
Turcicæ Sauum tranſeunt. 25
Concilium Strigonij coactum. 283
Conditiones Budenſibus ſi Turcis ſe dederent, ab iiſdem præſcriptæ que & violatæ. 56
Conradus Gozman. 72
Conſilia Pauli Thomory cum Turcis hoſtibus occulta. 37
Conſtantinopolis deſcripta. 3.248
expugnata. 1.2.&c.
Conſtantinus Imperator. 5.6.&c.
Conuentus ordinum Hungaricorū. 20
principum Spiræ habitus. 21.29
procerum Germaniæ per Ferdinandum Spiræ celebratus. 51
Spiræ per Ferdinādum indictus. 80
Tolnenſis. 26
Corcyra. 169
Corpus Hungarici regis mortuum, cubicularij eius indicio repertum, Albam ragalem defertur tumulandum. 50.54
Ludouici II. regis Hungariæ cute nudum quid portenderit. 50
Coruinus Bellogrado appropinquat. 12
Coſaci. 233.237.242.244.250.251
Coſaci populi. 228
Craiovva vel Crailovva. 228.239

Crem-

Cremſium. 58.62.71
Creta. 170.171
Croata. 120.122
Croatia. 18.28.35
Croatia vbi incipiat. 22
Cruceſignati. 11
Crucigeri ſæua cæde in Turcas ſæuiunt. 14
Crudelitas Walonum. 270
Crunzium. 129
Crux Sigethi erecta. 145
Cubicularij regis Ludouici. 39
Culpa regis Ludouici Hungarici amiſſi in quem reijcienda videatur. 43
Cumuli cadauerum ingentes per Turcam ſtratorum. 46
Cuniculi contra Turcam acti. 64
Cuſtodes reginæ Mariæ Hungaricæ Budæ quinam relicti. 37
Cutis Ludouico II. regi Hungarorum qualiter medicorum inunctionibus circumducta fuerit. 50
Cyprus bello vexata. 168
Czauſchius. 141
Czelle pagus. 44
Czetricz. 40
Czirvvona. 237
Czorga. 121
Czrabragius. 82

D.

Dacia. 16
Dalmatia. 18.22
Damna Walachiæ inflicta. 247
Danubius. 9.10.11.16.22.23.30.31.141. 214.223.224.225.226.229.247. 248.273.
Danus ad belli contra Turcas auxilium ſollicitatus. 81
Debrecinium. 23
Deditio Lippenſis. 214
Dedititij triremibus per Ænobarbũ deſtinati. 79
Defenſio Draui contra Turcam qua occaſione fuerit omiſſa. 30
Delineatio breuis quædam caſtelli noui 75.
Dembovvice fluuius. 232.243
Demetrius quidam diſſectus. 248
Theſſeny. 116
Deſcriptio Filleci. 205. Hungariæ. 22
rerum à Michaele Moldauiæ tranſalpinæ ſiue Walachiæ geſtarũ breuis. 227. Sigethi. 158
Deſertores Hungarici regis eſſe nõ videntur, qui cum ipſo mortem conditione eadem oppetere pro patria non dubitarunt. 43
Dies diuo Sixto ſacer. 12
Diethmarus à Coninxberg. 278
Dij pro conſeruatione ipſorũ per Agrienſes celebrati. 102
Direptio caſtelli noui. 73
Diſceſſus Turcæ à Vienna lentus eſt ſuſpectus. 71
Diſſenſiones de fide Catholica monſtroſa fugienda. 69
Diſſidia domeſtica poſt Ludouicum amiſſum in regno Hungarico exorta. 43
Ditio Iouefenſis. 211
Tranſiluanica. 211
Diua Clara. 66
Diuiſio Hungariæ. 22
Diuus Hieronymus de Ripera. 229

Lan-

Digitized by Google

Laurentius oppidum. 145
Martinus patria Sabarienſis. 22
Dobo. 89.90.91.94.95.99.100.101.102
Dobrucenſes. 248
Dolor Solymanni propter ereptum caſtellum nouum. 73
Dotes Hungariæ. 25
Drauus. 18.22.24.30.31.32.136.139
Danubio miſcetur. 24
Dregel. 209
Duces bello contra Solymannum gerendo quinā per Hūgarum regem fuerint præfecti. 31
Bohemi Germanique conflictum cum Solymanno Ludouico Hungaro diſſuadent. 53
Dziouzdzouia. 231.234.240.245

E.

Ebubegker. 175
Eccius comes Salmenſis. 135
Eck à Reiſchach. 58.66.72
Edictum Turcicum aduerſus Hungaros pro Ioh. Zepuſienſe promulgatū. 56.
Egar. 138
Egenolphus Collenſis. 121
Emericus Bebek. 85
Czibak. 39
Nagh. 93
Pribek. 94
Warday. 45
Emir vnus ex ampla Mahometis proſapia. 231.232
Enſis Mahomethis falcatus. 13
Eperieſſum. 213
Epidaurus. 76
Epiſcopatus Quinqueccleſienſis. 31
Epiſcopi Hungarici cum rege contra Turcam eunt. 29
Epiſcopus Boznenſis. 30
Veſprimienſis. 37.46
Zagrabienſis. 37
Epitaphium Caroli comitis Mansfeldij. 268
Comitis Serinij. 157.188
Epitome obſidion. Sigethanæ. 158. &c.
Equi innumeri Turcarum è fuga properata enecti. 70
Turcarum pernices. 59
Equitatus Belgicus. 264
Hungaricus conciſus fere totus. 49
Equites Auſtriaci Nigri vocati. 121
diaboli ſermone patrio dicti. 122
Equus Ludouici II. regis Hungarici moritur. 27
Erchium. 27.29
Erd. 27
Erdel. 247
Erdeund. 24
Erenricus à Konigsberg. 124
Erneſtus à Brandenſtain. 59
Eſſekum. 139.141.142
Europa. 22
Exercitus è Germania conflatus. 9
è Germania in Hungariam ductus. 82
Hungaricus non vult vt rex Ludouicus à prælio abſit. 38
Hungaricus per Turcicum Balibeianum tota die mire vexatur. 52
Hungaricus totus contra Turcā pugnaturus in agmina duo diuiſus. 39
per Ferdinandum in Bohemia contractus. 71

Exi-

Exitium Germaniæ vnde certiſſimũ impendeat. 69
Expeditio Chriſtianorum ad Caniſam 326.
Turcarum Spiram fruſtra nunciatur. 51
Expugnatio Agriæ. 273.281.288
arcis Toccaiæ. 127
Bellogradiana. 16
Hatuæ. 269.272
Temeſuari. 103
Zigethi. 136.138.159.190.&c.
Ezeck. 24.25.27.30

F.

Factiones domeſticæ poſt regis Hungarici mortem in regno ſecutæ. 43
Fadſatenſes. 212.213
Fadſatum oppidum. 213
Famauguſtani. 171
Familia Franciſcana. 52
Farcas Aga. 239
Fauces Boſphori Thraciȷ. 1
Catari ſinus. 74.75
Feketchalom oppidum. 216
Fel Nemeth. 101
Feluar oppidum. 27
Ferdinandus archidux Auſtriæ. 17.18. 70.
Iohannem Zepuſienſem profligat. 55.
Ferton. 22
Feſtum Circumciſionis in honorem filiȷ Perſici Imp. celebratum. 187
Feuldvvar pagus. 40
Fideles Auſtriæ felices. 69
Fides Budenſibus cuius culpa per Turcam ſeruata non ſit. 70
Figura ſeu forma Conſtantinopolis. 8
Fillecum expugnatum. 203
Fines Barcenſes. 216
Flumina Hungariæ. 22.23
Fœcunditas ſoli Hungarici mira. 25
Fœdus inter Turcam & Sigiſmundum Polonum. 20
Fœminæ hoſtẽ lapidibus reiȷciunt. 100
Fœtus è pragnantibus exciſi. 61.68
Forma aciei Hungarorum cum Solymanno conflicturorum. 49
Fortuna pugnæ Belloggradenſis variabilis. 13
Frahates. 16
Franciſcus Balaſzy. 45
Batthiani. 28.36
Bay. 90
Chaboly Chanadienſis antiſtes. 44
Comes à Turre. 124
Dando. 148
de Peren archiepiſcopus Varadienſis. 44
Gallorum rex. 21
Hampo. 45
Hommonay. 39
Keſas. 116
Otzag. 45
Perenni epiſcopus Varadiẽſis. 29.36
Popendorfius. 129
Sarmientanus. 74.77
Scherenkus. 152
Theke. 217
Zay. 82.83.112
Frater Nicolai Boluvileri germanus. 121.
Fratres minores de obſeruantia. 18
Fraus quadam no a. 249

Fridericus Rheni Palatinus. 62.71.72
Fuga Hungarorum coacta & ineuitabilis. 43
  Turcarum & Tartarorum. 235
Fuggerus Antonij filius. 124
Fumium. 22

G.

Galatæ. 178
Galea capiti regis Hungarici imponitur. 42
Galga. 251
Gallia Ciſalpina. 16
Gaſparus Horvvarth de Wingard. 27.40.
  Raſka. 38
Gazelles interfectus. 1
Geinzar Aga. 235
Gentes Aſiæ molles. 71
  plagæ ſeptentrionalis in Mahomethem II. concitatæ. 10
Gabriel Orozy. 90
Gabriel Perenni. 39.45.105.128.130
Georgiani ſiue Iberi. 177.178
Georgius Barbely. 211.212.213.223
  Baſit. 27
  Bathor. 94
  Bathor. 132
  Chaky. 167
  comes Scepuſienſis. 28.31
  de Palma. 30
  de Palyna epiſcopus Boznenſis. 44
  de Zapolia Baro. 44
  Gulay. 92
  Horvvarth. 94
  Iuani. 89
  Kechkeſz. 167
  Macedonay. 115
  Marchio Brandenburgenſis. 46
  martyr. 20
  Mathiaſch. 148
  Ortovvchicz. 45
  Palady Scepuſienſis. 29
  Thurius. 135
  Vitezi. 101
  Zekel. 115
Gereſgalium. 124.126
Gergicia Walachiæ oppidum. 226
Germani. 80.220.240.279.280
  ad Ludouicum Hungarum contra [illegible]m confluunt. 52
  [illegible]feſti. 9
  [illegible]ngarum cōtra Turcam minime [illegible]turi ſunt viſi. 47
  Saxones vocati. 23
  quidam pecunia corrupti. 63
Germania. 22.35.68
Geſta inter Turcas & Chriſtianos per Hungariam. 189
Giaffara. 273
Giergiez oppidum. 246.251
Giula. 132.134.207.211
Globi hoſtium per Agriēſes collecti. 101
Globus equitum cataphractorum pulcherrimus. 40
  plumbeus in marſupio militis tormento petiti repertus. 60
Gregorius Bornemiſſa. 87.89.102
  Bykſith. 114
  Deak. 87
  Zepuſius. 52
Greiſius quidam dux occiſus. 269

H.

Halla. 146.145.&c.
Hadrianus Pōtifex Ludouicum Hungarum

Digitized by Google

garum libenter contra Turcam iuniſſet, niſi pecunia ipſi defuiſſet. 16
Haiduci genus quoddam militum. 212
Hannibal Carthaginenſis Cyprius. 29
Hatua expugnata. 269
Haydones, 115.284
Haſſanus. 273
Hazan begus. 136
Hazerdun ſylua. 117
Heceyey prædiolum Agrienſe. 91
Heluetij. 23.81
Henricus dominus à Plauen. 124
Leſſota Sileſius. 253
Henyey defenſaculum. 115
Hibrahim Baſſa. 44
Hieronymus patria Stridonenſis. 22
Zanius. 169. &c.
Hiiula quidam Hunnorũ princeps. 23
Hoggia. 176
Holloko. 209
Holubeſt villa quædam. 230
Homines ducẽties mille in prælio Hungarorum contra Sultanum periiſſe creduntur. 47
Horda. 249 251
Huna flumen. 22
Huni. 22
Hungari. 22
Hungari deſertores regis ſui fuiſſe falſo accuſati. 43
gens quondam inuicta. 16
gens turbidiſſima. 47
Hungaria circa Caſſouiam. 204
deſcripta. 22.124
inferior. 9
vel citerior vel vlterior eſt. 22
Vltradanubiana. 23
Hungarus quidam ſe cum Turca è turri Bellogradenſi præcipitẽ dat. 14.
Huſſari quales milites ſint. 46.49.257
Hymnus, Te deum laudamus, cantatus. 267

I.

Iacobus à Werdenavv. 72
Radouans Vayda. 113
Iadera. 169
Iagareſte. 242
Iatovvnice. 243
Ianizari Turcarum. 40. 62.65.71.74. 79.80.92.97.135.146 147.185. &c.
Iankoli. 234
Ianus Dalmata. 6
Ianus Iuſtinianus Ligur. 5.6.7
Iaurinum. 22.46.133.136.231.282
Iaycza. 22
Iazyges. 52
Iberi ſiue Georgiani. 177
Ibrahim Baſſcha loco dignitateque ſua motus. 236.273
Ieremias Mogila. 226.243.249
Ieſus per Chriſtianos inuocatus. 146. 154.235.242.
Imam ſacerdos Turcicus. 176
Imbraim baſſa. 61.64.65.69
Imperator quidam Romanus ad pontificatum promotus. 24
Induciæ inter Turcam & Agrienſes tractatæ. 97.98
Infantuli viui per matres in terram quem in finem fuerint defoſſi. 45.
Ingenium Ludouici Hungarorum regis II. 17

Inſolentia militum Germanorum contra Viennenſes. 71
Ioachimus Brandenburgicus elector. 81.
Camerarius cladem Mogacicā deſcribit. 50
Ioſeūm oppidum quoddam. 211
Iohannes à Greiſneck. 58
à Weyſſpriach. 124
ab Hardeck. 59.70
Andreas Auria. 169
Antonius Baro Burgij. 21
Banfr. 37
Baptiſta. 39
Bayoni. 167
Borkomizza. 19
Bornemiſſa. 37
Boſchaynus. 74
Cacianer. 59.70
Capiſtranus. 9.10 25
Capiſtranus ad Calixtum dat literas. 16
de Batthian. 45
Dragſy. 40.44
Figedi. 87
Gozthoni. 28
Gyzius. 133
Hagmaſy. 115
Hardeck comes. 45
Hauſer. 58
Hozthori. 115
Huniades Coruinus. 9.10.25.&c.
Iacobinus Claudiopolitanus. 211
Iſtvvanſy. 45
Kalnay. 38.45
Mazicìousky. 44
Medicaus. 266
Ormandi. 90
Paxy. 45
Perneſtanus. 282
Piloczky. 44
Poſgay cadit. 93
Pribecus. 99
Sambucus. 82.89.112
S. Angeli Cardinalis. 10
Sepuſius. 48
Slidanus. 79
Statilius. 28.33
Tahy. 37.39
Tornalus. 45
Traubinger. 56
Wayda. 89.101.
Wiberus. 244.247
Zamoiſcius. 217.244
Zapoli. 17.18
Zepuſius. 53.55
Zerecben. 38
Zukany. 95.99
Ion Michael. 229.241
Iſiodorus Ruentenus Cardinalis. 8
Iſmael Schach. 176
Iſter. 9
Iudæi. 21
Iudex Curiæ in Hungaria quis & quæ dignitate præditus magiſtratus ſit. 40.
Iugum ſeruitutis Germaniæ populis indignum. 55
Iulius Cæſar. 23
Iulius comes Hardecenſis. 124
Iur, vrbs, quæ & Tiflis. 182
Iuramentum Serinij & militum eius, inter vtroſque mutuum. 143.144
Iuuenes nobiliores quibus rebus tractandis

ctandis ætatem meliorem terant. 36.

K.

Kaluierim. 243
Kamanceh. 25
Karan begus. 136
Karothna. 124
Kekko. 290
Kendy. 94
Kerai Tatarhan. 249.254
Kereczenium. 134.135
Kereſta. 273
Kereſtium. 281.287
Kereſtur. 129
Keſas Baſtia. 114
Kieſſar cancellarius quidam. 248
Kilia. 249.237
Kiral Albertus. 233.237.238.241
Koſcza, oppidum. 242.250
Kraſſa aqua paluſtris quædam. 32
Kurkutea. 15

L.

Lacus Acronius. 119
Hungariæ citerioris. 22
Ladislaus Caniſa. 14
Hungarus vult, vt filius ſibi natus Iulius appelletur. 50
Kereczenius. 113.132.133
Macedonius. 21.28
Ladislaus Zalkanus archiepiſcop. Strigonienſis. 19.44
Lampertus Groinski. 38.39
Laſcus. 80
Laureacum. 61
Lazarus Albanus. 74
Nagh. 116
Schvvendius. 128.129.130.131
Legati Agrienſes. 102
Legati per Ludouicum Hungarum crebri Spiram miſſi. 51
per præſidium Para ad Turcã miſſi. 9
Legatus Imperatoris Caroli. 74
Leges militibus in Agria obſeſſa per ducem præſcripta. 88
Leo Orientis & de tribu Iuda. 238
Leonhardus à Vels. 38.72
Gnoienſky Polonus. 29.32
Levva. 82
Libertas Chriſtianorum qua ratione peritura videatur. 68
Ligures. 9
Limites Moldauiæ. 239
Lincium. 60
Lingua Walachica quid Povvar vocet. 227
Lippa. 85.104.105.106.211.213.214
Literæ Ænobarbi ad Agrienſes. 98
Alybaſſæ ad Agriæ præfectos. 88
Imbrachim baſſæ. 69
regis Hungari Ludouici II. ad tranſyluanos præfectos. 28
Venetorum ad Turcam. 168.169
Littus Adriaticum. 25
Boſphori Aſiaticum. 236
Loca mediterranea Hungariæ citerioris à quibus teneantur. 22
Loca quædam ad Alpium radices. 316
Locus quidam non procul à Danubio delineatus. 214
Loſoncium. 106
Loſonetius. 93
Ludouicus Gritti ducis Venetorum nothus. 37

Hungarus copias, quātas poteſt, cogit. 52.
fraude nec non inſidiis ſuorum circumuentus è Buda contra Turcam educitur mactandus. 52
ingenio iuuenis imbecillo. 16
inſidiis Iohannis Zepuſienſis Turcæ expoſitus. 56
nominis huius II. occumbit. 17
nulla cute præditus in lucem editur 50.
pugnam cum Turca differri fruſtra ſuadet. 33.34
quam ob rem Baronibus ſuis iraſcatur. 20
ſe militibus ſuis oſtendens, ſe, ſi neceſſe ſit, pro ipſis & religione mori non dubitaturum affirmat, vt eos ad idem faciendum alacres efficiat. 41.
vbi & quomodo perierit. 54
Sandalius. 74

M.

Macedonia. 15
Machinæ Ænobarbi murales. 75
bellicæ Turcarum copioſæ. 53
Hungarorum paucæ & futiles. 53
per Viennenſes Hungarico regi contra Turcam nouem miſſæ. 37
Machinus Mongianus. 74
Mahomethes apud Bellogradū fugam aſtu ſingulari ſimulat. 13.14
Cōſtantinopolin expugnat. 1.2. &c.
fidem Pæraïs datam violat. 9
Hodabende. 173.177
in pectore ſauciatus fuga turpi in caſtra ſe recipit. 15
II. Bellogradum oppugnat. 9
II. orbis terrarum ſe metum vocari iuſſit. 15
Solymanni proauus. 16
Maiores Mahomethis Conſtantinopolin fruſtra ſæpe expugnare tentarunt. 1
Maklar. 89
Mandoza. 74
Manipulares duo è Caſtro nouo ad Ænobarbum transfugiunt. 78
Manus Turcarum inuicta per Belgradi & Rhodi expugnationem debilitata videtur. 32
Marathon. 46
Marchio Burgouienſis. 266.267
Marcus Antonius Bragadenus. 171
Antonius Columna. 169
Horwath. 118
Ianſonius. 269.273
Mare Euxinum. 23.24
Maria Chriſtierna. 211
Ludouici regis Hungarorum Boemiæque II. coniunx. 17.26.50.51.52.54
Maromaruſia. 23
Martelota. 74
Martinus Boſniack. 148
Martyrium Hungarorum bis millium per quendam prædictum. 36
Maryſius fluuius nauigabilis. 23
Maſcheſſa. 74
Mater regis Hungarici Ludouici II. Galla eſt. 50
Matthæus Nagh. 46
Matthias Coruinus. 17.54
Czettrini. 45

Ke-

Kereczenius. 135
Mauricius Saxonum dux. 102
Mauruſius flumen. 211
Maximilianus Leiſſer. 58
Maximilianus I. 50
Maximilianus ſecundus. 127
Maylath. 40
Meczkep. 93.94.97
Medet, medet. 97
Mehmet Begus. 220.222
Melchior Balaſſa. 127
Membetan Arczlan. 89
Meſsis vrticarum in gramine extirpanda eſt. 238
Metus de Solymanni aduentu principibus Chriſtianis aliquibus vanus eſt viſus. 51
Mezericius Morauiæ regulus. 28
Michael Bykſith. 114
Fekethe. 44
Gaſparith. 95
Moldauiæ Tranſalpinæ præfectus. 227
Podnamiczky. 33 45
Zilagius. 14
Miles quidam mutus quid deſignarit. 203.
quidam vxorem ſuam perimere vult, ne in manus Turcarum incidat ſtupranda. 165
Milites eſſeri quidam ſe rege abſente pugnaturos eſſe negant. 48
Germani. 71
Hayduci vocati. 212
Poloni quare cõmendari ſoleant. 29
veteres & experti per belli non peritos contempti. 48
Miraculum circa Turcas Fillecum oppugnantes. 208
Miſericordia Ferdinandi per Hungarum implorata. 51
Miſerskius Baſſa. 149.155
Miſsilia lamina & globi forma effecta. 97.
Mœſi ſuperiores. 22
Mohaz ad ripam Danubianam ſitum oppidum. 17.24
quale oppidum. 31
Molarcha. 74.79
Moldauia. 18
Moldauia Tranſalpina. 227
Moles Alexandrina 84
Monachus. 41.42
Monachus in acie prima cecidit. 44
Mons D. Martini. 282
Montana Viennæ. 61
Montes Caucaſei. 177
Marcmaruſii. 23
Mophti. 231
Moraui. 20.34.80.122
Morauia. 83
Mors Ludouici regis Hungarorum in paludem prolapſi. 49.50
Mortaria duo. 151
Mos Sultanorum. 185
Moſci. 216
Moslauia. 139
Mugacium idem quod Mohazium eſt oppidum. 48
Munera Turcica Stephano Vayuodæ filiolo miſſa. 80
Muranus. 82
Murus Conſtantinopolis mire denſus. 3.
Muſtapha Boſnenſis baſſa. 141

Myſia

Digitized by Google

Myſia ſuperior. 10
Myſſir. 231

N.

Nadaſchgoui. 150
Nadaſtinus. 120
Nadaſtius. 210
Nandoralba. 16.25
Narratio belli Perſici inter Murathē III. Turcam & Mahomethem Hodabende. 173
Nazadiſtæ. 29.59.62.64.70.
Naſur Aga. 141
Natholia. 62.47.70.132
Naues Barbarorū quædam per Chriſtianos occupatæ. 225
è Buda rebus neceſſariis inſtructæ veniunt. 37
onerariæ duæ Caſtello nouo appropinquantes. 77
Nauigia bellica Viennenſia. 59
Nazus begus. 113.115
Negravvoda. 243
Nemetius. 90.130
Nepos Zrinij è ſorore. 167
Neprum flumen. 216
Neruus belli contra Turcam ſuſcipiendi vndecumque conquiſitus. 21
Neſter. 229.230
Nicolaus à Salm. 63
Bathoreus. 105
Bolvvila. 119
Cobacus. 139
Comes de Salinis. 21
Forgacz. 45
Gerendi. 21
Gernel. 116
Herzog. 44
Olahus. 102
V. Pont. 8.10
Salmenſis Comes. 82.104
Zerinius. 135.143
Tandulus. 169
Tarczay. 39.45
Nicopolis. 109 233
Nicoſia. 169
Nieſter fluuius. 249
Nieznovviecz. 241.242
Nigri equites Hungarici. 121.122
Nitria. 23
Nix ad genu pertingens. 71
Nobiles Sigethani. 140
Nobilis inter Siculos nullus. 23
Nogradum. 209
Nomen Ieſu per Hungaros pugnãtum Turcis inituros alta voce pronunciatum. 42.235
Noricum. 22
Noſosky. 134
Nox imbrium pleniſſima multis Hungaris ſalutifera fuit. 44
Nuſdorf. 62

O.

Obleczicza. 237
Obſidio Agrienſis ſoluta. 102
Obſidio Baboczienſis. 117
Cagriæ. 89
Petriniæ Croatienſis. 271
Strigonienſis. 255
Viennæ. 54
Zigethi. 112
Ochiali baſſa. 182
Ogleus Michael Baſſa. 61
Oliuerius Burgundio. 74
Ollambas. 74

Digitized by Google

Omar. 175

Omen infauſtum ex amiſſione equi collectum. 27

Ominoſa quædam circa natiuitatem Ludouici regis Hungarici viſa 50

Onaſus. 61

Oppida aliquot Scepuſio non ignobilia, 23

Oppidani Conſtantinopolis. 2

Oppugnatio Conſtantinopolis. 1.2.3. 4 &c.

Peſti deſerta. 82

Viennæ quam vehemens. 65.67

Opus Iuſtiniani Imperatoris. 7

Oratio coniugis cuiuſdã ad maritum ſuum militem. 165

Ferdinandi. 80

Serinij. 153.154 161.163.

Orator Pontificius. 21.46

Oratores Hungarici. 20

Orechtowa. 237

Oroſlanus. 142

Oſman. 179.183

Oſtia Saui. 22.25

Oſtium Draui. 24

P

Padiſchach. 233.237

Pera. 2.4.

Pagus Erchij. 27

Feuldwar. 40

Palatini. 104

Palatinus Moldauienſis. 217

Palatinus vincens Bogdanum fugat. 235.

Palſius. 193.205.265.279.280.284

Palbea. 209

Pannonia. 50

Pannonia per Solymannum inuaditur. 16. ſuperior. 22

Panodacia. 104

Pappa. 282

Para. 7

Pars nationis Siculæ nobilibus ſubdita eſt. 218

Pathozius. 104

Patria diui Hieronymi. 22

Paulus Bakith. 39.70

Iouius. 82

Nagh. 94

Syrmai. 97

Thomory. 18.19.29.30.31.32.35.36. 37.44.48.52.53

Varday Agrienſis Epiſcopus. 29

Pax Germaniæ proceribus in religione per Ferdinandum commendata. 82

inter Perſen & Turcam qualiter fruſtra tentata. 174 &c.

Pecunia per Germaniam viritim collecta. 81

Pedites circa Drauum coacti. 38

Peluin oppidum amplum. 247

Penſio Palatinorum annua. 234

Perfidia Solymanni. 57

Peſtum. 23.47.80.81.101

Peteu. 93 99.100.120

Petrinia. 271

Petrouichius. 104

Petrus Alapianus. 139

Alexandri Moldauiæ Palatini filius. 232

Antonius Kys. 89

Bathſchatizia. 139

Berizlaus. 28
Botoſch. 148
Corlatkey. 39.45.
de Erdewd. 37
Farkaſſy. 167
Perenni. 32.39.84
Petrudy. 116
Petulantia Turcarum quotidie creſcit. 230.
Phalanx Germanica. 221.
Philippus Comes palatinus Rheni. 58. 63.
Demetrij. 95
Liladamus. 17
More. 38.44
Pialis. 169
Pizigyton. 21
Plebs Sicula. 218
Plintenburgium. 57
Podolia. 217.249
Polauck. 209
Polonia. 23
Polonia maior. 450
Polycana. 92.99
Pontifex ad auxilium contra Turcam ferendum requiſitus. 20
& Cæſar armis infeſtis concurrũt. 47
Pons paſſuum bis mille per Mahomethem factus. 2
Pontus. 9
Euxinus. 181.237.248
Porta Carinthiorum. 63.67.70
Salis viennenſis. 59
Scotorum viennenſis. 60
Stubarum viennenſis. 60.67
Vienna Carinthia. 58
Poſega. 22
Poſonium. 23.106
Powar. 227
Præda per Turcas Albam vienna abacta. 71
Præfecti Agrienſes Agriam Turcæ dedere nolunt. 88
Giulenſis & Canadienſis caſi. 212
Præfectus Lippenſis & alij nonnulli. 212
maritimus. 18
Tockaij. 278
Prælati Iaurienſis & vacienſis. 40
Prælatus Boſnenſis & Nitrienſis. 40
Prælium ad Albam Græcam. 16
cum Sinan Baſſa commiſſum. 241
Præpoſiti. 21
Præpoſitura Thitetrenſis. 24
Præpoſitus Albenſis. 40
Præſidium Paræ. 9
Praga. 80.119.123
Preſburgum. 52
Princeps Precopenſis Hordæ. 231
Priuilegia Baronum Hungaricorum quoad militiam. 30
Proceres Hungarici conuentum agũt. 20. regni Slauonici. 37
Proditio quædam euerſa. 248
Promiſſa Viennenſibus, ſi iſti ſe dedãt, per Turcam facta. 60
Prouinciæ Comitatus vocata. 22.29
Prouuodia oppidum. 248
Pruck. 61
Pueri frameis diſiecti & haſtis transfixi. 69
Pugna ardentiſſima. 101
Pugna Chriſtianorũ apud Kereſtium inſe-

infelix. 281.287.288
Contra Solymannum decernitur. 87.
inter Turcam & Bellogradenſes naualis acerrima. 11
Puluis tormentarius incenſus. 94
Pyramis diui Stephani viennenſis. 61

Q

Quadraginta Turcarum millia in oppugnatione Bellogradenſi ceciderunt. 15
Quæ circa natiuitatem Ludouici II. regis Hung. viſa ſint ominoſa. 50
Quid Germanis expectandum, niſi Turca ex Hungaria pellatur. 81
Quidam Iudæus appellatus. 76
Quidam tormento ſic icitur, vt corpus illæſum retineat. 66
Quies ab armis viennæ nulla. 59
Quinam præcipuorum Turcarum apud Bellogradum perierint. 15
Quinqueccleſiæ. 24.36.112.113.117. 118.124.125.140.141.142
ciuitas ante cladem Mohazenſem ſat inſignis fuerunt. 31
combuſtæ. 45
per Turcam captæ. 82
Quo conſilio Turca viennam venerit. 68
Quomodo Ænobarbus Caſtellum nouum capiendum putet. 74

R

Raab quod & Iaurinum. 231
Radices Caciij montis. 22
Radiſch Ba ith 39
Radul. 18
Raguſium. 76
Rakos. 24
Raſcia. 22
Raſciani, olim Mœſi ſuperiores fuerunt. 22.105
Reditus Cairenſes. 181
Reges Auſtriæ bello occupantur Italico. 47.
Chriſtiani bellis inteſtinis occupati. 16.
Regina Hungarica Poſonium fugit. 46.
Regio Iazygum vel Septemcaſtrenſis. 52.
Maromaruſia vocata. 23
Sirmienſis vbi ſita. 24
Regnum Hungariæ Ludouico vel deſerendum vel defendendum. 51
Reiprechtus ab Ebersdorf. 58
Reliquiæ ſanctorum in oppugnatione Conſtantinopolitana per ſacrificulos ad pellendum Turcam prolata. 3.
Res contra Turcas ad Baboczam. 119
in Tranſyluania à Sigiſmundo Batoreo geſta. 211
Res inter Turcas & Chriſtianos per Hungariam. 189 &c.
per Michaelem Moldauiæ tranſalpinæ præfectum geſta. 227
Res quædam mira de milite muto. 203
Tranſyluana per Stephanum Bathorem laudabiliter adminiſtrata. 17.
Reſponſum ad literas Turcæ per Agrienſes nullum datur. 98

Sarmietani ad Turca poſtulata. 74
Rex Hungariæ iuuenis in arce Budenſi videtur conſeruandus. 48
precario, non ſuo iure imperat. 47
Rhodus expugnata. 16.32
præſidiis munita. 169
Ricelucas. 8
Riuulus dominarum. 23
Romani vbi Pannonias obtinuerint. 24
Roſcius. 74
Roſgradum. 237
Rudolphus Imperator 217.230
Rumili beglerbegus. 233
Rumores de Turca inualeſcunt. 26.67
Ruſſia. 23
Ruſticus inter Siculos nullus. ibid.
Ruſwurmius. 271

S.

Sabacia. 19
Sabaria. 22
Sabatka. 204
Sabeſum. 216
Sabinowa. 240
Sacrificuli quibus armis Turcam Conſtantinopolin expugnaturum fugare præſumant. 3
Saculi. 244.245
Sallia. 124.125
Sanctus Laurentius, oppidum 124. vt & S. Martinus. 124.126
Sangiachi deſiderati. 177
Sanza Frianus. 74
Saraieuum. 138
Sarmatia. 50
Sarmientanus. 78.79.&c.
Sarnon. 15
Satrapes Nicopolis. 109
Sauus. 10.16.18.20.22.30.
Saxones. 21.23
Scarpateſt. 234
Scepuſium. 23
Schanſak. 140
Schembalus ſocer Oſman baſſa. 183
Sclauonia. 18.19.22.35
pars olim fuit Pannoniæ ſuperioris. 22
Scopia. 239
Scriptor quidam hiſtoriarum ineptus. 43
Scucchat. 61
Scutari. 176
Scythæ periuri. 250
Scythia. 22
Sebaſtianus Roſgonius. 14. Vylaki. 113
Secenum locus quidam. 206
Secreta Turcæ Viennenſibus detecta. 64
Sedes diſtrictus appellatæ. 316
Epiſcopatus Sirmienſis. 25
Segedinum. 11
Segnia. 22
Serdarus. 271
Seruia. 22.123
Seruij. 239
Seuerinum. 23
Sfortia Pallauicinus. 102
Siculi. 23.222
Siemanouuski. 250
Siclouſchum. 139.140.141
Sigersdorfius. 121
Sigethum. 119.158.159
Sigillum regium ſecretum vocatum. 19

Signa

Signa Chriſti ſanctorumque eius Conſtantinopoli per Mahometem deturbantur. 8
Sigiſmundus Banfy. 45
Herberſtainius. 104
Leyſſer. 59
Pogan. 45
Polonus. 20
Tranſyluaniæ dux. 229.230.244.245
Weyxelberger. 70
Sileſia. 23
Sileſii. 34.20
Siliſtra. 233.238.239
Simon de Erdewd. 37
Forgaz. 105.112.204
Horwarth. 45
Sinan baſſa. 184.214. 215. 221. 225. 226.230.240.242.244.250.
Sinus Adriæ. 23
Sirmium. 18.19.22.25
Situs Agriæ. 83.84
Sixtus. 12
Sixum. 86
Soclosium. 24
Soczawa. 251
Solagki. 185
Solymannus. 16.73.79
cum filiis duobus Budam venit. 80
obſidet Viennam. 54
Pannoniæ bellum qua occaſione inferat. 47.50
Somosko. 201
Sophia. 7.239
Sopronium. 22
Spahi. 182
Speculatores Agrienſes duo intercepti. 89
Stanislaus Stricelok. 112
Statuæ tres è Buda Byzantium tranſlatæ. 50
Steinprennius Alſatus. 121
Steneſt. 234
Stephanus Azebs. 44
Stephanus Azel. 37
Balogh. 116
Bathor. 17.26.132
Bochikaius. 221.226
Brodericus. 17.19
Budahazy. 90
Chiakius. 221
Cyaby. 84
de Hommona. 206. Deak. 109. Dobo de Ruſca. 82. 83. 87. 102. 103. Fekete. 89. 102. Glythi. 133. Homonaius. 209. Kalnay. 45. Loſoncius. 105. Meczkey 83. 86. 87. Meczkey interficitur in reditu domum. 103. Moldauiæ palatinus. 227. Rezuuan. 245
Schlick Bohemus. 39.45
Vayuodæ filiolus. 79. Verbetius. 48.
Zoltay. 87.89
Stiria. 119
Stracżniza. 123
Straſoldus Italus. 283
Stridon. 22
Strigonium. 22.57.82.280
obſeſſum, ſed ſtrenue defenſum. 255
Strues apud Bellogradum cæſorum. 14
Stuba. 58.80
Stupra cædibus mixta. 7
Suburbanum Ambroſii Sarcani. 27
Suburbia Viennenſia combuſta. 57
Sutagk Huſſaim. 180

Sultanus. 230
ſanguinem Hungarorum diis ſuis libat. 44
Summaria eorum, quæ in obſidione Budenſi an. M.D.XCVIII. geſta ſunt. 223.
Suppetiæ per Gallum ad defendendam Hungariam vota. 21
Sylua Martiana. 22
Sylua Wienteſia. 46
Synopſis obſidionis Strigonienſis. 255
Syria pacata. 16

T.

Tabernaculum Sultani. 44
Tergouiſtia oppidum. 219. 220. 222. 243. 244. 251.
Tatha. 46. 135. 282
Tathari. 248. 249
Taurarum. 52
Taurunum. 51
Temeritas Hungarorum per Turcam notata & riſa. 50
Themes fluuius. 85. 108
Temeſuarum. 135. 213
expugnatum. 103
Temperies aeris Hungarici. 25
Templum arcis Quinqueeccleſienſis. 45
Templum Conſtantinopolitanum Sophia. 7
Teruiſum. 243
Teſtudo per Turcam ad oppugnandam Conſtantinopolin facta. 4
Teupolus ſtrangulatus. 171
Themiſtocles laudatus. 163
Theodoricus Marcellus. 119
Theophilus Palæologus. 6
Theſaurus Eccleſiaſticus quadamtenus Hungaro ad Turcam repellendum permiſſus. 20
Thomas Nadasdinus. 28. 29. 117
Polyky. 92
Varcocz. 83. 109
Zechi. 39. 45
Zalabazi. 36
Thracia. 26. 124
Thuigon Baſſa. 112. 113
Tibiſcus fluuius. 23. 130. 273
Tieffenbachius. 204. 209. 284. 285
Tiflis vrbs quadam. 182
Timor Viennēſes magnus percellit. 63
Tirnauia. 23
Titulinum. 23
Toceaia expugnata. 127
Toccaium. 129. 131. 278
Tolna. 24. 26. 29
Tormenta Barbarorum qua ratione Chriſtianis non nocuerint. 49
bellica à Ferdinando Auſtrio per Hungarum petita. 28
bellica Hungarica Solymanno ceſſerunt. 45
bellica Turcæ capta & clauis obſtructa. 14
per Turcā contra Viennā adducta. 61
Totuaradgia oppidum. 211
Tractatio pacis inter Turcam & Perſam. 186
Tractus Tranſdanubialis. 24
Tranſitus Draui, Turca prohibendus putatur. 30
Tranſyluani. 21
Tranſyluania. 23. 35
Trautmansdorf, arx. 61

Tribu-

Tribunus militum Walonicorum. 270
Trincinium. 23
Tulbandum. 238
Turban. 235
Turca Belgrado appropinquat. 21
quam truculenta bellua ſit. 69
ſic ſe gerit, quaſi fugam capeſſat. 42
ſolus orbi terrarum imperare vult. 60.
Turcæ circiter quadringenti cæſi. 74
confitentur ipſi plurimos ſuorum in oppugnatione Bellogradenſi occubuiſſe. 15
& Perſæ odiis inter ſe diſsident acerrimis. 175.&c.
in Danubium deturbati. 11
ſæpius per Hungaros ad internecionem cæſi. 13
Tataris mixti. 248
Walachiam incolentes numero maximo trucidati. 231
Turcia. 123
Turmæ Germanorum aliquot & Hungarorum. 266
Turris Carinthiorum. 62.65.66.67
Fibri. 64. *Iudæorũ.* 58. *Rubea.* 58.59
Salis. 65
Turtukai oppidum. 238
Tyra ſiue Neſter. 229.249

V.

Vacia. 23
Vagus fluuius. 23
Valentinus Torok. 38
Thoty. 116
Valpo arces nobiles habens. 24
Varadinum Petri. 19.23.25.30
Varſocz, præſidium Turcicum. 21
Velibegus. 89.100
Veneti Hungarum contra Turcas non iuuant. 20
Venetus. 22
Veredarius Sigiſmundi principis Tráſyluaniæ. 282.283
Veſprimium. 85.135.282
Veſtigia pontis Traianici. 23
Veſtis inſignis per Turcam vienneſi cuidam data. 70
Vexillifer Iohannis ab Hardeck. 60.70
Vexillifer Magni Michaelis. 72
Vexillum Baſſæ Budenſis captum. 203
propheta Mahumetis. 215
regis Hungarici. 40
Victoria Chriſtianorum ad Albam regalem. 195
in quo ſita ſit. 41
quædam anceps. 178
virtute nominis Ieſu reportata. 235
Vienna. 56.119.123.251
breuiter deſcripta. 54
neque natura loci neque arte humana ſat munita. 63
obſeſſa. 54
Viennenſes confœderati ſe Turcis dedere nolunt. 57.60
terrentur. 47
Villa noua Macedoniorum. 32.33
Vinum Siculum. 23
Viri Walachiæ præcipui tres. 228
Virtus excellens ſine inuidia nulla eſt. 18.
militaris fugæ neſcia. 66
Segethinorum Barbaro videtur inſolita. 123

Themi-

Digitized by Google

Themiſtoclis. 163

Vis canum & moloſſorum magna Perſen comitatur. 185. ſagittarum ad grandinis inſtar effuſa. 62

Viziriȷ. 73

Vladiſlaus Caſimirus. 17. More. 38

Vlma. 22

Vlman begus. 105.111

Vultſchali baſſa. 182

Vorago paluſtris in qua Ludouicus Hungariæ rex periiſſe putatur. 44

Vrbanus Batthiani. 26.27

Vrbes Dalmatiæ Venetis parentes. 172

Vrbes Hungariæ. 22.23

Vroſczuk. 233.234.235.238.239

Vrumeli Beglerbegus. 145

Vxor Iohannis Vayuodæ. 79

W

Waitza. 271.

Walachi. 239.248

Walachia. 227.230.231. magna. 228 maior. 18. minor. 18. Tranſalpina. 23. vtraque. 234.249.

Walachiæ duæ Tranſyluaniam cingunt. 23

Walko. 22.24

Walones valde crudeles. 270.284

Wazkon pagus. 103

Waſſchicza. 253

Watſia recuperata. 272

Wayuoda cum copiis Tranſyluanis circa Zegedinum eſt. 45. Hungariæ 48. Tranſalpinus. 26. 27. Tranſyluanus. 21.26.39

Weglierbegus Anatholiæ. 142

Weſtphali. 284

Wiberus Iunior. 246

Wilak. 24.25.28.30

Wilhelmus à Rogendorf. 63 65
à Wartemburg. 59

Wiſſegradum. 20

Wiſtowa. 237

Woda. 237

Wolfgangus Corniſius. 216
Hag. 65.70. Praprutouitſchius. 130
Rheni palatinus. 62

Z.

Zagiwa, fluuius. 270

Zagrabia. 22.45

Zalonkemen. 25

Zamoſſius fluuius. 23

Zatha. 24

Zathmarienſes. 127

Zathmarus. 131

Zeckzardum. 30

Zegedunum. 23.45

Zemlen arx. 25

Zenderouia. 89

Zigetum expugnatum. 136.207
Hungariæ clauſtrum. 158
obſeſſum. 112

Zigeuni. 245

Zolnock. 83. 87.88.132.

Zoltay. 99

Zrinius. 137.138.157

Zythna. 82

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google